Fallentias nonnullas alias vide per Felin. *in c.cauſam quæ de teſti per totum commentum*, & per do. Iaſo. May. *in l.is apud quem. C.de eden. in penu. col. in verſicul. primus caſus. cum pluribus ſeq.* Ben. Vad.

REGVLA IX.

ACTA coram arbitris facta ſcribenda ſunt, aliter non valent: neque probant ad iudiciorum ſimilitudinem, *l.pen.* C. *de arbit.* & Cano. *in c.quoniam, extrà de probat.*

PRIMO fallit in cauſis breuibus & modicis: in ipſis enim non requiritur ſcriptura, nec reſpectu ſententiæ nec reſpectu proceſſus *C.de ſent. Authen.niſi breuiores & ibi.* per Barto. hoc expreſſe tenentem *in Authen. vt iudi.* ſine quo ſuffra. §. *neceſſitate* & quod habetur 11. *q.3.ſi quis cum Clerico* quòd etiã ſimiliter locum habet in criminalibus leuibus: *vt ff. de accu. l. leuia.* & vt no. per Bart. *in d. Auth. niſi breuiores* vbi dicit, quæ dicantur cauſæ leues: modicæ, vel breues iudicis arbitrio. ad hoc quod not. *ff.de iud. l ſed ſi ſuſceperit. §.fin. extra offi. deleg. c.de cauſis.*

ADDI-

ADDITIO.

a Breuibus. *Vide Anto. de Butr.* in conſil. 13. & *Alexan. in* conſi. 61. *in* 2. parte. *Et ad* Authent. niſi breuiores. *adde nota. dictum Matth.* in ſuis not. 1. & 2. *Bald.* in l. imperium ff. de iuriſdictione omnium iudic. *Bene Vad.*

SECVNDO fallit, quando per partes daretur ipſi iudicio vel arbitro poteſtas procedendi ſine ſcripturis: cùm tunc valeat ſententia, nec ſit neceſſaria ſcriptura, & credatur ſimplici aſſertioni b iudicis vel arbitri: vt voluit Barto. *in d. Authen. niſi breuiores,* ad hoc. gl. *in d. c. fin. de reg. iur. in* 6. circa quæ dic vt not *in d. c. de cauſis. de offic de lega. in c. Quintauallis. de iureiu.* vbi de hi plenè per dominum Ant. & Doct. *in d. c. quoniam contra. de probat.*

ADDITIO.

b Aſſertioni. *Quod pro* notabili allegat *Lud. Rom.* in ſuo nu. 62. *& tanquam mirabile dicit eſſe menti tradendum. ſed nunquid arbitris talis poteſtas dari poſſit, vide* Bartol. in Authent. offeratur, in fin. C. de lit. conteſt. *pro quo tamen vide Ludo. Ro.* in l. ſciendum. de verb. oblig. *Ben. Vad.*

REGVLA X.

ACTA facta in vno iudicio, in alio inter diuerſas perſonas non probant: *vt C. res inter alios acta, per totum.*

PRIMO fallit hæc regula in caſibus de quibus per Cano. *in c. iam literis. extra de teſti. & in d. c. cauſam quæ c.* Et primò fallit in hæredibus ſeu ſucceſſorib. *vt l. ſimpliciter. § ſi ff. de except. rei. iud.* ipſis enim proſunt & nocent, vt etiam prædeceſſoribus illorum.

ADDITIO.

c Cauſam quæ. *Vbi vide Feli. qui ponit nonnullas alias fallentias ad hanc regulam, quas vide per te.* ibi

in 4. col. in princi. in verſic. tertia regula, cum pluribus ſequ. *Bene. Vad.*

SECVNDO fallit in illis, in quibus noceret vel prodeſſet ſententia, cum eiſdem proſint vel noceant acta, prout voluit Innoc *in d. c. cauſam quæ* & Bar *in l 2 C. de fructib. & lit. expenſis.* ad idem *l. idem erit ff. de iureiuran.* quibus autem proſit vel non, habetur de iudicijs, *c. quamuis ff. eod tit. l ſæpè, & ff. de inoffi teſtam. l. qui repudiantem, & ibi per* Bart.

TERTIO fallit, quando eſſent talia acta, quæ, ſi fuiſſet præſens & contradixiſſet, nihilominus facta contra eum facerent fidem: cùm tunc faciant contra eum abſentem fidem in alia inſtantia agitata ad vtilitatem priuatam, *vt l. emptorem ff de act empti.*

QVARTO fallit, quando alia inſtantia agitatur ad vtilitatem publicam: cùm tunc poſſit iudex moueri ex confeſſione habita inter litigantes in alio iudicio, prout eſt, ſi ille, contra quem agit ad beneficium, confeſſus eſt defectum iuris ſui ſponte: cùm tunc licet non proſit talis confeſſio ipſi agenti, cùm non probet de iure ſuo: tamen proderit, vt iudex ex officio inchoando nouam inſtantiam contra eum procedere poſſit, ſecundùm Do. Ant. *in d. c quoniam.* qui allegat ad hoc, quod not Specul. *de actio. & petitio. §. ſuper actio. verſ. quòd ſi reus.* & quòd notat Compoſt & Ioan. Andr. *in c. mandamus extrà de reſti ſpol* ſecundùm Do. Nico. *in d. c cum cauſam* pro quo etiam facit quod not. per Innoc. *extrà de electi. c. per inquiſitionem* & *extrà de accu c. qualiter. el ſecundo.* & per Docto *in c. at ſi Clerici de iud.* & per gl. quæ incipit, ſic videtur. *in c. licèt. de probatio.* vbi videtur velle quod idem ſit, etſi partes certant eſſe probatum. circa quod dic, vt plenè per Canoniſtas *in d. c. cauſam.*

REGVLA XI.

ACTA facta in vna ex pluribus inſtantijs non valent, neque inter eaſdem perſonas fidem faciunt, quando ad diuerſam fidem facta ſunt. *l. cùm*

Digitized by Google

cùm quæritur. ff. de except. rei. iud. & c. veniens. el. ſecundo. de teſti.

PRIMO fallit, hæc regula in caſibus, de quibus per Canoniſtas *in c cauſam, extrà de teſtibus.* Et primò fallit cùm illud ad quod in alia cauſa agitur, dependet ex principali, ſuper quo eſt actum in prima inſtantia: vt eſt ſi atteſtationes ſint receptæ, vel alia acta huiuſmodi ſunt facta ſuper matrimonio: cùm etiam valeat ad probandum legitimationem filiorum: *vt extrà de teſti. c Albericus* & vt voluit Innoc *in c. cauſam. extrà qui filij ſint legitimi* ſecundùm Imol. *in d c. omnium extrà de teſtibus* pro quo etiam facit, quòd habetur *in l fundus. & l. fundum ff de exceptionibus.*

SECVNDO fallit, quando eſt talis cauſa, in qua ſententia in vna inſtantia præiudicat ad hoc, quod ſecundariò agitur in alia inſtantia: cùm tunc valeant ipſa acta, & fidem faciant in alia inſtantia. & hæc eſt cum ſententia lata in cauſa ciuili, ſi ſit abſolutoria ex eo, quia delictum non ſit commiſſum, præiudicat in cauſa criminali. *C. ad Iuliam de plag. l. præſens* eodem modo præiudicabunt probationes & fidem facient, ſi per ipſas probetur delictum non fuiſſe commiſſum: vt voluit Bartol. *in l 2. C vi. bon. rapto.*

TERTIÒ fallit, quando iudicium primò intentatū fuiſſet plenariè: cùm tunc acta facta valeant, & fidem faciant in alia inſtantia ſeu iudicio, in quo iudicium intentatur ſummarium, & nō ita plenarium, eſto quod ad alium finem agatur: & hoc vult Bartol. *in d. l ſecunda,* vbi plenè per ipſum.

QVARTO fallit in confeſſione, quæ etſi ſit facta in ſummario, nō præiudicat etiam in plenario, eſto quod ad alium finem agatur, vt not. *in c cùm dilectus. de fide inſtrumentorum.* ſecundùm Do. Nicol. *in d. c cauſam. extrà, de teſtibus.* qui hoc tenet, & poſt eum Imol. ad hoc quod not. *extrà, de probationib. c. fin. & per Bald. in l. 2. §. apud eū. C. de edend. & quod habetur in l. cum antea, C. de arbitris.*

PRIMO fallit, quando quis petit id quod eſt ſuum, vel aliquando fuit ſuum: quia tunc veniunt fructus & acceſſiones à tempore moræ, etiam in actionibus ſtricti iuris: ita probatur *in l. videamus, §. ſi actionem. ff. de vſuris.* pro hoc facit etiam *l. 2. C. de pact. inter venditor. & emptor.*

SECVNDO fallit, vt in caſu *l. filius. §. fin ff. de collat. dotis.* & ibi gloſſ. & Bart.

TERTIO fallit in contractibus celebratis cum Principe: quia quamuis ſint ſtricti iuris, tamen habent naturam bonæ fidei, vt in ſimili tenet ſingulariter Bald. *in titulo de pace Conſtantiæ. verſ. ſuprà vero.*

QVARTO fallit etiam dicta regula de iure Canonico: quia non fit differentia, an actio ſit bonæ fidei ſiue ſtricti iuris, vt per Bald. *in c. 1. in vlti. col. propè finem. de plus petition.*

REGVLA XIV.

ACTIO *b* ex pacto non oritur *l. iuris gentium, §. ſed cum nulla, & §. quinimo. & §. Marcellus ff. de pact. & l. legem. C. eod. tit.* & tex. nō. cum gl. *Inſtit. de act. §. in perſonam.*

ADDITIO.

b Actio. *Vide aliquid per Dy.* in d. §. in perſonam circa mediū. 2. col. & ib. *per D. Iaſo. May.* in nume. 5. *& Dom. Alexan. de Imol.* in conſil. 16. in verſ. quid autem. in ſecunda part. *Bene. Vad.*

Amplia PRIMO & iſtam regulam etiamſi debitor ſuo iuramento confiteretur, & affirmaret nudum pactum: nam per hoc ſoluere non tenetur. ita refert Dom. Iaſ. *in d. §. ſed cum nulla.* dicere Bald. *in l. fin. in 2. col. C. de fideicom.* referendo Innoc. ita tenere *in c. 1. quòd met. cauſa* Ben. Vad.

Amplia SECVNDO, etiamſi princeps cauſam alicui committeret de veritate & iuſtitia: quia intelligitur de

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

veritate, cui ius patrocinatur, non autem quod ex pacto nudo agatur, cùm reuera ius ei non patrocinetur. ita refert Do. Iaſ *in d. § tenere Bald in l. nemo in vlti.* no. per illum text. in fi. *C. de ſenten. & inter loc. omnium iudicum*, Bene. Vadus.

PRIMO fallit in omnibus terris ſubiectis Eccleſiæ: quia tunc non ſolùm in foro can. ſed etiam in foro ſeculari nudum pactum actionem producit, ſecundùm Imol. *in c. quæ in Eccleſiarum in* 13. column. de conſtitut. Bald. *in Authentic. ad hoc. in* 4. *colum. C. de vſur.* vbi dicit iſtud non ſolùm procedere in clericis, ſed etiam in laicis ſubiectis Eccleſiæ, quoad temporalem iuriſdictionem. ita etiam refert & ſequitur Iaſ. May. *in d. § ſed cum nulla*. Benedict. Vad.

SECVNDO fallit, quòd vbi lex dicit, quòd ex nudo pacto agi poſſit, intelligatur condictione ex illa l. quæ hoc inducit, ita dicit Roffred. Beneuentan. *in ſuis libellis iur. ciuil. in conſtitutione l.* 1. *C de ſuffrag. ad finem* 1. *colum.* quod not. pro caſibus qui notantur hic. primus caſus eſt *in Auth. vt ſponſalitia largi. in princ.* licèt ille text. id neceſſariò non concludat.

TERTIO fallit, quando ex interuallo apponitur pactum nudum ad reſolutionem contradictus in totum, vel in parte, re tamen non integra, ipſo iure in totum principaliter contractus reſoluitur, vt *l fin.* & *ibi* gl. & Angel. *C. de reſcinden vend.* Imò eſt *in l.* 2. *quando liceat ab emptio. diſced.* tu dic, quod poteſt recedi ab emptione in totum, vel pro parte re integra pacto nudo, & datur actori actio, & reo exceptio, vt eſt tex. notab. valdè *in l. iuris gentium* §. *adeò autem ff de pact.*

QVARTO fallit in *l.* 1 *C. de ſuffrag.* in ſalario Aduocatorum. *& in l* 1. *& l. aduerſus* cum glo. & quæ ibi per Doct. *C manda. & in l. ſalarium* cum glo. in ſalario procuratoris etiam non promiſſo, quia poteſt implorari officium iudicis quia conſtituitur mandato.

QVINTO fallit *in l. inter ſocerum* §. *conuenit ff de pact. dot.* quem text. ſolus Bald. ad hoc ponderauit *in c. ſi cautio, in vlti. colum. de fide inſtrum.* nam etiamſi aliquod

quod pactum nudum vxor feciſſet cum marito, maritus cogeretur alere eam, vt *l. pro oneribus. ff de iure dot. & l. ſi cùm dotem. §. ſi autem in ſauiſſimo. ff ſolut. matrimon.* igitur non eſt mirum, ſi ex pacto nudo mihi actio ſaltem vtilis oriatur. *de alimentis l.* 1.

SEXTO fallit *in l. eleganter. §. ſeruus. ff de dolo.* vbi fortè eſt ſpeciale propter immenſam liberalitatem, quam exercuit dominus in manumittendo ſeruo, *in Authent. & generaliter. C de Epiſco. & cleric.* pro quo facit *l. ſi diuiſione, in fine. C. famil. erciſc.* ſed iſtud ideò contingit, quia promiſſio iudici fit; & in iudicio. *l. eum qui ff. de in ius vocand.* facit, quod notat gloſſ. *in l.* 1 *ff. de acquiren. hæredita.* & ex neceſſitate & authoritate illius legis. ergò non eſt mirum, ſi oritur officium iudicis: quia tali caſu proſit prima ſtipulatio, argument. *l. cùm oſtendimus, in fine, de fideiuſſ. tutor.*

SEPTIMO fallit in curia mercatorum, vt *l. Quintus,* & quod ibi not. Barto. *ff. manda.* vbi agitur de veritate & æquitate quamuis contrarium, & malè teneat Lud. Roman. *in l. filiusfamil. in princ. de donationib.* & idem fortè dicendum, quandò cauſa eſſet commiſſa arbitratori, vt debeat cognoſcere vt vir æquus. & ſic ſecundùm æquitatem, non ſecundùm rigorem. *l. ſi ſocietatem. § arbitrorum. ff. pro ſoc. l. & generaliter, in fi ff. de noxal.* & quod not ſingulariter Angel. de Peruſ. *in l.* 1. *C. de præſcript.* 30. *annor.* pro quo vide Lud. Roman. *in Rubric de arbit in* 2. *col.*

OCTAVO fallit, etiã in minore, qui tenetur ex pacto nudo, cùm ex eo oriatur obligatio naturalis, vt *in l.* 1. *ff. de pact. & l in his. §. Imperator ff. ſolut matrimon.* qui per viam denunciationis Euangelicæ in curia Epiſcopali poteſt in effectu ad iſtud compelli, vt *in c. nouit.* & *ibi* Innocent. & omnes Doctores, *extrà, de iudic* & notat Bartol. *in Extrauag. ad reprimen in verbo, denunciauit.* & Angel. *in l. ſi. certis annis. C. de pactis.* & per dicta ſecundùm gloſſ. & Iacob. But. Bald. & Salicet. *in l. legem C. de pact.* Tu autem per modum doctrinæ dicas

ſecundùm Bartol. *in l. fideiuſſor obligari.* §. 1. *de fideiuſſorib.* quòd quando lex fauet pacto, ipſius pacti gratia, vt in contractibus bonæ fidei: & hæc eſt in his quæ perficiuntur conſenſu, tunc pactum dicitur veſtitum ſolo conſenſu, & oritur actio ex eo, & per conſequens non oritur actio ex nudo pacto, *vt Inſtitut. de obligat. quæ ex conſen. naſc. per totum.* ita etiam in contractu dotis de iure antiquo: nam hodie eſt ibi tacita ſtipulatio, per *l. vnicam.* §. 1. *C. de rei vxor. actio.* quando verò lex fauet ratione perſonæ, vel ratione rei in pactum deductæ, tunc pactum remanet nudum, & non oritur actio ex pacto, ſed pacti occaſione, & propter pactum, vt *l. ſi quis argentum* § *fin. C. de donat.* adde quæ dicit Salice. *in d. l. legem.*

NONO fallit de iure Canonico ſecundùm communem concluſionem, text. eſt *in c. 1 & c. 3. de pactis.* & Archidiacon *in c. quicunque epiſcopi ſuffragio. 12. quæſtio. 2.* gloſſ. & Archidiac. *in c. iuramenti. 23. quæſt. 5.* & gloſſ. *in c. 21. quæſtio.* & ita communiter tenent Canon. *in d. c. 1.* & Do. Anton. & Imol. *in c. per tuas, de arbitr.* & Bald. *in l. legitima, in 2. colum. de pactis. & in l. petens C. eodem.* & Angel. *in l. ſi certis annis, in 3. colum. C. eodem.* Ludouic. Roman. *in l. 2. §. ex his, in vltim. colum. ff. de verbor. obligat.* & ita etiam per prædicta, & non alia, videtur tenere Iaſ. Mayn. *in d. §. ſed cùm nulla, in 1. colum.* pro quo vide etiam omninò Anton. de Butr. *in c. dilecti in 9. notabili. & in l. eum qui, in 13. colum. in verſic. item interdum ſtipulatio. C. de iuris & facti ignoran.* vide omninò Angel. *in l. ſtipulatio iſta. §. alteri, circa princ. ff. de verb. oblig.* & vide Dom. Iacobum de Zochis *in c. præterea, el. 1. extrà de ſponſalibus.* vbi dicitur in tex. quod pactum ſuam obtinet firmitatem. Tu adde, & pondera textum *ibi*, pax ſeruetur, & pacta cuſtodiantur: & quia mortaliter peccat, qui recedit à pacto. 22. *quæſt. 2. c. prædicari.* & quia Deus non facit differentiam inter ſimplicem loquelam & iuramentum. 22. *q. 5. c. iuramenti.* vt quia dicit Pſalmiſta: Quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita. & hoc tenent conſequen-

ſequenter Anton. de Butrio, & Canoniſtæ, & alij, licèt Imol. dixerit contrarium *in c. nouit, de iudic.* & hoc eſt ſecutus Bartol. *in l. ſi quis pro eo, circa princip. ff. de fideiuſſ.* quaſi omninò prædixerit pacta ſeruari & cuſtodiri. aliâs dicatur corrumpi actio & exceptio, vt eſt caſus *in l. ſtatuimus ff. de acquir. rerum domin.* vide reliqua, quæ ſequuntur per Domi. Angel. de Aret. *in prealleg. §. in perſonam, Inſtit. de act.* vbi multa alia per eum dicuntur valdè notanda *in 26. & 27. col. & ſeq.* quæ per temet vide.

Amplia prædictam communem concluſ. & ſic 9. fallent. vt procedat non ſolùm in pacto nudo, ſed etiam, quod eſt fortiùs, in ſimplici pollicitatione, ita tenet D. Anton. de Butr. *in c. ex parte, in vlti. colum. de cenſib.* refert & ſequitur Iaſ. May. *in d. §. ſed cùm nulla, in fin. 1. colum.* Benedict. Vadus.

DECIMO fallit in caſu *l. fin. §. fin.* de actio. & obligat. & ita illum text. ſolet allegare ad hoc quidam Doctor ſolennis Senen. ſed tu cogita. & ad hoc vide plenè Roman. *in l. 1. in penult. &* vlti. colum. *ff. de verb. oblig.*

VNDECIMO fallit, quando pactum nudum eſſe iuramento firmatum, vt not. *in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo.* ſed Bald. tenet quòd non, *in l. 1. C. de* nou. oper. nunciat. vide in Specul. *de leg. verſicul. nunc oſtenditur. & verſic. 24. & verſic. hoc quoque, in 8 colum.* & not. Rayn. *in Summa, de iniur. & Authent. final.* & Anton. de Butr. *in c. cùm contingat, de iureiur.*

DVODECIMO fallit, quando id quod nudo pacto promiſi, iterum nudo pacto promitto: quia tunc ex ſecundo pacto nudo oritur actio prætoria: pro hoc videtur caſus, & hoc voluit ſingulariter Rapha. Cuman. *in Rubric. de verbor. obligat.* & Hoſtienſ. *in c. per tuas, de arbitris.* & Antonius de Butrio, *in c. Quintauallis, extrà, de iniurijs.*

TERTIODECIMO fallit, quando Eccleſia permiſit aliquem renunciare ex pacto nudo, & obligatur, vt not. 12. *quæſt. 2. epiſcopi* quicunque ſuffragio. & not. Alb. de Roſ. *in l. iubemus, in princip. in vltim. colum. C. de Epiſc. & cler.*

XIV. fallit, quando pactum nudum apponitur in inſtrumento guarentigiæ, tunc pactum nudum literis veſtitur, ſecundum Bald. *in l. ſi cauſam. C. de exec. rei iudi. & in l. ex placito. C. de rerum permutat.* ſed contrarium dicitur *in l. ſi non ſortem. §. indebitum ff. de cond. indeb.* & melius ſecundùm Lud. Roman. *in l. 1. in princip. ff. de verbor. oblig. in 12. col.*

XV. fallit in pacto nudo in iudicio facto: quia ex iudicij calore oritur actio, vt *l. cum oſtendimus. §. fin. ff. de fideiuſſ. tut.* & ita tenet Bal. *in repetit. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis.* vbi dicit ſe audiuiſſe à Bart. viua voce hoc firmante. & ſequitur Roman. *in princip. l. 1. in 3. colum. ff. de verbor. obligat.* quod not. An autem ex reſcripto Principis oriatur actio? videtur quòd non, per *l. ſi quis ſepulchrum, in princ. ff de relig. domib.* vbi videtur caſus: ſed in contrarium videtur caſus: *in l. terminato, in princip. ibi, nulla actio, de fructi. & lit. expen.* à contrario. ſenſu, quia ibi erat terminatum iudicium, & ſic alias benè oriretur: cogita.

Fallentias prædictas & nonnullas alias vide per Iaſ. May. *in ſuprà alleg. l. iuris gentium. §. ſed cum nulla & in l. lecta. 7. colum ſi cert. pet. in verſic. nunc volo notare.* & per Felin. *in c. 1. de pactis.* vbi hanc totam materiam per viam declarationum expediuit. & de his remiſſionibus ſolum contentus eſſe volo, vt ne me in tranſcribendo occupem. Bened. Vad.

Quid autem pactum nudum operetur, & nunquid ex mandato oriatur actio de iure Ciuili vel Canonico, vide Baldum *in titul. de pace iuramen firman. in §. ſacramenta, in fin. 1 colum.* vide Bartol. *in l. ſi quis pro eo. in fin. vltim. colum. ff de fideiuſſoribus.* vide Anton. de Butr. *in c. prætereà, in fin. 3 colum. extra, de ſponſal.* & vide etiam Iacob. de Zo. & Anton. de Butr. *in c. innotuit, extra. de iureiuran.* & ibi per Docto. & quærit Salycet. *in d. l. legem.*

Adde etiam, quòd cùm de pacto eſſet factum inſtrumentum, & ex forma ſtatuti diſpoſitum eſſet, quod nulla exceptio contrà inſtrumentum opponi poſſit, pote-

poterit tamen contra pactum de nullitate dici & excipi: vt eleganter ſentit Bald. *in l. ex placito, ff. de rerum permut. C. in vltim quæſtio.* quia ſtatutum remoueret exceptionem, argumen. *l. legitima ff. de pact. & l. ſi quis argentum ff. de donat.* vbi exciperetur de cauſis, vt quia pactum non eſſet cauſa iuſtificatum, prout dicitur *in l. 2. §. cætera, de dō. except. l. cū. de indebito, in fin. de probationū ff.* quoniam talis exceptio non concernit inſtrumentum, ſed cauſam *ff. de iure dotium. l. ſtipulationem, d. l. quæritur. §. venditor*, vnde infertur concluſio, quòd ſicut pacto nudo ius Ciuile potuit ſpecialem actionem conferre: ita & particulariter loci ſtatutum & conſuetudo, per *l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure* [illegible] *in l. lecta. ſi certum peta.* ad intellectum eorum, qui ſunt contractus veſtiti & nominati, de quibus habes vnum verbum per Bald. *in Rubric de rerum permutatio.* iſta additio eſt de additionibus Anton. de Prato vete. *in repetitio. l. legem. C. de pactis, in verſic. 11. & vltimo poteſt exemplificari,* & adde alium caſum *in l. 1. de iure dotium.* cum gloſſ *in verbo, vel promiſſio. ibi, cum interrogatione:* non quando dotem promiſerunt per pactum nudum, ſed quando promiſerunt de euictione, ſecundum tertiam expoſitionem glo. ſed ſecundum primam loquitur de promittente dotem, quo caſu tenetur ad dotandum, *vt. l exceptionem. C. de dotis promiſſ.* & etiam de euictione, ſecundum Bartol. *ibi.*

REGVLA XV.

ACTOR regulariter ſequitur forum Rei. *l. iuris ordinem. C. de iuriſdict. omn. iud.*

PRIMO fallit ratione oppreſſionis, quæ facta eſſet per laicum, vel occupationis rei Eccleſiaſticæ, vel doli aut fraudis commiſſi, vel commiſſæ, in contractu celebrato inter clericum & laicum, quæ omnia dic *vt in c. cum ſit generale, & in c. licet ex ſuſcepto, de foro compet.* in quibus etiam notantur plures caſus, in quibus Actor

trahit

trahit ad forum ſuum: & vide etiam aliquos per Specul. *in tit. de compet iud. adi.*

SECVNDO fallit, quando Reus eſſet voluntarius, non etiam neceſſarius: vt ſi Paduanus conueniret Paduanum rei vendicatio. coram Poteſtate Paduano, & Vicentius qui vendiderat illam rem illi Paduano conuento voluit ipſam defendere, ne teneatur de euictione. nam poteſt petere, quod cauſa remittatur Vicentiam, vbi ipſe ſortitur forum, vel debet venire coram Poteſtate Paduano, vbi cauſa eſt inchoata, *vt in l. venditor. ff. de iuriſdict. omnium iudic.* quia ipſe non eſt Reus voluntarius, ſed neceſſarius: cùm ipſe non fuerit vocatus ad iudicium, ſed venit ſpontè pro ſuo iudicio, vnde debet defendere in eo foro, in quo eſt inchoatum.

TERTIO fallit in fiſco, vbi Reus conſequitur forum vel iudicem fiſci Actoris, vt probatur *in l. 1. C. rep. hæred. & in l. defendere. ff. de auth. tut. & in l. 3. de his quib. vt indign.*

QVARTO fallit in iudicio voluntario, vt in actibus extra iudicialibus. ita dicunt Dom. de Rota, *in q. 172. quæ incip item quæ emancipatio,* & eſt alias in ordine 57. & ita tenet Dominic. de S. Gemin. *in c. ſi annum. § ſi vero, de iudic. in 6.*

QVINTO fallit, quando agitur actione reali ratione rei, quæ eſt in alio territorio, quam in quo ſit Reus: quia tunc eſt in electione Actoris conuenire Reum in loco domicilij Rei, vel in loco vbi res eſt: vt eſt caſus cum glo. & *ibi* Doct. *in l. filiusfam. vbi in rem actio. C.* hæc tamen fallen. non habet locum quando Reus eſſet clericus, & Actor eſſet laicus: quia tunc Actor deberet ſequi forum clerici conuenti, vt notat Bald. *in Auth. clericus in 1. col. C de Epiſc. & cler.*

SEXTO fallit, quando iudex Rei non facit iuſtitiam actori, & ſic creditori: & tunc creditor & Actor poſſunt à iudice ſuo impetrare repreſſalias contra ciuitatem ipſius Rei, & contra ipſum Reum, vt not. Angel. *in Authen, vt clerici apud proprios Epiſcop. § ſi verò aut.*

SEPTIMO fallit ratione mercantiæ, vt not. Paul. de

Caſtro

Digitized by Google

Caſtro in *l. fin. in* 1. *colum ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & vide aliquas limitationes in locis alleg. per Angel. *in Authen. de exhib. reis.* & vide Paul. de Caſtr. *in l. ordinarius, C. de rei vendicat.* vbi ponit etiam aliam limitationem de hoc, videlicet, quando in præparatorijs aditur primo alius iudex, & ibi vide multos caſus ſpeciales, in quibus Actor non ſequitur forum Rei, vt not. 11. *quaſt.* 1. *c. experientiæ, in gloſſ.* & per Archidia. & Alb. de Roſ. in *Authent. ſtatuimus, C. de Epiſc. & cler.* & vide Angel. *in l. ſi cui, §. idem Imperator ff. de accuſ.* & vide omnino Tancred. *in ſuo opere ordinis iudiciarij, in tit. de for. compet.* vbi ponit multos caſus & fallentias.

OCTAVO fallit, quia pauper, tanquam miſerabilis perſona, poteſt trahere Reum, etiam laicum, in rebus temporalibus coram iudice Clerico, ſicut eſt in cauſa donationis. vide Anton. de Butr. *in c. per noſtras, in princip. & in c. de prudentia, de donat. inter virum & uxo.* & idem dicas de vidua.

NOTA vnam cautelam valde ſingularem, per quàm fit, vt nunquam Actor ferè ſequatur forum Rei, videlicet, quod ille qui agit, compareat, & dicat iudici, Ego ſum acturus ad talem rem, & cæt. vos faciatis fieri proclama, vt omnes qui ſua intereſſe putant, compareant, nam hoc caſu ſi quis putauerit ſua intereſſe, & comparuit, etiamſi fuerit clericus, tenebitur reſpondere in foro Actoris: nec obſtabit, ſi diceret Actori, tu debes ſequi forum Rei, quoniam ille replicabit, ego te non facio Reum: ſed ſi putas tua aliquid intereſſe in hac mea lite, defende te coram meo iudice. nam ex hoc te Reum non facio, & non debes, nec potes me compellere, vt ego tuum tenear forum proſequi, iſtam cautelam ponunt Doctores, *in l. conſulta diualia, C. de teſtam. & Angelus in l.* 1. *§. hac ſtipulatio ff. ſi cui plus quam per Fal. in ſua repet,* quam not. perpetuò in practica.

REGVLA XVI.

ACTVS factus per maiorem partem, cenſetur ab omnibus factus. *l. quod maior. ff. ad municip*

not. Abb. *in c. cùm olim, in fin. de re iudic.* Et hinc dicitur, quòd maior pars reputatur pro toto, vt tradit Barto. *in l. cùm de lanionis. §. Sabinus. per illum textum. ff. de fundo inſtruct.* & ratio redditur per Bart. *in l. quicunque, in fin. C. de omni agro deſ.* libr. 11.

Iſta tamen regula limitatur, niſi aliter conſtaret de mente diſponentis, volentis conſenſum omnium debere interuenire, prout not. gloſſ. *in c. vbi periculum. § idem quoque. in verbo, ſingulis, de elect. in 6.* & tenet Bald. *in c. non poteſt. de re iudica.* Et iſtud de plano procedit, quando talis voluntas expreſſa eſſet per viam ſtatuti: ſecùs tamen videtur in conſuetudine, quæ hoc facere non poſſet, per ea quæ not. Abb. *in c. 1. in penult not. de his, quæ fiunt à maio par. capitul.* ſuper quo tamen latiùs diſceptat Decius *in l. refertur. ff. de reg. iur.* vbi videndum eſt.

REGVLA XVII.

ACTVS inutilis & inualidus, operatur ademptionem actus validi. *l. planè. ff. de leg. 1.*

PRIMO fallit, non habere locum in actibus dependentibus è voluntate duorum *l. ſi id quod. ff. de reſcind. ven.* not. Barto. *in l. ſi transferam. ff. de adimen. lega.*

SECVNDO fallit ſecundùm Barto. iſta regula, vt procedat in iure nondum quæſito, ſeu quod quæri ſperabatur: ſecùs, ſi in iure iam efficaciter quæſito. *l. nec vtilem. ex quib. cau. mai. & l. ſi id quod in princip. ff. de reſcind. vend.* ratio, quia faciliùs impeditur aliquid de nouo acquiri, quàm quæſitum tollatur. *l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iur.*

TERTIO fallit iſta regula in reuocatione expreſſa: ſecùs in tacita & coniecturata, quæ non inducitur per actum ſecundum inualidum. *l. ſi iure. & ibi Bart. in 1. oppoſ. ff. de leg. 3.* Rapha. Paul. de Caſtro, & Alexand. *in d. l. planè.* nam ſi non valet ſecundum teſtamentum expreſſum, non valet etiam tacitum. *l. 3. § fina. ff. de ſeruit. ruſt.*

Digitized by Google

ruſt. prædi. quicquid dicat glo. *l fideicommiſſum. C de fideicommiſſ.* quod intellige, niſi illud tacitum reſultaret ex actu inter viuos. text habes notabilem & expreſſum *in l. legatum ſub conditione §. pater. ff de adimen. lega.* nam ſi ibi ſecundum legatum non valuiſſet, non induceretur ademptio primi: quia text. ibi dicit illam eſſe tacitam ademptionem, quod benè nota.

QVARTO fallit iſta regula, vt procedat in vltimis voluntatibus, in quibus primus actus validus tollitur per ſequentem inualidum factum in vltima voluntate, vel in contractu, vt *in l. licet transferatur. ff. de adimen. leg. cum ſimil.* ſecùs in contractibus inter viuos, in quib. actus validus non tollitur per actum inualidum *l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi certum peta. l. 1. ff de noua l. ſi. quis ante. §. final ff. de acquiren. poſſeſſ.* ſecundum Bartol. *in d. l & ſi transferam.* Imol. & Mod. *in l ſi. cum dotem, in princip.* & ibi Alexand. *in. 3. colum ff. ſolut matrimon.* & Bartol. *in d. l. licet transferatur.* aſſignat rationem diuerſitatis, quia contractus pendet ex voluntate duorum: ſed vltimæ voluntates pendent à voluntate vnius.

QVINTO fallit iſta regula, vt non procedat, etiamſi translatio ſit inutilis: ademptio enim nihilominus eſt valida, & tunc bene reuocat primum legatum validum: ita propriè loquitur *text in d. l. purè*, ſecus ſi ademptio ſeruitutis viæ pro part. text. habes & exemplum *in l. legata inutiliter. §. fin. ff de adim. lega. Bart. in d. l. licet transferatur.*

SEXTO fallit ſecundum Bartol. & Imol. *in l. ſeruum filij §. ſi idem ſeruus, per illum text. ff. de legat. 1.* vbi legatum libertatis, quod præcedit, ſi eſt inualidum, non vitiat legatum de ipſo ſeruo factum. de quo ibi dicetur.

REGV-

REGVLA XVIII.

ACTVS, qui poteſt expediri aliquo inuito, poteſt etiam expediri eo ignorante. *l. nec non ignorante. ff. de tutor. & curatorib. datis ab his l. quarta.* §. 1. *ff. de fideicommiſſ. libertatib.*

Fallit iſta regula pluribus modis, vt per gloſſ. *in l. ſi in tres. ff. de arbit.* & ampliatur etiam late per Alexand. *in l.* 1. *in penul. colum. C. qui admitti. ad bonor. poſ. poſſint.* ſed inter cætera tu ſic limita, quòd iſta regula intelligatur & procedat, vbi ſit eadem ratio: prout regulariter videtur, quia ſi poſſum facere aliquid te inuito & contradicente, pari ratione te abſente & ignorante: quia non debet expectari præſentia & ſcientia, quæ nihil operatur, *argum. l. aliquando.* § *fin. ad Velleianum.* Secus vbi ſit diuerſa ratio, prout eſt in caſu *l. duo ex tribus ff de re. iudic.* vt in arbitris, vel iudicibus, qui iudicare licitè poſſunt tertio contradicente, & inuito, non autem eo abſente & ignorante. facit text. *in d. l. ſi in tres,* qui rationem adducit, quia tertius, ſi eſſet præſens, poſſet alios in ſuam ſententiam trahere. Bartol. tamen *in l. qui poteſt.* videtur iſtam rationem impugnare, quia talis ratio ſemper videretur habere locum, & in omnibus caſibus regulæ procederet, quòd abſens poſſet alios præſentes trahere in ſuam ſententiam: ſed cùm iſta ſit ratio Iuriſconſul. impugnari non poteſt. & ideò dicendum eſt, quòd illa ratio ſolùm attendatur in arbitris, vel iudicibus, qui ratione officij habent poteſtatem iudicandi: ſecùs videtur in priuatis, prout regula loquitur.

SECVNDO fallit, quòd regula non procedit in iudicialibus: quia iudicia redduntur in inuitum. *l. inter ſtipulantem.* § 1. *ff. de verborum obligat.* & tamen non procedit iudicium contra abſentem: quia citatio requiritur. *l. de vnoquoque,* in *princip. ff de re iudi.* & ſimiliter in electionibus prælatorum, & in actu Capituli vel Col-

legij

legij, in quibus attenditur quòd fit à maiori parte, & contradictio minoris partis non attenditur. *l. quod maior ad municip.* & tamen factum à maiori parte non valet aliquibus abſentibus & ignorantibus: quia plus nocet aliis contemptus, quàm contradictio multorum *c. per venerabilem, de electio* in prædictis enim caſibus regula non procedit: quia data eſt forma à iure, quòd abſentes requirantur.

REGVLA XIX.

Actvs electionis rerum, in dubio, in minimo interpretatur. *c. ex parte, de ſenſib. l. nummis. ff. de leg. 3. l. apud Iulianum. §. Seia, de lega. 1. cum ſimilib.*

Primo fallit, quòd regula non procedit, vbi eſt incertitudo in rebus, ſecùs eſt in perſonis: quia tunc electio datur hæredi *l. ſi quis ſeruum § ſi inter duos, de leg. 2.* & not. per Dyn. *in regula, in obſcuris, eod titu. vbi dicit, quod in perſonis minimum apparere non poteſt.*

Secvndo fallit, niſi propria ſignificatio vocabuli aliud importaret, vt not. Bart. per illum text *in l. ſi quis argenta, in princ ſuprà, de reb. dub.*

Tertio fallit regula, quando illud minimum non habet in ſe vtilitatem, aliàs ſecùs; vt per gloſ. *in l. legato generaliter, de leg. 1.* vbi Alex. in 3. *col in verſ. item dicit gloſſ.*

Qvarto fallit iſta regula, quando non apparet, quòd electio data fuerit legatario, aliâs ſecùs vt not. Bart. *in l. legato generaliter, de leg. 1. circa fi. in verſ. prædicta omnia.*

Qvinto fallit, quando qualitas legati & legatarij aliud ſuaderet. *l ſi cui, de alim. & cibar. lega l. Stichum, de lega 3.* quia legatum obſcurum ex affectione cuiuſque capit interpretationem, vt dicit text. *in l. ſecunda §. quod factum eſt, infrà, eod.* facit tex. *in l. Aurelius. §. Titius teſtamento.* & quod ibi Bart. ſupr. *de lib. leg.*

SEXTO fallit in legato relicto ad pias cauſas: quia nec de minimo, ſed de maiori, fauore religionis intelligitur, *l. Titia. §. Seia. ff. de aur & arg. lega.* vbi Bart. ita limitat iſtam regulam, & iſtum text. pro ſingul. alleg. Roman. *in ſing. 5. 5. quaro, ſi lego Eccleſia. &* not. Dom. Abb. *in c. iudicante, de teſtamen. col 2. verſ vnum tamen ſing.* & tradit Andre. Sicul. *in conſil. 59. illud in medium, colum. 2. lib. 2.*

REGVLA XX.

ACTVS agentium debent regulari ſecundum eorum intentionem, *l. obligationum ſubſtantia. §. non ſatis. ff. de actio. & oblig. cum concord.* quæ notabiliter congerit *Iaſ. in l. ſi extraneus. 1. not. ff. de acquir. hæred.*

PRIMO fallit, niſi res quæ fit, ſit imperfecta, nã tali caſu regula non procedit: ſecus ſi perfecta ſit, vt not. Bal. *in l. quod ſine C. de teſtam.* iunctis his quæ tradit Bal. *in l. cum allegas, col. 2. C. de vſur.*

SECVNDO fallit, quando apparet de intentione: ſecus, ſi non: quia propoſitum in mente retentum nihil operatur, *l. ſi repetendi, C. de condict. ob cauſam.*

TERTIO fallit non procedere, quando eſt ſola intentio ſine poteſtate: quia in quolibet actu voluntas & poteſtas requiritur. *c. cum ſuper, de offic. de lega.* not. Bald. *in l. cum te* per illum text. *C. de donatio, ante nupt. in l. nollet, de acquiren. hæredita. & in l. omne verbum. C. communia, de lega.*

QVARTO fallit hoc eſſe verum, quando agitur ex contractu: ſecus, ſi agitur ex quaſi contractu. *l. ſi is qui, §. fin ff commodati.*

QVINTO fallit hoc habere locum quoad actionem directam: ſecus eſt in vtili actione. *l ſi abſentis C. ſi cert. peta.*

SEXTO fallit regulam procedere, quando intentio eſt expreſſa: ſecus verò, ſi de intentione non conſtat. Ita limitat Iaſ. poſt Gul. Barto. & alios *in l. ſi. vnus §. pactus ne peteret, in 3. col. verſ limita ff. de pact.*

Septi-

SEPTIMO fallit, non procedere, quando ex qualitate perſonæ actus aliter eſſet interpretandus. ita limitant Moder. Hiſpani *in Rubric. Inſtitut. de Iuſtit. & iure.*

OCTAVO fallit regulam procedere de intentione primitiua, non autem ſecundaria, vt eſt text. *in l. ſi abſens, & ibi.* Bald. not. *in 2. oppoſ. C. ſi cert. peta.* ſequitur Ia. *in l. liber. homo. la 2. in 1. colum. vbi miranda eſt, ff. de verb. oblig.*

REGVLA XXI.

ACTVS in quacunque materia intelligitur pro prima vice. *l. dotis promiſſio, ver. ſi. ff. de iur. dot. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignif.* cum pluribus deciſionibus, quas ad iſtam regulam plenè ſcribit Feli. *in c. 2. de treuga & pace.*

PRIMO fallit iſta regula in diſpoſitione permiſſiua, & conſequenter affirmatiua: ſecus eſt in diſpoſitione prohibitoria, & ſic negatiua: quia ſermo negatiuus non finitur in primo actu, textus eſt not. *in l ſic ſtipulatus. ff. de verb. obl.* ſed ſi non vis inſiſtere, poſſet retorqueri ille tex. econtrà, eò quia illud eſt quod dicit, ſi per me, niſi per hæredē, iſtud, per hæredem, nihil operaretur, &c. niſi dicas, quòd in illo text. eſt duplex ratio, iſta videlicet, quia ſermo eſt negatiuus: iſtam limitationem ponit vna gl. not. quam Bart. ſequuitur *in l. hoc genus, ff. de cond. & demon.* ſed cogita quæ ratio diuerſitatis. & dicit Bar. ſigna: quia eſt notanda. adde quod per illam gl. conſuluit in ſpecie Oldra. Lau. *conſil.* 16. *quoc incipit, Thema tale eſt, Titius habens vnam filiam.* quod ſi teſtator ordinauit in teſtamento ſuo; quod filiæ non nubant niſi filijs mercatorum, ſub pœna priuationis hæreditatis, ſi alijs nubant, quod habeant tantum legitimam ſuam pone, quod vna filia nupſerit primo filio vnius mercatoris, poſtea mortuo eo nupſit vni nobili, conſuluit Old. quod non priuabitur illa filia hæreditate. & illam deciſionem Old. refert Paul. de

Caſt. *in l. hoc genus ff. de condit. & demonſtra.* & dicit quòd ex illo conſilio Abb. habuit magnum honorem: adde quòd idem latè ponit Alberi. de Roſa. *in l. fin. in 5. col. C. de ſponſalibus*, vbi ponit totum conſilium Oldr. licèt de eo non faciat mentionem.

SECVNDO fallit, prædictam regulam procedere in diſpoſitione hominis, ſecùs in diſpoſitione legis vel ſtatuti: quia lex non debet intelligi de primo actu, ſed toties quoties opus fuerit: alias lex eſſet imperfecta. & quia propter primum actum non intelligitur ſatisfactum menti ſtatuti: vnde ſi ſtatutum diſponit, quòd in cauſis vertentibus inter agnatos debet fieri compromiſſum ſi ſemel fuit factum compromiſſum, nec habuit effectum, debet ſecundo & tertio fieri compromiſſum: quia mens ſtatuti eſt quòd non fiat lis inter agnatos, & de iſto compromiſſo ponit Bald. & Moder. *in l. veluti. § hæc vox ff. de edendo. & in l. qui per ſalutem.* vbi etiam Iaſo. *ff. de iureiur. cum concord* quæ vtrobique dantur, & in terminis noſtris reperio quòd ita limitat regulam ſuprà dictam, vt procedat in diſpoſitione hominis, & non legis vel ſtatuti. Raph. Cu. *conſil. 121. quod incip. ſtatutum dicit.* & in ſpecie Dom. Alex. *in l. ſi cùm dotem § 1. ff ſol. matr. in 3. col. & in conſi. 212. quod incip. viſo conſ aliàs per me reddito in 2 col.*

TERTIO fallit, quando primus actus non tenet ex benignitate: nam tunc intelligitur de ſecundo. ita dicit text. *in l. hæc conditio la prima ff.* de condit. & demonſtr. & ita per illum textum limitat Bald. *in c. olim ex literis: in 2. colum. de reſcriptis.*

QVARTO fallit iſta regula ſecundùm Bald. *in l. inuitus ad finem. C. de proc vt procedat tantùm*, quando primus actus aſſumit effectum ſecundum intentionem loquentis, aliàs intelligitur etiam de actu vlteriori. & per hoc infert quòd ſi procurator ſit conſtitutus ad appellandum, intelligitur non ſolùm de prima appellatione, ſed de ſecunda: eo quia per primam appell. non eſt cauſa totaliter finita. & ſequitur latè & omnes *in conſil. 9. quòd incipit, in caſu propoſita conſultationis.* a-

lijs

Iijs quinque modis vltra quatuor præcidentes limitat Ant. de But. *in conſil. 30. quòd incip. dubium ingerit.* ſed illæ limitationes parum mihi placent, ideò non curo referre.

REGVLA XXII.

ADDITIONE hæreditatis non facta, omne ius teſtamenti ſoluitur. *l. eam quam* C. *de fideicom. l. ſi. nemo. la* 1. *ff. de teſta. tutel.*

PRIMO fallit, niſi hæreditas pro adita habeatur: *vt in tit. ſi quis omiſ. cauſa teſt.* quia tunc omnia debentur. *l.* 2. § *planè ff de vulg.* & no. Bart. *in l.* 1. § *fin ff de vulga.* & pupill. ſubſt.

SECVNDO fallit hæc regula in milite. *l. miles ita hæredem* § *ſi ff de teſtamento mil.*

TERTIO fallit, quando habetur pro adita propter exiſtentiam ſui hæredis, *l. ſi filius qui patri.* de vulgar. & pupilla ſubſt. & ita not. Imol. *in* § *ex aſſe. de vulga. & pupil.*

QVARTO fallit, quòd regula non habet locum in legatis ad pias cauſas: vt not. Barto *in l.* 1. *C. de ſacroſanct. eccleſ in verſic quartò quæro* de quo not Bal. *in cōſi.* 287. *dicta mulier. in fi. li.* 4. *conſ.* 20. *ſuper primo lib.* 5. *& in conſ.* 39 *viſo teſtamento, colum.* 2. *eod. lib.* 5. Roma. latè *conſil.* 428 *in terminis propoſitæ quæſtionis & in conſi.* 493. *in caſu cōſultationis.* Ioa. de Ana. *in conſil.* 28. *viſis. col. pē.* Arec. *in conſil* 64 *diligenter, colum pen & in l. ſi filius qui patri, col* 1. *de vulg & pup. poſt* Imo. & And. Sicul. *conſ.* 8. *ſcribitur, col.* 8 *verſic.* circa iſtam hæſitationem, lib. 1. Aliquid. Alex *conſ* 4 *videtur, lib.* 2 *col.* 9.

QVINTO fallit, niſi expreſsè agatur, quia teſtator poteſt diſponere, quòd legata debeantur hæreditate non adita. Alexand in *l. nemo poteſt. colum.* 3. *verſic & iſta faciunt ad quæſtionem.* vbi tamen diſtinguit poſt alios, quos ibi refert. *ff de legat.* 1.

REGVLA XXIII.

ADVENA, vel viator, conueniri non poteſt in loco contractus, niſi ibi ſit permanſurus. *l. hæres abſens.* §. 1. *ff. de iudic.*

PRIMO fallit, niſi talis aduena vel viator eſſet vagabundus. quia poterit non ſolùm ibi, ſed vbique conueniri, vt tenuit gloſſ. *in d.* §. 1. & ibi per Bartol. & *in l.* 4. § *prætor ait ff. de damn. infect.* & per gloſſ. *in d.* §. *prætor.* dicentem, quòd dicitur vagabundus ille, qui non habet certam manſionem.

SECVNDO fallit, niſi tali loco eſſet deſtinata ſolutio: quia tunc ibi dicetur factus contractus, & ibi poſſet conueniri, vt *in d. l. hæres* §. 2. Mod. *in c. fin. de foro compet.*

TERTIO fallit, niſi talis contrahens vt viator vel aduena, conuerſaretur poſteà ibi aſſiduè, ratione cuius aſſiduæ conuerſationis ſortitur forum, tunc ibi conueniri poterit, ſecundùm Innocen. *in c. ex parte. ſuprà eod.* per text. *in l.* 2. *C. vbi ſena.* quòd intelligit Pet. de Ancha. *in c.* 1. §. *contrahentes. de foro competen. lib.* 6. procedere, quando conuerſatio eſſet aſſidua per decem annos: vt in *l.* 2. *C. de incolis libr.* 10. Sed certè illo modo contrahitur forum ratione incolatus, vt per gloſſ. *in d.* §. 1. ſed ratione aſſiduæ conuerſationis eſt diuerſus modus, & non requiritur decennium: vnde dicebat gloſſ. *in l. fi. C. vbi de crimi.* & Bart. ibi, quòd ſcholaris poterit conueniri in loco ſtudij, etiam pro debitis alibi contractis, de quo per eum *in d. l.* 2. & per Specul. *in tit. de compe. iudic. adi.* §. 1. *verſ. quid ſi aliquis.* & Ioann. And. *ibi in additione.* dicentem, quòd ratione aſſiduæ conuerſationis poterit quis ibi conueniri de contractibus alibi geſtis. & ſequitur Domi. Anto. *in c. fin.* & *in c. quod clericis, ſuprà eod.* & Dom. Abb. *ibi*, licèt Ioann. And. in contrarium teneat *in d. c. ex parte*, vt ſola aſſidua conuerſatio non ſufficiat: prout etiam tenuit Bald. *in d. l.* 2. cùm tex. ibi loquatur copulatiuè, ſcilicet de aſſidua conuerſatione, & quod habeat quis ibi maiorem

iorem partem bonorum: & ita etiam ſequitur Bald. *in d. l. fin.* & inclinat in hanc partem Imol. *in d. c. ex parte* pro quo facit quod idem Bart. dixit *in tractat. repraſaliarum, in §. 9 princip. prope fin.* quòd ſcholaris non poſſit ante decennium in loco ſtudij conueniri ex contractibus alibi geſtis. Imol *in l. lex Cornel. §. domum. ff de iniurijs.* dixit quod etiam ſuper mille annos ſtaret ſcholaris in ſtudio, animo tamen recedendi, de quo appareret, non contraheret domicilium: vt per glo. *in d. l. 2. C de incolis.* de qua tamen materia vide plenius per Docto *in d. c fin & c. ex parte & c. quod clericis.*

QVARTO fallit, niſi conueniatur ad id, quod venit ex natura contractus immediatè expediendi in illo loco: vt ſi viator emit librum vel equum, poterit ibi conueniri ad pretium: quia de natura contractus eſt, vt pretium ſoluatur, & ita in dubio præſumitur de mente contrahentium, niſi aliud appareat, *vt in l. 4 ff. de pigno. actio.* nec præſumitur habita fides de pretio rebus, in quibus conſueuit ſtatim pretium ſolui, vt in rebus, quæ venduntur in nundinis. & ita determinat Bald. *in l ſi non donationis. C. de contrahend. emptio.* ſecùs tamen eſſet, ſi ageretur ad illa, quæ licèt veniant ex natura contractus, tamen non veniunt ad executionem contractus immediatè: vt ſi agatur de euictione, vel petuntur fideiuſſores, vt determinat Bartol. *in d. §. 1.* & Imo. *hic.* quod tu intellige, niſi euictio veniret in limine contractus, & ſic incontinenti, argumen. *l. ſi poſt perfectum. C. de euictio.*

QVINTO fallit, niſi contrahens cum illo ignorauerit eum aduenam vel viatorem: quia tunc poterit ibi conueniri, *vt d. §. 1. & ibi* per Barto. & per Dom. Ant. *in d. c. fin.* intellige ratione illius contractus, non autem alia de cauſa.

SEXTO fallit, niſi contrahens, vt aduena, vel viator haberet ibi originem, ratione cuius originis poſſit quis conueniri in loco, vt *in l. incola. & l. aſſumpto. ff ad municipal.* quod intellige, niſi locus originis ſit alteratus per contrariam cõſuetudinem, vt not. in *l. 1. §. beſtias. ff.*

 de

de poſtula. vbi dicebat Bartol. quòd ſi repræſaliæ ſunt conceſſæ contra Florentinos, tamen non intelligitur de Florentinis, qui diu habitaſſent in ciuitate, licèt originaliter eſſent Florentini. Item intellige ſecundò, niſi ipſa origo ſit repentina, vt not. *in l. huiuſmodi. §. legatum. ff de legat.* 1. ſecundùm Bald. putà ſi eſſet quis natus in vna ciuitate, dum mater eſſet in fuga, vel peregrinatione: quia non dicitur ciuis illius ciuitatis, tenet Imol. *in d. §. 1. ne ſit contrarium.* de quo ibi.

SEPTIMO fallit, niſi talis viator intēderet delinquere, vel decipere contrahentem, vt ſi vellet recedere cum re ſibi vendita, vel cum re aliena, *vt ff. de iudiciis. l. non aliter. & l. ait prætor. § ſi debitorem. ff quæ in fraudem creditorum.* ſecundum Bald. *in d* §. 1.

OCTAVO fallit, niſi eſſet talis cauſa ex qua eſſet alicui leue reſpondere, putà, ſi vendidiſſet equum morboſum, *vt in d. l. hæres abſens. in verſi. duriſſimum à contrario ſenſu*, ſecundum Bald. *in d. c. quod clericis.*

REGVLA XXIV.

AGERE quis non cogitur ante tempus conceſſum à lege *l. 1. C. vt nemo inuitus. l. creditor. C. de pigno.*

PRIMO fallit, ſi apparet de mente valentis agere, quòd differat, vt probationes aduerſarii pereant *l. pen. C. de vſu. pup.*

SECVNDO fallit, vbi quis de proximo eſt receſſurus de loco, vbi habet creditores: quia tunc poteſt præfigi terminus creditoribus ad agendum, glo. *in l. 1. C. vt nemo inuitus. & in l. diffamari, C. de ingenuis & manumiſſis.*

TERTIO fallit, quando quis comminatur ſe poſſe per querelam infringere teſtamentum: quia tunc fauore vltimæ voluntatis ne ſtet in dubio, poteſt præfigi tempus ad querelam præparandam: per tex. notab. ſecund. Bartol. *in l. Papin. §. ſi quis poſt. de inofficioſo teſtamento.* Quar-

QVARTO fallit in eo, qui litem conteſtatus fuerit, vel libellum obtulerit: vt *in Auth. de litigioſis. §. omnem col. 9.*

QVINTO fallit in nunciante nouum opus: vt *in c. fi. de no. operis nuntiat.*

SEXTO fallit, quando actor differt malitioſè conuenire reum, quem conuenire intendit, argum. *c. nonnulli de reſcript.*

REGVLA XXV.

ALIENARE prohibitus, & in longum tempus *a* locare prohibitus eſſe cenſetur. not. in *l. Lucius Titius §. inſtituto de lega. 2.*

ADDITIO.

a Tempus. *Vide quæ nota.* in l. 1. §. quid autem ff. de ſuperfic. & quod ibi habetur *per Do. Alex. de Imol. poſt. Bart. & Fel.* in c. quæ in Eccleſiarum. in 24. colum. in verſ. vbi autem de conſti. *& Do. Pet. Phil. Cor.* in conſil. 252. incip. licèt. in litera D. in 3. part. *& adde quod contra gloſſ.* in d. § inſtituto. *tenet Abb.* in c. ad audientiam. de reb. Eccleſ. non alien. *& Lud. Roma.* in l. ſi conſtante. §. quoties, cum ſeq. ſol. matr. *& Bart.* in d. §. inſtituto. *cum quo tranſit Ang. & Imol.* in l. ſi filio. §. fin. ſol. matr. *Ben. Vad.*

PRIMO fallit, quia ſi quis eſt prohibitus aliena re ſub pœna, non prohibetur locare ad longum tempus, tex. eſt *in c. nulli in verbo alienatione de reb. eccleſ. non alien.* vide Pau. de Caſt. *in conſil.* 25. qui alleg. Iac. de Bel. *in Authen de non. alienan §. quia verò.*

SECVNDO fallit, ſi eſſet facta locatio ad longum tempus, & eſſet dictum quòd tot ſint locationes, quot ſunt anni, arg. *l. ſcire debemus ff de verb. obli.* & ita ſub dubio dicit Bal. *in c. 1. qui feu. da. poſ. in 6. col.* & idem tenet Bal. *in §. vt libellario infrà alle.* ſed hoc eſt contra not. per

Dy *in d. §. inſtitut.* & contra prædicta vide Bald. qui tenet primam partem *in l. voluntas eſt. C. de fideiuſſ.* vide Bart. *in l. ſi finita. §. ſi vectigalib. de dam. infect.*

TERTIO fallit, quando volumus intelligere de alienatione proprijſſima: & tunc venit translatio directi dominij: & ſic poterit fieri locatio ad longum tempus; ſi de alienatione propria, intelligitur de locatione ad longum tempus; ſi verò improprijſſimè & intelligitur de obligatione. & ita dicit Bald. *in c. 1. §. vt libellario. quibus modis feud. amitt.* & *in Auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccl.* & ſic poteſt concordari *in d. §. inſtituto.*

QVARTO fallit, quando locatio poteſt fieri ad longum tempus, ſi dictum ſit quòd non tranſeat aliquod ius in conductores: tamen iſtud dicit Domini. de Sancto Gemini *in c. Abbatib. 12 q. 2.* & iſtud tenent Mod. *ibi*, idem tenet Bal *in l ſi domus. § ſi. de legatis ſecundo.* Sed contra hoc vide quod not. idem Bald. *in c. imperiali. 3 col. de prohib feud. alienatione per Fride in verſi quarto vaſallus.* & eſt cõtra no. per Dyn. *in d. §. inſtituto & l. vbi ita ff de donat. cauſa mortis, & in l. cum precario. de preca.*

QVINTO fallit, a. quia poteſt fieri locatio ad longum tempus colono partiario, & ita dicit Bald. *in d. §. vt libellario*, & nota. quidam Moder. *in l. ſi filio. § ſi vir in quinquennium ff ſol matri.* Sed videtur contra *l. primam § 1 ff. pro ſoc.* vt transfertur dominium in talem partiarium, qui eſt ſocius: vt eſt tex. & ibi hoc tenet Salyce. *in l. ſi merces. §. vis maior. ff. locati.* vide Bald. *in l. certi iuris. C. locati* vbi dicit, quòd non eſt propriè ſocietas. *& in l. 1. C. de fructibus, & lit. expen. & in conſi. 302. quod incipit, videtur prima fronte &c.* vbi tenet quod ſit ſocius. Idem dicit quod ſi fundus vendatur per dominum, fructus integri ſunt emptoris: cum actio perſonalis fundum ſequatur. & ibi ponit, an ſucceſſor ſingularis teneatur ſtare colono partiario? & tenet quod ſic.

ADDITIO.

a Fallit. *Vide de his quæ continentur in hac fallen.*

And.

*And.Barb.*in repe. rub.de reb. eccleſ. non alie-nan.in 9. fallen.

SEXTO fallit, vbi ratio legis eſt in contrarium, vel lex caret ratione. & multò fortius fallit, quando lex municipalis eſt contra rationem, vt quòd bona laicorum non poſſint vendi eccleſijs. Item fallit, vbi lex continet ius ſingulare.*l. fin.C. de prædijs curia. libr*. 10. & his verbis vtitur Baldus *in Authentica, ei qui. C. de bon auth. iudic poſſ. in antepenult. colum. in princip. in verſic. vlterius quaro.*

Septimò fallit in prohibitionibus odioſis, putà ſi teſtator prohibuiſſet alienari in conſortes: nam hoc caſu valebit locatio, ſecus in non odioſis. ita not. Bald. *in l. fin. C. de rebus alienis non alienandis.*

OCTAVO fallit *b*, ſi eſſet facta locatio ad modicum tempus cum clauſula, ad renunciandum: quia tunc videretur etiam valere locatio, vt not. Bald. *in l voluntas. C de fideicomm.*

ADDITIO.

b Fallit. *Vide Ioan. Bapt. de Roſcl.* in 1. nota *vbi nonnulla ad materiam.*

REGVLA XXVI.

ALIENARI prohibita, in dotē dari poſſunt, *Auth. res quæ. & l. fin. §. auaritiæ, C. communia delega.* tenet Bart. *in l. ſi tibi homo. §. diui Seueri. ff. de leg. 1.* per tex. *in l. fin. ff. ad Treb.* Bald. *in l. voluntas. C. de fideicomm.*

Amplia PRIMO, vt nedum locum habeat in dote de nouo conſtituta, ſed etiam in dote, quam filius accepit viuo patre reſtituenda: ſecundum gloſſam *in d. Authentic. res quæ in ſecunda parte.*

Amplia SECVNDO, quòd nedum procedat quando filia dotem pro ſeipſa conſtituere vellet, ſed etiam pro liberis, in caſu quo mater filiam dotare tenetur: & ſimi-

& ſimiliter in fratre, & clarius in patre, vt probatur, *in d. Authen. res quæ in* 1 *q*. vbi per Do. Iaſon.

Amplia tertiò, procedere non ſolum quando pater vellet conſtituere dotem pro filia inter viuos, ſed etiam in vltima voluntate vel teſtamento, vt probatur *in d. Authent. & ibi* per Iaſon. *in quarta nota*.

Amplia quartò, quod non ſolum procedat pro dote matrimonij temporalis, ſed etiam pro dote matrimonij ſpiritualis, & ſic ingreſſus monaſterij, ſecundum Bartol. & alios, *in d. Authent.*

Amplia quintò procedere etiamſi filia iam eſſet maritata cum nulla aut quaſi nulla dote, vt per Iaſ. May. *contra in d. Authen.*

Amplia ſextò, quod nedum ex cauſa dotis vel donationis propter nuptias, ſed etiam alimentorum, vel redemptionem captiuorum, aut alia ſimili cauſa, ſecundum d. gloſſ. approbatam *in d. Auth.*

Amplia ſeptimò procedere etiam, quando mulier non inueniret maritum condignum, niſi omnia bona ſubiecta reſtitutioni daret in dotem, quia tunc poſſet, ſecundum Bald. & Paul. de Caſt. *in d. Auth.*

Amplia octauo nedum procedere donec filius vel filia viuunt, imo beneficium huius ad eorum hæredes tranſmittitur, ſecund. Bal. *in d. Auth.* vbi etiam per Pau. de Caſtr.

Amplia nono nedum ſi fidei commiſſum ſit vniuerſale: ſed etiam ſi eſſet particulare & purum, per rationem literæ, ſecund. Bal. *in d. Auth.*

Amplia decimo etiamſi teſtator alienationem expreſſe prohibuiſſet, vt per Do. Iaſ. *in d. Authent. in quinto not.*

Amplia vndecimo procedere etiamſi elienatio per ſtatutum, etiam iuramento firmatum, prohibita eſſet, vt per Do. Iaſ. *in d. Authen.*

Amplia duodecimo non ſolum procedere in cauſa dotis vel donationis, propter nuptias, ſed etiam in cauſa pia: quia tunc alienari poteſt, ſecundum Angel. *in l. quidam in teſtamento. § ſi. ff ad Treb.*

Amplia

Amplia decimotertio, etiamſi talia bona ſubiecta reſtitutioni, venirent reſtituenda eccleſiæ vel ad alias pias cauſas, ſecundum Bald. *in d. Authen. in 1. col.* & Ludou. Rom. *in conſil. 207. incip. circa id.*

Amplia 14. procedere etiam in muliere ſterili, ſecund. Bald. *in d. Auth in 2. col.*

Amplia 15. procedere nedum in muliere, ſed etiam in eius ceſſionario, cui mulier ceſſit iura dotalia, licet beneficium perſonale videatur, & diuerſa ſit inter ea ratio ita ſingulariter tenet Paul. de Caſt. *in conſil. 121. incip. circa ea, quæ ſuperius in vlti. dubio.* quem refert & ſequitur Iaſ *in d. Authen. in 14. ampliatione.*

Amplia 16. procedere etiam in dote, in qua mulier habet fideiuſſorem obligatum, vt tenet Paul. de Caſtr. *in conſil. 13. incip. quia ſupraſcriptum.* & plenius *in conſil. 131. incip. circa ea.* quem etiam refert & ſequitur Iaſ. *in d. Authent. in 5. extenſione.*

Amplia 17. vt effectus *d. Authent.* perpetuo duret adeo quod bona detracta ex fideicommiſſo cauſa dotis vel donationis propter nuptias nunquam ad fideicommiſſarium reuertantur, ſecundum Paulum de Caſt. *in d. Authent. in 2. colum.* pro quo dicit eſſe caſum ſingularem *in l. mulier. § cum proponeretur ff. ad Trebel.* Indictum vt per Iaſ. *in d. Auth. in 17. extenſione.*

Amplia 18. vt etiam procedat in re Emphyteutica, quam pater poteſt dare filiæ in dotem, vel filio in donationem propter nuptias ſine conſenſu domini, ſecundum Specul. & Ioan. Andre. *in titu. de loca §. nunc aliqua.* & latius per Iaſ. *in d. Authen. in 17. extenſione.*

Primo fallit, vt ſingulariter dixerunt Iaco. de Aret. Cyn. & Salic. vbicunque non extarent alia bona, quæ in dotem dari poſſent: alias ſecus, per *d. Authen. res quæ. C. communia de lega.* benefacit ſecundum eos, *l. pater filium ff. de leg. 3 not.* Salic. *in l. fin. C. de reb. alienis non alienan.* Paul. de Caſtro *in conſil. 13. quod incip. per ſupra dictum eximium, & ibi* ſubtiliter idem dicit Bartol. *in d. §. Diui Seueri.* Baldus tamen *in cap. 1. in §. donare, in tit. quæ l. olim feud. alien. pot.* tenet contrarium, volens, quod diſpo-

diſpoſitio *d. Authent. res quæ* non extenditur ad res expreſsè prohibitas alienari, quia illæ non poterunt alienari pro cauſa dotis: quoniam illa *Authentic.* eſt exorbitans à regula iuris communis in eo, quod dicitur ibi de cauſa dotis, ergò non debet extendi. Sed reſpond. quòd imò debet extendi ad ſimiles caſus: cùm diſpoſitio illius Authenticæ contineat cauſam fauorabilem, vt colligitur ex not. *in l. ſi conſtante, in princip. ff. ſolut. matrimon.* & ibi not. Bartol. *in 9. quæſtio. primæ partis.* quod not. per gloſſ. *in l. qui propter neceſſitatem. ff. de regul. iur.* Bart. & omnes Doct. *in d. Auth. res quæ.* dum alleg. not. per glo. *in l. obſes. C. de pred. mino.*

Limitatur illa regula procedere in prohibitione impediente translationem dominij: quia tunc nullo caſu poterit alienari, etiam pro dotibus conſtituendis, vt eſt gl. ſing. ſecundùm Cy. ibi, & Bal. *in l. nulla C. de iure dot.* idem tenet Bal. *in d. c. 1. §. donare, in tit. qual. olim feud. alie. pot.*

Secundò fallit, & limitatur prædicta regula habere locum in filia fœmina grauata: quia illa non poſſet alienare pro conſtituenda dote liberis ſuis, vt eſt gl. not. *in l. à filia, in princ. ff. ad Treb.* quam ad hoc valdè notabiliter alleg. Nicol. de Neap. *in l mulier in §. cùm proponeretur. ff. eo. tit.* & eam ſequitur. Pro quo facit text. *in l. mulier. §. cum proponeretur ff. ad Treb ibi, & præſens voto, &c.* & rationem alleg. gloſſ. *in d. l. à filia.* Et de materia etiam vide per gloſſ. & Docto. *in l quamobrem,* in *Auth. de reſtit. & ea, quæ par.* vbi habetur, an diſpoſitio *d. Auth* habeat locum in extraneo, an verò in filijs, vel filio teſtatoris. Et magis communis opin. eſt, quòd ſolum extendatur in deſcendentibus a: & etiam probat *in d. Auth. res quæ, verſic. ſed ſi liberis legitima.*

ADDITIO.

a Deſcendentibus. *Et ita tenet Angel.* in d. Authent. res quæ. *& ſequitur Franc. Aret.* in conſil. 37. inci.

Digitized by Google

inci. ſequendo. in ſecundo dub. *vbi tenet, quòd nec in parentibus, nec in tranſuerſalibus locum habet d.* Authent.

Fallentias nonnullas alias vide per Iaſ. *in d. Authen. in antepenu. colu. cum pen. & fin.* vbi ponit ad iſtam regulam 15. notabiles limitationes & fallentias. Ben. Vad.

REGVLA XXVII.

ALIENARI in alium prohibita, nec vſucapi, nec præſcribi poſſunt, tenet Barto. *in l. vbi lex,* & ibi gloſſ. *ff. de vſuc.* & tenet Ange. *in l. 1. C. de præſcrip. lon. temp.* & Io. de Imol. *in l. filiusfam. in §. diuus Seuerus. ff. de leg. 1.* & Iaco. de Aret. Cyn. & Bart. *in l. fin. C. in quib. cauſis in integr. reſtitutio non eſt neceſſ.* not. Bal. *in l. 1. in 9. col. C. de ſer. fugi.* licet Bartol. *in d. §. diuus Seuerus.* contrarium tenuerit.

PRIMO fallit, quando res, quæ prohibita eſt alienari, fuit alienata ab alio, quàm à domino, vel ab alio, quàm ab hærede prohibito, vt puta à non domino bona fide: quia tunc talis res poterit vſucapi & præſcribi, ita not. tenet Cyn. *in d. l. fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſe.* idem tenet Paul. de Caſtr. *in conſi. ſuo* 12. vbi refert Cy. in loco præallega. & pro iſta opin. allegat. text. & gloſſ. not. *in l. 1. in gloſ. magna. C. de ſeruis fugiti.* Dum gloſſ. dicit, quod ſeruus aſcriptitius minimè poteſt præſcribi vel vſucapi: tamen ſi fuiſſet venditus a non domino bona fide, bene poſſet præſcribi & vſucapi.

SECVNDO fallit, niſi interuenerit ſcientia illorum, contra quos præſcribitur: quia ſic videtur tacitè conſentire: ita not. Cyn. *in l. 1. in 3. oppoſi. C. de ſer. & aqua.* Bald. *in l. fin.* poſt princip. *C. in quibus cauſ.* ſecùs ſi ignoranter: quia in tali præſcriptione non videtur adeſſe conſenſus illius, contra quem præſcribitur, vt eſt gloſſ.

in l

in l.1.in colum.2.§ pen. verſ. actione ff.de dolo not. Bald. *in l.1 C. de in integr. reſt & in Authent. ad hoc in 2. colum. C. de vſur. & in l. 2. in vltim col. C. de iure Emphy.* de quo vide per Ioan. de Imol. *in d.l. vbi.* & vide omnino Bald. *in l.1. in 1. col. C. de ſer. fug.* Ang. & Fel. *in l.1. C. de præſcrip. long. temp. & in d.l. ſi tibi homo. in §. diuus Seuerus. de leg. 1.*

REGVLA XXVIII.

APPELLANS à ſententia diffinitiua, cauſam *a* appellationis allegare non tenetur. *l.2. § de appell.* & not. *in l. ante ſententiam, C. quor. appellat. non recip.*

ADDITIO.

a Cauſam. *Adde doctrinam Bart.* in l. à ſententia. ff. de appell. *quòd quotieſcunque prohibita eſt appellatio, vel per legem vel per ſtatutum, ſed permittitur appellatio, in aliquo caſu ſpeciali, ille qui appellat in illo caſu ſpeciali, cauſam appellationis exprimere debet: aliàs appellatio non tenet: & ita tenet Lap. & Abb.* in c. Rom. in §. fin. autem de appell. libr. *6. & vide Felin.* in c. quod ad conſultationem de re iud. in med. 11. col. in verſi. nihilominus. *Ben. Vad.*

PRIMO fallit, vbi quis appellat à ſententia diffinitiua contra ſe lata per confeſſionem ſuam: quia tunc tenetur reddere cauſam quare appellat, quia confeſſus eſt per errorem, vt not. Ioann. And. *in c. Romana §. cùm autem de appe. lib. 6.* & ibi glo. ſingu.

SECVNDO fallit in appellatione reductionis ad arbitrium boni viri, in qua debet exprimi qualitas & quãtitas læſionis, aliàs ſimplex appellatio non tenet: vt no. Bal. *in l. vnic. C. de his quæ pœn. nomine.* Ben. Vad.

TERTIO fallit, vbi latæ ſint tres ſententiæ confor-

mes:

mes: & non obſtante hoc, ſi victus appellat, & iudex pronunciat, appellationi non eſſe deferendum, appellans a tali ſententia debet exprimere cauſam, ſecundùm Ioan. Andre. & Imol. *in c. cupientes de elect. lib. 6.* & idem tenet Bald. *in l. vnic. C. ne lice. in vna eademque cauſ. tert. prouoc.* Bened. Vad.

QVARTO fallit, quando commiſſa eſt cauſa alicui delegato, cum clauſula, appellatione remota: nam debet talis appellans exprimere cauſam. ita tenet ſing. Innoc. *in c. vt debitus de appell.* Benedictus Vad.

REGVLA XXIX.

APPELLANS ad vnũ vel ad alium iudicem, quem ex his eligat, infra decem dies declarare debet *b*: not. Ioan. Andre. *in c. is, qui de offic. delega. lib. 6.*

ADDITIO.

b Debet. *Vide Alexand.* in conſil. 304. incip. viſo proceſſu. & in conſil. 207. incip. viſo toto proceſſu. & in conſil. 123. incip. viſo proceſſu cauſæ verentis inter And. *Et amplia & limita dictam regulam, vt ex dictis conſiliis colligitur.* Felin. in c. inter cætera, de appell. in fin. 2. column. verſic. inſuper. & dic, vt ibi per eum. *Benedict. Vad.*

PRIMO fallit, vt ambo ſint competentes, quia quemlibet poteſt eligere: ſecùs; ſi vnus tantùm erat competens, alius non. dicit not. Ang. *in l. cùm proponas. C. de bon. auth. iud. poſſ.*

REGVLA XXX.

Appellans ab interlocutoria, cauſam in ſpecie exprimere debet, gl. & Docto. *in c. 1. de appell. in 6. & l. 4. §. 1. ff. eod tit.*

PRIMO fallit, quando appellatur in cauſis maioribus, & Papæ reſeruatis, vt *in c. vt debitus, extr. de appel.* ſecund. Hoſt. *in c. quamuis, de elec. in 6.*

D Secun-

SECVNDO fallit *c*, quando appellatur à tali interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, vt tenuit Ioan. Andre. *in c. peruenit, el. 2. extrà de appellat.* & Abb. *in Clement. appellanti, de appellat.* & tenent Domini de Rot. *in deciſ. 12. qua incipit, item ſi iudex.*

ADDITIO.

c Secundò fallit. *Pro qua fallentia vide Felin.* in c. quod ad conſultationem, de re iudic. in fin. 6 colum.

TERTIO fallit, quando appellatur in cauſa notoria, ſecundùm Lap. *in d. c. 1. de appell. in 6.* quod tamen non eſt verum, vt ibi per Doct.

QVARTO fallit, quando appellatur ab interlocutoria, de cuius grauamine ſatis conſtat ex inſpectione: quia ibi inſerta eſt cauſa à iure reprobata, vt vult Petrus de Anchar. *in d. c. 1. de appell. in ſexto.*

Quintò fallit *d*, quando in ipſa appellatione non exprimitur cauſa ſpecialis, ſed per relationẽ ad aliud, vt ſi diceret, Appello ab iniqua interlocutoria, prout patet ex actis: cùm tunc valeat appellatio etiam hodie, ſi iniquitas colligeretur ex actis & allegationibus iuris abſque aliqua probatione facti. & ita ſaluari poterit dictum Innocent. *in c penult. de nou. oper. nunciat.* ſecũdùm Lap *in d. Clement. appellanti.* & refert Domin. de Sancto Gemin. *in d. c. 5. de appell. in 6.* hoc idem tenens.

ADDITIO.

d Quintò fallit. *Vide Bald.* in conſil. 44. in 3. parte.

REGVLA XXXI.

Appellare à ſententia arbitri non licet. *l. 1. C. de arbitr. cum ibi not. l. diem proferre, §. ſtari. ff. eod. tit.*

PRIMO fallit, quia licèt à ſententia arbitri non appelletur, tamen adire poteſt ſuperior ſuper nullitate arb.

arbitra Bald. *in l. 1, col. C. de ſent. ex breuic. recit per illum tex.*

SECVNDO fallit, quando arbiter aſſumptus ſit cum clauſula, vt poſſit de iure & de facto procedere, ſed de iure tantùm pronunciare: tunc enim ſi tulit iniquam ſententiam, quia de iure non pronunciauit, & non ſeruauit formam compromiſſi ab eo, dicta ſententia eſt nulla ipſo iure, & non tenentur partes ei ſtare. ita Bartol ſimpliciter *in l. diem proferre. ff de arbitris. §. ſtari.* cuius opinionem ſequuntur Modern. *in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum ff pro ſocio.* Bald. tamen dicit, quòd ſententia lata ab hoc arbitro tenet, ſed partes benè appellare poſſunt ab ea: quia iſte non eſt propriè arbiter, & ſententia lata iniuſta ab eo tenebit, ſed ab ea appellabitur, vt dixit plenè *in ſuo conſil. quod incipit. de iniuſtitia, vel de iuſtitia.* ſed iſtæ opiniones non placent: quia arbiter in pronunciando & ſententiando tenetur iuris formam ſeruare, ſicut iudex. *l. 1. de arbitr.* & ideò ſi iniuſtè pronunciat, litem ſuam facit. *l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.* & cùm de iure teneatur pronûnciare meritò dicēdum eſt, quòd ſi hoc partes in compromiſſo expreſſè egerint, quòd de iure pronūciet, operetur quòd ſit ſententia nulla, vel ab ea poſſit appellari: quia expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur. *l. 3. de legat. 1.*

TERTIO fallit in arbitro iuris, qui eligitur loco iudicis recuſati & ſuſpecti, vt *in l. apertiſſimi. & in l. cum ſpecia'i C. de iudic.* Ratio, quare à ſententia iſtorum appellatur, eſt, quia ſubrogantur loco iudicis recuſati, vt in cauſa cognoſcant, ideò ſapiunt eandem naturā, quā ipſe iudex recuſatus, vt *in l. enim, qui §. qui iniuriarum. ff ſi quis cau.* & hoc de iure Ciuili: de iure Canonico cognoſcunt ſolùm de cauſa ſuſpicionis: ſed ab ipſorum ſententia ideò appellatur, quia ſunt arbitri iudiciales, qui ex neceſſitate iuris eliguntur. & ita not. *in c. arbitris de offic. deleg. in 6.*

Quarto fallit *a*, quando arbiter eſt electus de iure municipali, & ſic ex neceſsitate ſtatuti, vt ſunt ſtatuta

per Italiam, non poteſt à ſententia talis arbitri appellari, vt not. *in d. l. apertiſſimi* & *in d. l. cùm ſpeciali*. tamen in prima conſtitutione Codicis tenetur contrarium, videlicet, quòd à tali ſententia arbitri non appelletur, quod ſequitur Butr. *in c. Quintauallis. de iureiurand.* ſtãdum eſt enim, ſecundùm eum, regulæ prohibitiuæ, ex quo non reperitur in hoc caſu conceſſa appellatio.

ADDITIO.

a Quartò fallit. *Pro qua fallentia vide Fel.* in c. quæ in eccleſiarum. in med. 35. colum. de conſtit. in verſ. ſecundo eſt cõſiderandum. *& omninò Dom. Iaſ. May.* Inſt. de act. §. omnium. num. 10. & ſeq. *& Franc. Aret.* in d. l. 1. C. de arbit. *Ben. Vad.*

QVINTO fallit, vbi conuenitur inter partes, quòd à ſententia arbitri poſſit appellari: contractus enim ex conuentione vim accipiunt, vt *in l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſ.* & ita tenuit Dyn. *in l. ſi quis ex conſenſu, de appell.* & Bald. *in l. 1. C. eod. tit. & in l. nemo poteſt de leg. 1.* & Cy. in hoc tenet contrarium *in l. 1. C. de arbitr.* Bald. ibi ponit tertiam ſententiam, quam ſequitur Card. Zabar. *in c. cùm dilectus, de arbitr.* de hoc vide Speculat. *in tit. de appel. in §. 2. verſ. 16. & in §. inquilinus, verſ. 13.* & gloſſ. 2. *q. 6. c. iudicibus.* & vide Anto. de Butr. in *d. c. Quintauallis, de iureiur.*

SEXTO fallit, niſi eſſet tertius arbiter electus loco duorum diſcordantium, iuxta formam. *l. ſi vnus. §. penult. ff. de arbitr.* nam tunc ab eius ſententia poterit appellari: quia tunc non eligitur ex iuris neceſſitate, & dicitur potiùs arbiter iuris, quàm aliter: & ideò ab eius ſententia poterit appellari. & fuit dictum Iacob. Butr. *in l. ab arbitro. ff. qui ſatiſdare cog.* quem ſequitur Ioan. And. in addit. Specul. *in tit. de arbit. §. ſequitur verſ. ſed nunquid.* de quo dic, vt habetur *in l. ſi vnus. § principaliter. ff. de arbit.*

Septimo fallit, vbi ſtatutum eſſet in loco, quo ſen-

tentia arbitratoris mandaretur executioni, ſicut ſententiæ iudicum, tunc enim poſſit appellari: quia ex forma ſtatuti aſſimulatur ſententia arbitratorum ſententijs iudicum. & ita videtur voluiſſe Bald. *in l.1. C.de arbit.*

Octauò fallit, ſi infra decem dies appellatur: nam tunc appellans videtur approbare ſententiam arbitri tanquam latam, ſed non tanquàm ſic latam, ſicut in ſimili *in l. 1. § falſus ff rem rat. habe.* ſecundùm Bartol *in l.2. ff de arbitr. & in l nemo poteſt. ff. de legat. 2. & in l.1. C. de arbitr & in l. ab arbitro. ff. qui ſatiſda. cog.* iuncta *l. penult. ff eodem.* ſed communis opin. eſt in hoc contra Bartol. vt tenent Doct. Modern. *in c. Quintauallis, de iureiuran.* maximè Ioan. de Imo. per plures rationes.

Nonò fallit, ſecundum Butr. vbi *ſuprà*, in ſententia arbitri electi ad referendum iudici ſuper aliquo incidenti in iudicio, à quo partes non recedunt ex toto, vt ſi arbiter eligitur ad probandum, vel improbandum fideiuſſorem in iudicio datum per alteram partem, vt eſt caſus *in l. ab arbitro. ff. qui ſatiſda. cogan.* licèt aliqui teneant, quòd tunc non appellabitur, ſed officium iudicis implorabitur, vt *in l. ab arbitro.* ſecundùm aliam lectuiam.

Decimò fallit, vbicunque non ſubditi compromittunt in iudicem ordinarium: nam tunc licet non indicet vt iudex, ſed vt arbiter, iuxta not. *l.1 ff. de iudic.* tamen ea ratione præexiſten. ad hoc allego caſum, *2. q. 6. c. iudicibus.* quem ſic intelligo, licèt Doct. non dicant.

Vndecimò fallit, vbicunq; ſententia arbitri eſt nulla, vt quia per eam laico ſpiritualia conceduntur, vt *in c. 2. de re iudic. cum ſimil. & in l. 1. §. item contra ſacras ff quæ ſentent. ſine appell. reſcind.* nam tunc non appellatur, ſed dicitur nulla, iuxta *l. fin. §. expreſſim. ff. de appell.* ſecundùm Ioan. de Imol. *in d. c. Quintauallis.*

Duodecimò fallit, quia dicta regula procedit de iure Ciuili: ſecùs autem de iure Canonico: quia à tali ſententia

tia appellatur, vt eſt gloſſ. reputata ſingularis 2. *quaſtio. 6. c. iudicibus*. & eam ſequitur Bald. & Angel *in l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de legat* 1. & Bald. *in l* 1. C. *de arbit*. & Angel. *in l. ab arbitro ff. qui ſatiſda. cog* & Petr. de Anchar. *in Clement. ſæpè, ad fin. de verbor. ſignific.* & eſt alia glo. conſimilis *in c. 2. de arbitr*. & in hoc ſequuntur Hoſti. & Ioan. Andr. & aliqui *in d. l. nemo poteſt*, tenent contrarium, ſub dubio fortè: quia in dubio non dicitur induci diſcordia inter ius Ciuile, & ius Canonicum, *c. 1 & 2. de nou. oper. nunc. c. cum ex parte, de elect. in 6.* & reſpondent *ad c. 2. de arbit.* Sed vide Innocent. & Imol. *in d. c. Quintauallis*, quos ſequitur Roman. *in d. l ab arbitro*. & hæc eſt ſuſtentabilis opinio Ioan. de Imo. in puncto iuris tamen communis opinio eſt in contrarium: quam opinionem vltrà prædictos tenent Hoſtien. & Anton. de Butr. *in c. cum dilectus, de arbitr.* & Bald. *in l. cum quidam, la grande ff. de legat.* 2 & Salicet. *in l.* 1. C. *de arbitr.* & Paulus de Caſtro *in l. & poſtea §. ſi minor. ff. de iureiurand.* & pro iſta communi opinione facit quod habetur 2. *quaſt. 6. in can. omnis oppreſſus & c. ad Romanam & c. omnimodo, de appel.*

Tertiodecimo fallit, ſi ſententia arbitri tenet vel continet tale pactum, cui partes renunciare non poſſunt. Verbi gratia, ſi ſententia continet ſimoniam, ita loquitur. *c. 2. de arbi.* nam tunc per ſuperiorem corrigitur, vt not. Ioan. de Imol. *in d. c. Quintauallis.* in alijs autem caſibus ſententia arbitri, quantumcùnque iniqua eſſet, & magni erroris vel læſionis, reſcindi non poteſt. Adde tamen, quod licet ipſa reſcindi non poſſit per appellationem, tamen iudex, coram quo petitur executio ſententiæ, ſi viderit ipſam iniquam & malè latam, poterit in executione ipſius ſententiæ ipſam, tanquam male latam, infringere, ita ſing. tenet Bal. *in d. l diem proferre. §. ſtari. ff. de arb.* & tenet. Ioan. Andre. *in c.* 1. *vel* 2. *eodem tit.* quod perpetuo tenementi.

REGV-

REGVLA XXXII.

APPELLARE à ſententia lata in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, non permittitur. *l.* 1. *C. ſi de momen. poſſ. ſuer. appel.*

Primo fallit, vbi notoria eſt iniuſtitia ex parte volentis appellare, glo. eſt *in c. ex conqueſtione, de reſtit. ſpol.* Bart. & Bal. *in d. l.* 1. *C. ſi de momen. poſſeſſ. fuer. appel.*

Secundo fallit, vbi non poſſit reparari grauamen à ſententia lata in poſſeſſorio per iudicium petitorium: nam *in d. l.* 1. fuit conſtitutum, quod non poſſit appellari in cauſa poſſeſſionis, quia eſt ſuccurſum in petitorio: & ſic, vbi proprietas eſſet prius expedita, quam poſſeſſio, tunc poterit appellari: ita dicit Baldus *in d. l.* 1. *in* 1 *colum.*

Tertio fallit etiam, vbi eſt melior conditio poſſidentis, vt in turpi cauſa, vt per Bart *in l.* 2. *de appel. recip.*

Quarto fallit, vbi eſt miſſio in poſſeſſionem ex ſecundo decreto: quia remanet reparatio: ideò poterit appellari, vt dicit Bart. *in d. l.* 1. & iſti duo caſus continentur ſub regula & fallentia, ſcilicet quando non remaneret remedium per iudicium petitorium.

Quinto fallit, vbi ſententia ſit lata in cauſa poſſeſſionis contra condemnatum ad fructus ſine intereſſe: quia tunc appellari poterit, cum iſtud deamnum reparabile non ſit in cauſa proprietatis, & ſic non eſt momentaneum. ita Bald. *in d. l.* 1. *C ſi de momen. poſſeſſ. fuer. appel in princip.* 2 *colum. verſic ſed pone.*

REGVLA XXXIII.

APPELLARE ab executione ſententiæ quis non poteſt. *l. ab executione. C. quorum appel. non recip.* & habetur *in c. nouit. ille, extr. de appel.*

Primo fallit in ſententia interlocutoria, cuius grauamen non poteſt reparari per obtentum in diffinitiua. iſtud probatur *in l.* 2. *ff. de appel. recip. & cat.*

SECVNDO fallit in interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ: quia tunc ab eius executione poterit appellari, *vt in l. intra vtile ff. de minorib.* & ibi hoc notatur. & dicitur habere vim diffinitiuæ, quando per eam tota cauſſa determinatur, vt ibi dicitur in text. iuncta gloſſ. notabili, de qua per gloſſ. *in Clement. fin. in gloſſ. 2. de appellat.* & vide Bartol *in l. ſi prætor, in princip. ff. de tutor.* & per Ludouic. Roman. *in l. 2. ff de verbor. obligat.* & per Bald. *in Rubric. C. ne liceat tertiò prouocare.*

TERTIO fallit, quandocunque ſequitur, nec ſperatur aliqua diffinitiua: quia hoc caſu ab interlocutoria tali poterit appellari, vt probatur *in l. ait prætor. in §. permittitur, ff de minor.*

Quartò fallit, quando iudex pronunciat deferendum eſſe appellationi, quia etiam à tali interlocutoria, poterit appellari, ita tenet Bald. *in l. vnica, C. ne liceat in vna eademque cauſa tertio prouocare.* & hanc opinionem tenet Ioan. Monach. *in c. cupientes, de electio. lib. 6.*

Quinto fallit in pronunciatione ad exequendum: nam à tali pronunciatione poterit appellari *a* etiam, vt not. gl. *in l. ab executione, in prin.* & ibi not. per omnes Docto. Et ideò ex his ſumitur cautela, quòd quando ſententia eſt lata pro parte, quæ tranſiuit in rem iudicatam, quam realiter ipſam exequi facias ſine aliqua pronunciatione, hoc modo valet, quòd iudex dicat, quòd exequendo ſententiam concedit victori familiam & nuncios ſuos ad capiẽdum pignora, vel ad mittendum cauſa releuãdi in poſſeſſionem bonorum. ita dicit Angel. de Peruſ. ſe infinitis vicibus practicaſſe, *in d. l. ab executione*, quia tunc ſecundùm omnes non poterit appellari. & idem etiam tenet Ange. de Aret. *in d. l. ab executione, in prin. quod no.*

ADDITIO.

a Appellari. *Vide Do. Petr. Philip. Corn.* in conſil. 71. in litera V. in 1. parte. *Bened. Vad.*

REGV-

REGVLA XXXIV.

APPELLARE à ſtatuto iniquo non permittitur, not. Bart. *in l. fin. ff. de appell. recip.*

PRIMO fallit, quia à ſententia lata vigore illius ſtatuti bene poteſt appellari, vt Bald. *in c ceſſante, in 1 ; . colum extr de appel.* & Bal. *in l. quiſquis. C. quor. appel. non recip.*

ADDITIO.

**Etſi omnia exemplaria ſequentes limitationes huic regulæ ſubiectas habeant, vide tamen non potiùs ad regulam,* Appellatione pendente, *quæ eſt* 42. pertinere debeant.

Iſta regula limitatur ſeptem alijs modis vltrà iſtum: primò non habere locum, quando appellans eſt perſona ſuſpecta, vel fructus dilapidat, ſiue res ſit mobilis, ſiue immobilis, fructus ſequeſtrantur. *l ab executione. C. quorum appel. non recip.* iſtud voluit gloſſ. *in c. appellatione. 2. q. 6.* & voluit Bald. *in c. 1. § . ſancimus, in tit quo temp. miles inueſti. petere debe.* dilapidare dicitur, ſecundùm Bald. *ibi*, ſi conſumit in ſuos vſus conuertendo, maximè prodigaliter viuendo, & refert Anchar. 11. *q. 1. c quia res.*

SECVNDO fallit iſta regula non habere locum, quando appellatio eſt expreſsè iuri contraria, vt not. *in c. paſtoralis, de offic. deleg.* ita refert. Bald. *in d. c. 1. §. ſancimus.*

TERTIO fallit, niſi appellatio eſſet friuola, vt *in c. cum appellationibus friuolis, de appellat. libr. 6.*

Quartò fallit, regula eſſe vera, quoad partes: ſecùs, quoad tertium. ita eſt glo. celebris *in l. creditor, in princ. in verb pone. ff manda.* quam allegat Bald. *in l. ſi quis filio. ff de iniuſt. rupt teſtamen.* Adde tex. & quod voluit ibi Geminian *in c Romana §. in alium. de appellat.* & text. ſingularis *in c. ſuper eo. ff. de officio de lega.* ſecundùm Butr. *in c. vt debitus, de appella.* & hoc

D 5 volu-

voluit expreſsè Geminian. *in c. non ſolùm, ſuper glo. fin. de appellat. libr.* 6. licèt non alleget gloſſ. *in d. l. creditor.*

QVINTO fallit regula eſſe vera in eadem cauſa: ſecùs in diuerſa: iſtud dixit Domi. Abb. *in c. quia fruſtrà, extr. de vſur. & Laur de Rodul. in trac. de vſur. q* 144 & idem dicit in litis pendentia, ſecundùm Bald. *in d. c.* 1. *§. ſancimus.* vbi refert Innocen. *in c. bonæ, de appell. & in d. c. paſtoralis* facit, *vt lite pendente per totum.* & limita, prout dictum eſt in appellatione.

SEXTO fallit prædicta regula, & dicas eam procedere reſpectu iudicis, & non reſpectu partis, ſecundùm Innoc. & Abbat. *in verſic. oppono tertiò, in c. dilecte, de exceptio.* tu pro veritate huius dicti vide plenè Abba. ibi diſputãtem hunc paſſum, & veritatem huius limitationis, quæ indiſtinctè ante procedit, vt ibi plenè per Abb. poſt Hoſtien. Adde etiam, quòd innouatum in cauſa appellationis non reuocatur, ſi extrinſecùs aliquid ſit geſtum, quod in litis præiudicium non vergat, vt teſtimonium: vt ſingulariter notatur *in l. furti, §. 1. ff. de infam.* & Bald. *in d. c. dilecte.* item nec reuocatur quod legitimè factum eſt, ſecundùm litis exigentiam, text. eſt vnicus in iure *in l. poſtquàm. §. Imperator. ff vt lega. nomi. caue.* talia innouata non impediunt executionem. *ff. de adminiſtrat. tutor. l. chyrographis. §.* 1. *ff. vt in poſſ. leg. l. is cui. §. quæ in poſſeſſione.*

SEPTIMO fallit illa regula, quòd lite pendente non habet locum in caſu *c. accuſatum, de ſimo. & ibi aliâs in* 2. *not.* dicit nor. caſum, in quo lite pendente quis priuatur quaſi poſſeſſione beneficij & officij. & intellige illum textum, quando accuſatus erit infamatus de ſimonia. nam per atrocitatem delicti concurrente infamia, fit ſuſpenſio, donec cauſa finiatur, vt *in c. inter, de purgat. canon.* & idem dicit in alijs magnis criminibus, concurrente infamia. facit quod not. Ioan. Andre. *in d. c.* 1. *de accuſat libr.* 6. faciat etiam quod volunt Innocent. & Abb. *in c. cum M. in gloſſ. fin.* de *conſtitut.*

vn,& de iſta materia vide per Specu. *in tit. de appel.* vbi 16.limitationes ponit.

REGVLA XXXV.

APPELLATIO ad hoc vt valeat, in ſcriptis fieri debet *b*,not.*in l.1.§.libellus.ff.de appel.*

ADDITIO.

b Debet.*Vide Do.Pet. Philip. Corn.* in conſ.115. incip. viſo per totum,in 4.parte.

PRIMO fallit, quando iudex pronunciat, & inde receſſit à bancho: quia poteſt appellare ſine ſcriptis, vt in *d.l.1.§.libellus.* & *ibi* per Bar.

SECVNDO fallit in ſententia interlocutoria, vt not. Bal. *in l ſi eo § ſin autem, in 1.col.C.de appel.* dic tamen, vt *ibi* per Ang.

TERTIO fallit, quando cauſæ ſunt breues, vt no. Bald. *in l.in mino.C.de appel.*

REGVLA XXXVI.

APPELLATIO alternatiua & incerta non valet. Bald. *in l.appellatione.C.de appel.*

PRIMO fallit, quando omni caſu appellatio incerta valeret, dummodò infra 10. dies declaretur & ſuppleatur, gl. *in c.ſi is cui, de offic.deleg. libr. 6.* & *Imo.in c.ſua nobis, de appel.*

SECVNDO fallit, quia valeret appellatio generalis, ſi eſſet facta ad competentem iudicem, vel ſimpliciter dicendo, Appello, non exprimendo ad quem iudicem, aut ſi appellatur alternatiuè, quando concurrit aliqua probabilis dubitatio iuris vel facti, ad quem ſit appellandum: tunc enim de iure Canonico, propter probabile dubium iuris vel facti, valeret talis appellatio, argum. *c.1.de poſtul.prala lib. 6.* & *in l.1. § quod autem ff. quor. leg.* ſecundùm Ioan. Andre. *in reg.in alternatiuis, lib.6.* & gloſſ. *in d.c.ſi is cui.*

REGVLA XXXVII.

APPELLATIO iuſte fit, ſi iudex reijcit legitimam

timam exceptionem, dummodò probetur de veritate cauſæ ipſius appellationis, vt probatur *in c. ex parte R. de appellatio.* ex quo infertur, quòd iudex non dicitur grauare partem ex hoc ſolo, quòd eius exceptionem legitimam non admiſerit, vt per Lapum *in allegatione ſecunda*, *colum.* 2.

PRIMO fallit in exceptione recuſationis iudicis: quia ſi, ea non obſtante, iudex procedat in cauſa principali, & ex hoc appelletur, cenſetur ipſo facto iuſtificata appellatio: licèt aliter poſteà in cauſa appellationis non probetur, cauſas recuſationis fuiſſe veras: licèt aliter non fuerit oblata probatio: quia non eſt neceſſarium offerre probationem coram iudice recuſato, coram quo non tenetur facere probationes ſuas *c. cùm ſpeciali, de appell.*

SECVNDO fallit in caſibus, in quibus grauamen illatum non ſubiacet probationi, vt ſi denegentur induciæ deliberatoriæ, vel ſi negetur copia ſententiæ vel aliorum actorum, in quibus non poteſt offerri probatio, iuſtificatur appellatio: etiamſi aliter non obtulit ſe probaturum grauamen, niſi quia non fuit admiſſa petitio partis, quæ de iure erat admittenda, vt per Imo *in c. ſignificante, de appel.* & per text. *in c. G. perpetuus, de fide inſtrumen.*

TERTIO fallit in omni caſu, in quo cauſa grauaminis detegitur per ſolas allegationes iuris abſque alia probatione facti, vel ſi cauſa grauaminis appareat ex iuris præſumptione: quia tunc videtur incontinenti iuſtificata appellatio, cùm conſtet de veritate cauſæ per ſolas allegationes iuris, vt per Bald. *in l. minoribus. C. de his, quibus vt indign.*

QVARTO fallit, vbicunque appellatur ex cauſa notoria, vel tali, quæ fundat intentionem appellantis de iure communi, per not. *in c. bona, de appellat. & in c. ad decimas, de reſtitutio, ſpoliato, in 6.*

Quinto

Quinto fallit, quando conſtat ex iuris diſpoſitione appellationem fore legitimam, vt ſi eſt appellatum à diffinitiua, & illa non fuerit admiſſa, bene appellatur. c. 1. §. *hiſque, de appel. & c. cum appellationibus eod. tit. in 6.*

Sextò fallit, niſi iudex, à quo appellatur, ſi veriſimiliter informatus de veritate exceptionis, ſeu cauſæ appellationis: quia tunc intelligitur iuſtificata appellatio, vt not. *in c. cum cauſam. de offic. de leg. & in c ſi duobus, de appell.*

Sextò fallit, niſi conſtaret de iſta exceptione, & eius veritate per confeſſionem partis factam coram iudice à quo: tunc ſtatim intelligitur iuſtificata appellatio, vt *in c. dilecto, de appel.*

Septimo fallit in cauſis beneficialibus, in quibus quoad deuolutionem negotij principalis, quando eſt appellatum ad Papam, quia ſufficit quod appellatio interponatur ex cauſa probabili, licet aliter non probetur de veritate illius cauſæ; vt *in c. quamuis. & in c. poſtquam, de electio. in 6.*

Octauo fallit, quando iudex ex leui præſumptione repelleret exceptionem partis in his, quæ ſunt grauis præiudicij: tunc enim dicitur grauare partem, etiamſi non fuerit oblata probatio. *c. licet cauſam, de probatio.* & per Innocen. *in c. poſt electionem, de conceſſ. praben.*

REGVLA XXXVIII.

APPELLATIO ab interlocutoria ex eiſdem actis verificari debet. Clem. *appellanti, de appellatio.*

Primo fallit, vbi eſt lata contra abſentem, vt not. Bartol. *in l. ait prætor. ff. de minor. verſ. quid tamen.*

Secundo fallit, vbi iudex noluit admittere probationes in cauſa principali, vt dicit Bald. *in l. per hanc. C. de tempo. appel.* per ea quæ not. *in c. interpoſita, de appel.*

Tertio fallit, quando interlocutoria continet grauamen

uamen irreparabile ad diffinitiuam, vt not. Bald. *in d. l. per hanc.* per notata *in l. ait. prætor. verſ. quid tamen. ff. de minor.*

QVARTO fallit, quando appellatio ſurgit ex facto aduerſarij, vt dicit Bald. *in l. per hanc. C. de tempor. appellat.*

REGVLA XXXIX.

APPELLATIO ad Principem, omiſſo *a* medio regulariter non admittitur *l. Imperatores. ff. de appel. & c. dilecti, el. 2. de appel. & c. Romana, de appel. in 6. & 2. q. 6. c. anteriorum.*

ADDITIO.

Medio. *Pro infrà ſcriptis fallentijs vide* Feli. in c. ſuper quæſtionum. §. porrò, in fin. 1. colum. verſi. appellari, de offic. deleg. *Bened. Vad.*

PRIMO fallit, quando appellatur ab interlocutoria, eo caſu, quo poteſt appellari ab interlocutoria, text. eſt *in l. reo vniuerſali. ff. de minorib.* & ibi per Docto. *& in Authen. de appel. & intra quæ tempora. debe. appella. §. 1. & in l. maritus ff. de quæſt. in Authen. de mand. Princip. § ſi tibi.* & *ibi* vide rationes per Docto.

SECVNDO fallit, quando eſſet appellatum ad Principem, & pars non oppoſuiſſet, per textum *in l. Imperatores. de appellatio.* & debet fieri remiſſio.

TERTIO fallit, vt habetur *in l. ad Imperatorem. ff. de appel.*

QVARTO fallit, quando iudex inferior delegaret cauſam appellatione remota, vt *in l. 1. ff. quando appell. non licet & in l. fin. C. de ſent. & interloc. omn. iudic.*

QVINTO fallit in ſcholari, ſecundùm Nicol. de Neap. *in Auth. habita.* a *C. ne fil. pro patre.*

ADDITIO.

a In Authent. habita. *Vide Bald.* in 13. col. *& Abb.* in diſputatione ſua, quæ incip. Sandulphus, in 22. colum. *Bened. Vad.*

Sexto

Sexto fallit, quando conſuetudo ſuper hoc diſponeret, vt patet per text. & gl *in d. c. Romana.*

Septimo fallit, quando hoc competeret ex priuilegio, vt *ibidem* per glo.

Octauo fallit, quando Archiepiſcopus conueniret ſubditum ſuum coram ſuo ſuffraganeo, vt *extr. de foro competen. c. cum ſit generale.* & hoc vt iudex non ſit in cauſa ſua, cum nullus poſſit ſibi authorari, vt Clemen. *ſi vna, de reb. Eccleſ. non alienan.*

Nono fallit, quando Epiſcopus agit contra ſubditum ſuum, quo caſu eligerentur arbitri, à quibus appellatur ad Papam, *extr. de offic. delega in 6. c. arbitris.*

Decimo fallit, quando concurrit iuriſdictio mediata, vel immediata, vt ſi appellatur à ſubdito Archidiaconi, qui eſſet ſubditus Epiſcopi: nam omiſſo Archidiacono appellari poteſt. Abb *in c. dilecti, el. 2, de appel in fin. in gloſſ. fin. in ſimili, c. cum ab Eccleſiarum de offic. ordin.*

Vndecimo fallit, quando medium ſit inhabile, puta, hæreticus vel excommunicatus, gloſſ. eſt *in c. is cui, de offic. deleg.*

Duodecimo fallit, quando eſſet ſuſpectus vel recuſatus, *vt in c. is cui.* ſecundum Ioan. And. *c. Romana* §. 1. qui hos caſus enumerat, de quibus per Archid. *in d. c. anteriorum.*

Tertiodecimo fallit, quando appellatur ad legatum Papæ *c. 1. de offic. deleg.*

Quartodecimo fallit quando appellatur ad Patriarcham, vt dicit Innocent. *in c. Archiepiſcopus, de priuileg.*

REGVLA XL.

APPELLATIO in qualibet cauſa permiſſa eſt *b. l. & in maioribus, C. de appel.* & per gloſſ. & *ibi* Ang. *in l. qui reſtituere. ff. de rei vend.*

b Eſt. *Vide Lanfranc.* in repet. c. quoniã cõtra de proba. in ver. hic tractab. in. 22. colũ. poſt med. in ver.

in ver.quæro in quibus,cum 20. ſequen.*vbi latè.Et circa fallentias alias infrà poſitas, vide gloſſ.* in l.1. & 2. C. quorum appellat. non recip. *& glo.* 2. quæſt. 7. in ſumma. *& in Specul.* de appellat. §. quibus.*quæ iura allegant Cano.*in c.Romana.§.fin. de appellat.in 6.

PRIMO fallit in ſententia interlocutoria, à qua de iure Ciuili non appellatur. text.eſt *in l. 2. C. de Epiſc. audien.& in l.antè. C. quor. appell.* non recip. & iſtud procedit de iure Ciuili: de iure autem Canonico poteſt à quocunque grauamine appellari, ſiue ſit illatum in iudicio,ſiue extra iudicium: vt *in c. ſuper eod. de appella.* dixit tamen Gulielm. de Cu.notabiliter, quem ſequitur Bald. *in l. poſt ſententiam C. de ſentent. & interloc. omni. iudici.* quòd licet de iure Ciuili non poſſit appellari ab interlocutoria: tamen poſſit appellari à grauamine illicito. Verbi gratia: Iudex non vult admittere alios teſtes, quos actor produxit, rectè poterit appellari ab iſto grauamine illicito: dato quod ita nulla interueniat ſententia diffinitiua vel interlocutoria, quod eſt ſingulare.

SECVNDO fallit in executione,à qua non poteſt appellari, vt *l. ab executione. C. quorum appellat. non reci. & in l. ab executione. ff. de appellat.* poterit tamen appellari à ſententia lata de exequendo, vel non exequendo: vt eſt ſingul. gloſſ. *in d. l. ab executione.* & hanc gloſſ. ſequitur Ang. *in d. l. ab executione.* qui dicit ita in practica ſeruari, ſubijciens cautum debere eſſe Aduocatum actoris petentis executionem, vt inſtet cum iudice, vt non pronunciet aliquam ſententiam eſſe exequendam, vel non: quia poſſet appellari à tali ſententia. Sed faciat quòd iudex ſuam ſententiam exequatur mittendo in poſſeſſionem, &c. & tunc ab iſta executione non poterit appellari. Sed Old. & Bal. *in d. l. ab executione.* tenent quòd etiam à ſententia de exequendo non poſſit appellari: quia nunquam ſecundùm hoc eſſet finis: quia

lata

lata ſententia incerta, quis inſtaret cum iudice ipſum debere pronunciare eſſe exequendam ſentẽtiam, & ſic à tali ſententia dominus appellabit: & ſic ad exitum nunquam perduceretur: Sed tu teneas opinionem gloſſ. quæ eſt communis, & etiam ſeruatur: nec obſtat ratio Oldr. & Bal. quia ad boni iudicis officium pertinet dirimere lites, vt *in l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cer. pet.* neque pronunciabit ſententiam eſſe exequendam: imò ipſo facto exequetur ſententiam, vt finis litibus imponatur.

Tertiò fallit in ſententia lāta ſuper debito fiſcali: quia à tali ſententia ſuper tali debito non poteſt appellari, vt *in l. abſtinendum C quor. appel. non recip.* Idem ſecundum Bald. in ſententia lata ſuper decimis: quia non poterit à tali ſententia lata ſuper decimis appellari: quia æquiparatur iuri fiſcali. 2. *q. 5. c. ſi Epiſcopi.*

Quarto fallit, vbi ſententia eſſet lata contra conuictum teſtibus, & propria voce confeſſum: quia nec poterit talis appellare, vt *in l. 2. C. quorum appel. non recip.*

Quinto fallit, in ſententia lata ſuper apertura teſtamenti, vel ſuper miſſione hæredis in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, vt *in l quiſquis. C. quor. appel. non recip.*

Sexto fallit, in ſententia contra verum contumacem: quia non poteſt appellare, vt *in l. ex conſenſu. C. de appel. & in l poſt edictum, in §. fin. ff de iudi. & in l. properandum, in § ſin autem reus C de iudic.*

Septimo fallit in ſententia lata per Principem, vel lata per eum, cui Princeps contulit cauſam cognoſci, appellatione remota: quia ab illa ſententia non poterit appellari, vt *in l. 1. in fine. ff. à quib. appel. non lic.*

Octauo fallit, vbi interuenit pactum de non appellando à ſententia iudicis: nam tunc non poterit appellari, etiam ſi ſententia foret iniqua, vt *in l. fin. §. fin. C. de tempor. appel.* Idem ſi litigantes promiſiſſent ſtare ſententiæ certi iudicis, quomodocunque

E foret

in ver. quæro in quibus, cum 20. ſequen. *vbi latè. Et circa fallentias alias infràpoſitas, vide gloſſ.* in l. 1. & 2. C. quorum appellat. non recip. *& glo.* 2. quæſt. 7. in ſumma. *& in Specul.* de appellat. §. quibus. *quæ iura allegant Cano.* in c. Romana. §. fin. de appellat. in 6.

PRIMO fallit in ſententia interlocutoria, à qua de iure Ciuili non appellatur. text. eſt *in l.* 2. *C. de Epiſc. audien. & in l. antè. C quor. appell.* non recip. & iſtud procedit de iure Ciuili: de iure autem Canonico poteſt à quocunque grauamine appellari, ſiue ſit illatum in iudicio, ſiue extra iudicium: vt *in c. ſuper eod de appella.* dixit tamen Gulielm. de Cu. notabiliter, quem ſequitur Bald. *in l poſt ſententiam C. de ſentent & interloc. omni. indici.* quòd licet de iure Ciuili non poſſit appellari ab interlocutoria: tamen poſſit appellari à grauamine illicito. Verbi gratia: Iudex non vult admittere alios teſtes, quos actor produxit, rectè poterit appellari ab iſto grauamine illicito: dato quod ita nulla interueniat ſententia diffinitiua vel interlocutoria, quod eſt ſingulare.

SECVNDO fallit in executione, à qua non poteſt appellari, vt *l. ab executione. C quorum appellat. non reci. & in l. ab executione. ff de appellat.* poterit tamen appellari à ſententia lata de exequendo, vel non exequendo: vt eſt ſingul. gloſſ *in d. l. ab executione.* & hanc gloſſ. ſequitur Ang. *in d. l. ab executione.* qui dicit ita in practica ſeruari, ſubijciens cautum debere eſſe Aduocatum actoris petentis executionem, vt inſtet cum iudice, vt non pronunciet aliquam ſententiam eſſe exequendam, vel non: quia poſſet appellari à tali ſententia. Sed faciat quòd iudex ſuam ſententiam exequatur mittendo in poſſeſſionem, &c. & tunc ab iſta executione non poterit appellari. Sed Old. & Bal. *in d. l. ab executione.* tenent quòd etiam à ſententia de exequendo non poſſit appellari: quia nunquam ſecundùm hoc eſſet finis: quia

lata

lata ſententia incerta, quis inſtaret cum iudice ipſum debere pronunciare eſſe exequendam ſentẽtiam, & ſic à tali ſententia dominus appellabit: & ſic ad exitum nunquam perducetur: Sed tu teneas opinionem gloſſ. quæ eſt communis, & etiam ſeruatur: nec obſtat ratio Oldr. & Bal. quia ad boni iudicis officium pertinet dirimere lites, vt *in l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cer. pet.* neque pronunciabit ſententiam eſſe exequendam: imò ipſo facto exequetur ſententiam, vt finis litibus imponatur.

Tertiò fallit in ſententia lata ſuper debito fiſcali: quia à tali ſententia ſuper tali debito non poteſt appellari, vt *in l. abſtinendum C quor. appel. non recip.* Idem ſecundum Bald. in ſententia lata ſuper decimis: quia non poterit à tali ſententia lata ſuper decimis appellari: quia æquiparatur iuri fiſcali. *2. q. 5. c. ſi Epiſcopi.*

Quarto fallit, vbi ſententia eſſet lata contra conuictum teſtibus, & propria voce confeſſum: quia nec poterit talis appellare, vt *in l. 2. C. quorum appel. non recip.*

Quinto fallit, in ſententia lata ſuper apertura teſtamenti, vel ſuper miſſione hæredis in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, vt *in l quiſquis. C. quor. appel. non recip.*

Sexto fallit, in ſententia contra verum contumacem: quia non poteſt appellare, vt *in l. ex conſenſu. C. de appel. & in l poſt edictum, in §. fin. ff de iudi. & in l. properandum, in § ſin autem reus C de iudic.*

Septimo fallit in ſententia lata per Principem, vel lata per eum, cui Princeps contulit cauſam cognoſci, appellatione remota: quia ab illa ſententia non poterit appellari, vt *in l. 1. in fine. ff. à quib. appel. non lic.*

Octauo fallit, vbi interuenit pactum de non appellando à ſententia iudicis: nam tunc non poterit appellari, etiamſi ſententia foret iniqua, vt *in l. fin. §. fin. C. de tempor. appel.* Idem ſi litigantes promiſiſſent ſtare ſententiæ certi iudicis, quomodocunque

 foret

foret lata talis ſententia: nam per talia verba tollitur beneficium appellandi, gloſſ. eſt ſingularis *in l. tale pactum.§.qui prouocauit.ff. de pact.* quam gloſſ. ſequuntur Bartol. & Angel.

Nonò fallit in ſententia à præfecto prætorio lata, vt *in l à proconſulibus.C. de appellat.* & in *l. vnica. C. de ſenten.præfect.præto.* & per conſequens non poterit appellari à ſententia Cardinalium: cùm ſint ſimiles præfecto prætorio gloſſ. eſt ſingul. *in l. 1. ff de offic præfect. præto.* Idem dicas in ſententijs eorum, qui non recognoſcunt ſuperiorem, argumen. *in c. quoniam.* 11. *diſtin.* & Bald. *in l. hoſtes, de capt.*

Decimò fallit in ſententia lata per arbitrum, qui eſt arbitrarius de iure tantùm, & non de facto: quia ab eius ſententia non poteſt appellari, nec etiam reduci ad arbitrium boni viri: imò ei eſt ſtandũ, ſiue iniuſta, vel iniqua ſit, vt *in l. diem proferre in §. ſtari. ff. de recept. qui arbit. recceper. vt ſenten. dica.* & *in l. ſocietatem, in §. arbitrorum. ff pro ſoc.* In arbitris autem, qui eliguntur ex neceſſitate, vt ſunt arbitri, qui eliguntur ex forma ſtatuti inter conſanguineos: ſecùs eſt, quia ab eorum ſententia poteſt appellari, gl. eſt ſingularis *in l. arbitrio. ff. qui ſatiſd. cogan.* quam glo *ibi* ſequitur Bart.

Vndecimò fallit in ſententia arbitratoris, à qua non poteſt appellari: ſed ſi interuenit deceptio vſque ad ſextam partem, debet reduci ad arbitrium boni viri: vt *in l. ſi neque. ff. pro ſocio.* & ita tenet Barto. & eſt communis opinio *in d. §. arbitrorum.*

Duodecimò fallit in ſententia lata ab Epiſcopo ex eius prorogata iuriſdictione: quia non poterit appellari, vt *in l. ſi qui ex conſenſu.* ſecundum vnum intellectum. *C de Epiſco. aud.*

Tertiodecimo fallit, vbi aliqua cauſa fuit alicui commiſſa in ſua conſcientia: nam tunc non poterit à tali ſententia appellari: vt eſt gloſ. *in c. ſtatutum in §. inſuper. de reſcrip. libr. 6.* & ita tenet Bald. *in l. 2. C. de har.*

Quartodecimò fallit in ſententia exiſtente nulla

a, à qua

[illegible] poteſt appellari [illegible] *ſi conſtet. ff. de* [illegible] *appellat. ff. eodem tit.* quia appellatio ha- [illegible] pronunciatum, vt *in l. 1. in fi. ff. ad* [illegible]

Additio.

[illegible] *Vide Do. Petr. Phil. Corn.* in conſ. 12. in [illegible] 4. parte. & conſi. 212. in litera M. ea- [illegible] parte. *Bene. Vad.*

[illegible] fallit in ſententia reductionis ad [illegible] boni viri, de qua tamen fallentia eſt valde [illegible] maximè, quia Innocent. *in c. præſenti. de* [illegible] tenuit quòd à ſententia lata à bono viro [illegible] cauſa reductionis ad arbitrium bo- [illegible] ſententia lata à bono viro non appella- [illegible] : hanc eandem ſententiam tenuit [illegible] *leg. 2.* & idem tenet Bald. & Hoſtien. diſ- [illegible] refert Ioan. Andr. *in addi. Specul. in tit. de* [illegible] *in verſic. quid ſi conuenit*, & eandem [illegible] amplexum Salyc. *in l. ſocietatem in §.* [illegible] *ff. pro ſocio.* & ita etiam de facto conſuluit. [illegible] verò ſententiam tenuit Bald. qui fuit ſi- [illegible] contrarius *in l. 1. C. ne liceat in vna eademque cauſ.* [illegible] dicens quòd à ſententia lata per bonum [illegible] reductione cauſæ poteſt appellari, vt hic, [illegible] reperitur iſte caſus exceptus à iure: ergo re- [illegible] regula præmiſſa, quæ eſt, quòd regulariter [illegible] caſu poteſt appellari: *vt in l. innouationibus. C.* [illegible] hanc eandem ſententiam tenuit Per. de Anch. [illegible] *quòd incipit, laicus quidam.* idem tenet Io- [illegible] *in conſilio ſuo, quòd incipit, illud reuocatur in* [illegible] Bald. ad hoc reuocat eam, & tenet vnam opi- [illegible] delicet quòd poteſt appellari à ſententia re- [illegible] arbitrium boni viri, ſi in appellatione aſ- [illegible] qualitas & quantitas læſionis. & ita intelligitur [illegible] de Ancha. *cum ſeq.* Si autem in ipſa appellatio- [illegible] expreſſa quantitas vel qualitas læſionis, non

 valet

valet appellatio: imò remanet ſententia firma. ita tenuit ipſe *in l. vnica C. de his quæ pœn. nom.* & iſta opinio in practica ſeruatur. ſit ergo cautus ille, qui à ſententia reductionis, ad arbitrium boni viri appellat, vt inſeratur in ipſa appellatione quantitas & qualitas læſionis, aliàs ſuccumbet: quia iudex appellationis pronunciabit non deferendum, nec debere deferri appellationi.

Fallit 16. vbi quis appellans dicit ſtatutum eſſe iniquum, cùm ſtatutum eſt generale, ſecundùm Bald. qui ita not. *in l. quiſquis, C. quorum appell. non recip.*

Decimoſeptimò fallit, vbi ſunt latæ tres ſententiæ ſuper eodem articulo confirmatoriæ: quia vlteriùs non licet prouocare, vt in rubro & nigro. *C. ne lice. in vna eademque cauſa tertio prouoc.* vbi ab ipſa ſententia lata de conſilio ſapientis, licèt tranſiuerit in rem iudicatam, poterit appellari, non tanquàm à ſententia, ſed tanquàm ab iniquo conſilio. iſte eſt text. ad literam. 2. *quæſtio. 6. c biduum § vidimus, verſicu & nos.* & tenet. Anton. de Butr.

Decimooctauò fallit in ſententia lata per ſyndicatorem, qui habet ſyndicare officialem ſuum, Putà, Poteſtas ſyndicat vicarium ſuum. nam à ſententia lata per Poteſtatem ſuper ſyndicatu, non poteſt appellari, vt *in l. nulli C. quorum appella non recip.* ſecùs eſſet in ſententia lata per alium ſyndicatorem: quia tunc benè poſſet à tali ſententia appellari. ſecundùm Angel. *in d. l. nulli &c.*

Decimononò fallit, ſi ſtatuto caueretur, vel conſuetudine legitima haberetur, quòd à certa ſententia non poſſit appellari. Nam ſi per pactum, ergò & per conſuetudinem, vt tenuit Lanf. *in ſua ſolenni repetitione c. quoniam contra falſam, extrà, de probat. circa fin.*

Vigeſimò fallit in ſententia lata ſuper poſſeſſorio, à qua non licet appellare, vt *in l vnica, in fi. C. de momenta. poſſeſſione fuer. appell.* Quod tamen fallit, vbi tale poſſeſſorium ſaperet naturam proprietatis, qũia

à ta-

[illegible] poſſet appellari, [illegible] *de momenta. poſſeſſione* [illegible] ſententia lata ſuper conſtitu- [illegible] *C. vnde vi.* non poterit appel- [illegible] ſapit naturam proprietatis, [illegible] domino: ita not. Angel. *in l. in-* [illegible] & text. *in l. 2. §. quædam ff. de inter-* [illegible]

[illegible] fallit in ſententia lata ſuper alimen- [illegible] *appel. recip.* & ibi per Ang. *l. ſi. iudex, de his* [illegible] *iur.*

[illegible] in decimis non appellatur. *c. tua nos,* [illegible] *Clemen. diſpendioſam, de iudic.* Spe- [illegible] *§ in quibus,* & ſuprà tactum fuit [illegible]

[illegible] fallit, vbi victus in expenſis condem- [illegible] propter hoc victor non appellat, vt [illegible] *non eſt neceſſ.* Ant. de Butr. & Ioan. [illegible] *, de appell.*

[illegible] quarto fallit in correctione, vt *in c. ad no-* [illegible]

[illegible] fallit, vbi excommunicatus iurauit [illegible] mandatis excommunicatoris: quia non [illegible] appellare, *vt in c. quæſtioni. de appell.*

[illegible] in eo, quòd fit à maiori parte Capituli: quia [illegible] non poteſt.

[illegible] quia non poteſt appellari à ſententia ex- [illegible], vel alterius interdicti, ita quòd ſuſ- [illegible] *c. paſtoralis, de ſentent. excommunic.*

[illegible] fallit, quando quis appellat, ne fiat [illegible] ordinem iuris, vel pro vſu Eccleſiæ. [illegible] *de appell.*

[illegible] fallit in caſu falſæ monetæ. *l. 1. C. de* [illegible]

[illegible] quis appellauit, nullo exiſtente graua- [illegible] *de appel.*

[illegible] *c. cùm ſit Roma. §. 1. de appel. in 6.* vide [illegible] *in quibus.*

Fallit 32. quia à ſententia ſuper declaratione non poteſt appellari: quia qui ſemel declarat, non poteſt amplius declarare: *vt per gloſſ in l quicquid aſtringendæ. de verb. oblig.* & ibi dicit Angel. ſed hoc intelligas verum, quando iudex declarando interpretatus eſt dictum ſuum ambiguum: ſecùs ſi declarat factum alienum: ita declarat Aug. *in l. qui neceſſe de re iud.*

REGVLA XLI.

Appellatione pendente attentata debent reuocari per iudicem appellationis, *c. ſolicitudinem. de appel.*

Primò fallit, niſi appellans velit renunciare appellationi: vt not. *in d. c. ſolicitudinem.*

Secundo fallit, niſi attentata ſint notoriè iniuſta, vt ex tex. *in c. cùm teneamur. eod. tit.* & ita poteſt intelligi iſte textus, *in verſ. ſi verò.*

Tertiò fallit, niſi attentata tangant cauſam vel negotium appellationis, ſed poſsint expediri circa cognitionem articuli appellationis: tunc enim poſſet inferior vel alius iudex ſe intromittere ſuper attentatis, vt *in d. c. cùm teneamur.*

REGVLA XLII.

Appellatione pendente *a* regulariter nihil innouari debet: vt *in tot. tit. ff. nihil innouari appel. pen. & in l. 1. in fin. ad* Turpil.

ADDITIO.

a Pendente *Vide latè Lanfran.* in repetit. c. quoniam contra de probat. in verſ. hic tractabimus, & in verſic. quæro pro declaratione cũ quinq; ſequen. *& vide* Bald. *in conſ. 317. vbi ponit, nunquid executio fieri poſsit, Bened. Vad.*

Primò fallit, quia nihil eſt innouandum per iudicem à quo, ſed per iudicem ad quẽ bene poteſt innouari. ita dicit glo. *in l. eos §. 1. C. de appe.* quòd etiam intel-

[illegible] iudicium teſtiſ: vt *l. creditor* & *ibi glo.* [illegible]

[illegible] fallit, quando illud attentatur, quod pote-[illegible] pendente primo iudicio: text. eſt ſing. ſe-[illegible] *l. poſtquam. § Imperator. ff. vt lega. nom.* [illegible]

[illegible] fallit, ſi appellatio eſſet euidenter fru-[illegible] in c. *cùm appellationibus de appellat.* [illegible]

[illegible] fallit, ſi appellatur à ſententia interlocuto-[illegible] poteſt innouare quod velit: vt *in c. non* [illegible] *lib. 6.*

[illegible] ſi fiat innouatio ex permiſſione le-[illegible] *de tempo. appell.*

[illegible] eſt caſus *in l. eos. § ſuper his. & l. mi-*[illegible] & iſtas fallentias ponit Ang. *in d. l. per* [illegible]

Se[illegible] fallit, quando partes conſentiunt: quia [illegible] innouari ex conſenſu eorum: vt eſt gl. *in c.* [illegible]

REGVLA XLIII.

APPELLATIONI renunciare videtur appel-[illegible] coram eodem iudice à quo aliquid agi-[illegible] *ſed & ſi. ff. de iudi. & l. 3. §. falſus. ff. rem ratam* [illegible] *de offi. deleg.*

[illegible] ſecundum canones *in c. cum veniſſent,* [illegible] *in poſ. cauſ. rei ſeruand.* quando eius [illegible] per aduerſarium non acceptatur. cùm tūc [illegible] appellationi renunciare, vt eſt caſus *in d. c.* [illegible] ſecundum vnam lecturam, pro quo facit [illegible] *extra de teſti. & atteſta. & c. mulieri de iu-*[illegible] nota. per dom. de Rota *in deciſ.* 406. *aliàs* [illegible] *item ſi ab alio.*

[illegible] fallit, quando comparuiſſet coram iudice [illegible] ſed coram honeſta perſona com-pul[illegible] quærendo, & proteſtando quod per hoc [illegible]

 inten-

intendit appellationi renunciare: & iſto modo poterit intelligi text. *in d.c. cum veniſſent* vt *ibi* intelligit Hoſti. & Io. And. poſt eum.

Tertiò fallit, quando ipſe iudex à quo fuiſſet aditus, non vt non cognoſceret de cauſa, vt iudex, ſed vt ipſam inſtructam ad Papam remitteret. & ita poteſt intelligi alio modo ſecundum quoſdam *d. c. cum veniſſent.* & vide ad hoc quod nota. *extr. de appel. c. conſtitutis* vbi de hoc.

Quarto fallit, quando iudex à quo haberet ex priuilegio poteſtatem cognoſcendi de appellationibus interpoſitis ad Papam, vt habere conſueuerunt communiter Archiepiſcopi. & ita intelligi poterit alio modo text. *in d c. cum veniſſent.* ſecundum Ioan. Andr. *ibi.*

Quinto fallit, quando ipſe appellans compareret primò coram iudice à quo, pro reuocatione grauaminis: cum tunc non videatur renunciare appellationi, etiamſi illud vellet probare coram iudice à quo. vide de hoc quod not. per gloſ. *in c. ſi à iudice de appella. in 6.* & ita poterit alio modo intelligi tex. *in c. cum veniſſent. extra de eo, qui mitti in poſſ.* ſecundum Do. Nicol. & plenius per Hoſti. & Doct.

REGVLA XLIV.

Appellationis inſtantia non currit impeditio ipſo iure §. *hoc quoque. in Auth. vt ſponſ. larg. in verb. nullum penitus praeiudicium, &c. cum ſim ibid.* per Moder. Peru. *in c. hac ratione.* 31. *q.* 1. *in* 18. *col. verſi. circa quintum.*

Primo fallit, dummodo impeditus proteſtatus fuerit, & appareat quod per ipſum non ſtetit: vt tenet Felin. *in c. cum M. in* 1. *quaeſt. proteſtationis.* de conſtit. & eſt gloſſ. *in c. cupientes. verſic. quod ſi in verbo propoſita de elect. in* 6. & *ibi* dicit Imol. quem ſequitur Domi. ſe obtinuiſſe in vna cauſa appellationis, quod appellans, qui

non

[illegible] interponendam [illegible] a iure ad [illegible] incumberet propter negligentiam in [illegible], quod per eum non ſtabat, quo minus [illegible] debito interponeret appellationem, ad [illegible] vide tu Alexand. *conſil.* 164 *in.* 3. *co-lum.* [illegible] *in c. ex tranſmiſſa. colum.* 1. *& in* 3. [illegible] Barb. *conſ.* 50. *colum.* 8 *vol.* 2. Phil. Simonnet.

Secundo fallit, dummodo impeditus probet ſe fuiſſe paratum expedire actum: text. eſt *in l. qui commea-tus ff. de re milit.* & *ibi* Bart. & Innocen *in c. ex tranſmiſſa de præſcript. in princip.* & Archi. *in c. actione,* 22. *q.* 4.

Tertio fallit, dummodo impeditus probet ſe adhibuiſſe conatum vt repelleret impedimentum: text. eſt *in l. fin. C. de udul.* & *ibi* Bart. & Salyce. reliqua circa impedimentum non cadunt hic, maximè materia de modo [illegible] tum, ſed ponitur per omnes *in l.* 2. *§ quod dicimus* [illegible] *quis cautionibus.* & per Modernio. *in c. ex* [illegible] *in verſic. quantum principale. cum quamuis* [illegible] *de appel.*

REGVLA XLV.

[illegible] vt iudicia tractantur, & ad inſtar iudiciorum [illegible] redacta ſunt *l.* 1. *ff. de recep. qui arbitr.* [illegible] *ſenten. dic.*

Additio.

[illegible] iudiciorum. *Et an hoc indiſtinctè ſit verum, vide* [illegible] tract. de arb. in 3. col. verſ. arbitr. & in [illegible] ni. [illegible] io.

[illegible] regula quantum ad appellationem [illegible] a iudicis appellatur, *vt l.* 1. *ff. de appel.* ſed [illegible] non appellatur, imò ei ſtandum eſt, [illegible] *proferre, § ſtari, de recep.* [illegible] *ſenten. dic.*

[illegible] in iudicio actor præſtat cautio-[illegible] & reficiendis expenſis in pœna

 ſiue

ſiue caſu quo ſuccubuerit: vt *in Authent. generaliter C. de Epiſcop. & cleric. & in corpore vnde ſumitur.* & approbatur per Bald. *in d. Authent. generaliter*, gloſ. tamen *in d. l. 1 de arbitri.* videtur tenere contrarium, & *ibi* Gul. de Cu. hoc tenet.

Tertio fallit, quia pupillus in iudicio nullo modo obligatur, vt *l. 1. C. qui ligit. perſpic. & in l. cùm & minores. C. ſi aduer.* rem iud. ſed pupilli in arbitrio bene obligantur naturaliter, & tali obligationi naturali poteſt accedere fideiuſſor. *l. ſi. pupillus. ff. de recep. qui arbitr. recept. vt ſent. dic.*

Quarto fallit, quia ex ſententia iudicis oritur exceptio rei iudicatæ: *vt l. 2. de arbitr.* vbi de hôc latius: ſed ex ſententia arbitri non.

Quinto fallit, quia in iudicio habet locum reconuentio: vt *l. Papinianus. & in Authen. & contra. C. de ſenten. & inter locu. om. iudi.* ſed in compromiſſis & in arbitrijs non habet locum reconuentio: vt *in l. fin. in princ. ff. de arbit. & in c. cum dilectus extra eod. tit.*

Sexto fallit, quia iudex poteſt purgare contumaciam litigatorum, & cogere teſtes ad comparendum: *vt in d l. 1. ff. ſi quis ius di. non obtempe. & in §. ſi vero ignoti. in Auth. de teſt. ſed* arbitrator non poteſt purgare contumaciam litigantis, nec cogere teſtes. *l. qui cum. §. vlt. de recep. qui arbitr. recept. vt ſent. dic.*

Septimo fallit, quia iudex poteſt pronunciare altera parte præſente, & altera parte abſente: vt *l. inter ſtipulantem §. 1. de verb. oblig.* ſed arbiter non poteſt, niſi vtraque parte præſente, ſi aliud non conuenit. *l. diem proferre. hi. §. ſi quis. litigatorum ff. de recept. qui arbitr. recep. vt ſenten. dic.*

Octauo fallit, quia iudex poteſt citare partem ad quemcunque locum voluerit, ſed arbiter non poteſt, niſi in loco compromiſſi: vt *l ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de recept. qui arbitr. recep. vt ſenten. dic.*

Nono fallit, quia iudex poteſt delegare iuriſdictionem: vt *l. 1. ff de effic. eius, cui mand. eſt iuriſ.* ſed arbiter

non

non poteſt delegare iuriſdictionem arbitratiam, vt *l. non diſtinguemus. §. quæſitum. ff. de recept. qui arbit. recep. vt ſenten. dic.*

Decimo fallit, quia in iudicijs vbi eſt dies præfixus poteſt purgari mora: vt *l. & ſi poteſt tres dies ff. ſi quis cauſ.* ſecus in arbitrijs, vbi quando dies. eſt præfixus non poteſt amplius mora purgari, vt *l. Celſus ff. de recept. qui arbitr. recept. vt ſenten. dic.*

Vndecimo fallit, quia ſententia iudicis poteſt infirmari, vt *l. ictus fuſtium ff de infa.* ſed ſententia arbitri non infirmatur. *l. quid ergo §. ex compromiſſo ff. de his qui notan. infam.*

Duodecimo fallit, quia ſi pars in iudicio renunciat appellationi, non poteſt amplius appellari. *l. fi. in fi. C. de tempo. appel.* ſed etiam ſi partes renunciauerint appellationi non compelluntur arbitrio ſtare, *l. pen. C. de recep. arb.*

Tertiodecimo fallit, quia iudicium redditur in inuitum, etiam à principio, *l. inter ſtipulantem, §. 1. de verb. obl.* ſed compromiſſum fit tantum inter volentes: *vt. l. 4. ff. de recept. qui arbitr. recept. vt ſenten. dic.*

Quartodecimo fallit, quia in iudicio contrahitur cremodicium; ſed coram arbitro non, glo. *in l. diem §. ſi quis ff. de recept. qui arbitr. recep. vt ſenten. dic.*

Quintodecimo fallit, quia iudex cognoſcit de pœna compromiſſionis: vt *l. qui tamen § fin. ff. de arbit.* ſed arbiter non.

Sextodecimo fallit, quia olim & hodie ex ſententia iudicis oriebatur & oritur actio: vt *l. miles. §. iudicanti ff de rei iud. & l. actori. de iureiur.* ſecus in arbitro.

Decimoſeptimo fallit, quia inſtantia iudicis in hæredem tranſit: vt *l. cum hominem, & ibi.* latè per Bart. & Ang. *ff de ſolut.* ſed inſtantia arbitri non: vt *l. diem proferre. §. 1. ff. de recept. qui arbitr. recep. vt ſent. dic.*

Decimooctauò fallit, quia ſi ſtat per iudicem, quo minus in cauſa procedatur, non currit terminus ipſo iure, ſecundum glo. *in l. ſed & ſi per prætorem. §. ſed ſi ff. ex quibus cau. maior.* ſecus ſi ſtat per arbitrum *l. ſi cum*

dies.

dies. in princ. ff de recept. qui arbitr. recep. &c.

Decimononò fallit, quia morte arbitri finitur inſtantia & compromiſſum. *l. ſed & ſi interpellatur. §. vlt.* & ibi not. *ff de recept. qui arbitr. recep vt ſent dic.* ſecus autem mortuo iudice, *l. 2. C. de eden l. mortuo. ff. de fideiuſ.*

Vigeſimò fallit, quia clericus nō poteſt eſſe iudex regulariter in cauſis ſecularibus: vt *l. repetita. C. de Epiſc. & Cleri.* ſed tamen clericus poteſt eſſe arbiter: vt *l non diſtinguemus § ſacerdotio. ff. de eod & l Epiſcopali. & l. ſi quis ex conſenſu C de Epiſc. audien.*

Vigeſimoprimò fallit, quia iuriſdictio iudicis poteſt etiam prorogari tacitè *l. 1. & 2. ff de iudic.* ſecus autem in arbitro: vt eſt tex. cum gl *in d. l. non diſtinguemus. § ſi quis ff. de recept qui arbitr. recep. vt ſenten. dic.*

Vigeſimoſecundò fallit, quia iudex poſtquam eſt recuſatus pro ſuſpecto, proceſſus factus eſt nullus, vt *l. 1. C ſi quacunque prædi poteſtat &c.* ſed in arbitro ſecus, licet obſter, &c. vt *l non diſtinguemus § cum quidam ff. de recept. qui arbit. recep. vt ſent. dic.* & ita not. Bart. *in l. quia poterat ff. ad Trebe.*

Vigeſimotertiò fallit, quia iudex poteſt condemnare partem ad mulctam applicandam fiſco. *l. 1. ff ſi quis ius dicent non obtemp* ſed arbiter non, vt *l. ex omnibus. & l arbitr cum gloſſ ſuis. ff de recept. qui arbitr. recep. vt ſent. dic.*

Vigeſimoquartò fallit, quia maior 18. an. & minor 20. de conſenſu partium poteſt delegari iudex, etiam ab inferiore à principe: vt *in c. viginti. de officio dele.* ſed tamen non poteſt eſſe arbiter & rationem vide per Doct *in l quidam conſulebant ff de re iudicata.*

Vigeſimoquintò fallit, quia furioſus habens dilucida interualla poteſt eſſe iudex, vt *l. cum furioſus. ff de re iud.* ſed tamen non poteſt eſſe arbiter vt *ibi* not. gl.

Vigeſimoſextò fallit, quia iudex per ſe ſuam exequitur ſententiam: ſed arbiter non, *l à diuo Pio ff de re iudicata.*

Vigeſimoſeptimò fallit, quia infamis poteſt eſſe arb

l. Pe-

l. Pedius. ff. de arbit. ſed non iudex. *l. 2. C. de leg. vni. lib.* 12.

Vigeſimooctauò fallit, quia ſententia iudicis per pecuniam lata, eſt nulla. *l. venales C. quando prouo non eſt neceſſe.* ſed non eſt ſic in ſententia arbitri: vt eſt tex. cum gl. in *l. itaque demum ff. de recept. qui arbit. recept &c.* & text. *in l. diuus ff. de re iu.* cum gl. ſua.

Vigeſimonono fallit, quia iudex habet iuriſdictionem, ſed arbiter habet notionem: *vt l. ait prætor. §. 1. de re iudi.*

Trigeſimò fallit, quia ſententia & iuriſdictio iudicis eſt fauorabilis. & meritò extendenda: vt *l. penult.* cum gloſſ. *ff. de offic. de lega.* & not. *in c. prætereà de reſc.* non ſic in ſententia & notione arbitri, vt *in l. 3. & in l. non diſtinguemus ff. de recept. qui arbit. recep.*

Trigeſimoprimò fallit in re euicta: nam per ſententiam arbitri non datur euictio: ſecùs per iudicem, vt *l. ſi dictum. §. coniuncta, & in l. non tantùm de euictione* quoquomodo euinceretur, vt eſt gl. not. *in l. cùm pœna ff. de recept. qui arbitr recep. vt ſent. dic.*

REGVLA XLVI.

Argumentum à contrario ſenſu *a* tam in legibus & vltimis voluntatibus, quam in ſtatutis, validum eſt in iure. *l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui manda. eſt iur. & l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſt. & in l. ex eo. ff. de teſt. & in l. 2. C. de cond. inſt.* & in *c. cùm Apoſtolica, extr. de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſu cap.* & not. gloſſ. *in c. 1. de æta. & quali. in 6. & in l. omnes populi, de iuſti. & iur. & in l. ſi procuratorem. §. ignorantes. ff. man. & in l. pecuniam. ff. ſi cert. pet. l. inter ſocerum. § tutor. ff. de pact. dot. & l. Imperatores. de poſtula.* & per Doct. *in l. conuenticulā C. de Epiſc. & cler. in l. apud antiquos. C. de fur.* & per Bald. *in l. tale pactū. §. qui. ff. de pact.* & plenè *in l. mater. C.*

ter.C.de inſtit. & ſubſti.ſub cond.fact. & idem dic.in priuilegio,*vt in c.pen.de priuil.*

ADDITIO.

a Senſu.*Vide Fel.* in c. eccleſia S. Mariæ, in 16. col.ſtatim poſt med.de conſt.& in c.nullus,circa princi. de fo. comp. & in c. ſignificaſti, ad fi. 4.col.verſ.de arb.eod.tit.& nunquid ſit ſumẽdum ex tex.c.ſi verò, de iureiur. *vide per eum ibid.* in 2.col.poſt med.in verſic. & pro hoc. *& vide Paul.de Caſt.* in conſi. 336. in primo impreſsis. *& Imol.*in conſil.57.*Lud.Roma.*in conſil.392.& in conſi.11.& in conſil. 17. *vbi quid in ſententiis, & an ſit ex mente legis,vide Franc. Aretin.* & in conſil. 44. *& quid in reſcriptis & conuentionibus, vide Ludouic. Roman. in conſil. 399. de quo etiam per Do. Alexan. de Imo. in conſil. 46. & nunquid in priuilegiis ſumatur,vide eundem Do.Bart.Socin.*in cõſ.246. incip. eleganter, verſic. nec obſt. cum verſic. ſeq. in 2. part.*& an in ſtatutis ad correctionem iuris ſumi debet, quòd quis eſſet hæres ad tempus vide per eum* in conſil. 64.incip. in cauſa, verſi. præterea, circa me. verſi.& in cõſil.81.incip. in præsẽti, circa med. 1.colũ.& in conſil.147.incip.viſa,verſic.4.quia non in 1. parte, *& nunquid ex arbitramento, vide Bald.*in conſil. 152. in 2. parte. *& vide Dom. Phil. Corn.* in conſil. 266. incip.circa,in litera D. & F. & in conſil. 308.incip. quod dicta, in litera H. in 4. parte *& qualiter tale argumentum in contractibus procedat,vide per eũ* in cõſ.108. incip. viſa in litera H.in prima parte & in cõſil.31. incip. videtur,in litera B.& in conſil.107.incip. viſo, in li-

tera

tera D. *& nunquid valeat à contrario ſenſu ſtatuti, vide per eum* in conſil. 20. incip. videtur. in litera A. in 3. part. *& quid in contractibus vide per eum* in conſil. 23 in litera A. & in conſil. 110. incip. in iudicio. in litera I. *& quid in inſtrumentis, vide per eum* in conſil. 119. incip. circa primum in princip. *& quid ad correctionem iuris. vide per eum* in conſil. 43. in 2. part. *Bened Vad.*

Primo fallit hæc regula, quando reſumendo tale argumentum à contrario ſenſu veniret legum correctio, vt *l. cùm pater. C. de conditio. inſer.*

Secundo fallit, quando reſultaret intellectus abſonus, *vt l. conuenticulam. C. de Epiſc. & cleri. vbi plenè per Bald.*

Tertiò fallit, quando reperiretur caſus contrarius vt *d. l. cùm pater.* & per Bald. *in d. l. conuenticulam.*

Quartò fallit in hærede inſtituto, vt eſt caſus ſing. *in l. ex facto, el. 2. ff. de hæred. inſt.* ſecundùm Bald. ibi qui inducit illum text.

Quintò fallit, quando ita arguendo in ſtatuto, ſtatuentes inciderent in aliquam pœnam: vt per gloſſ. in *c. cæterùm, & in c. quanto, extrà de vſur.* quam Ludo. Rom *in ſing ſuo 568.* allegat. facit ad hoc *l. ſi procurator. ff. de condict. indebi.* & glo. *in Clem. 1 de vſur.*

Sextò fallit in ſtatuto correctorio, vt punitur, per Docto. *in l ſi verò. § de viro. ff ſolut. matrimo.* niſi taliter non arguendo aliud non operaretur, vt per Paul. de Caſt. *in l. qui teſtamento. §. taliter. ff de teſtam.* facit ad hoc optimè *Authen. ex teſt. C. de Collat.* quam Bart. Cæpo. ad hoc allegant, & eam ſe didiciſſe à quodam Doctore Peruſino dicit: tamen probat difficulter, atque ſubtiliter dicit circa hanc materiam, quòd argumentum à contrario ſenſu dicitur fieri ex coniectura, vt *l. apud antiquos. C. de furt.* benè tamen dicitur eſſe improprium tale argumentum, vt probat text. ſingul. *in l. 1. ſi tab. teſt. nul-*

nul exta. quod non proſtat, vbi verba propriè ſunt intelligenda, vt *l.3.§.hac verba. ff. de nego. geſt. & l.quicquid aſtringenda. ff. de verb. oblig.* vnde videtur, quòd in ſtatutis non valeat tale argumentum, cuius contrarium non eſt in princ. regulæ, cogita ſolutionem, dicitur hoc etiam regulariter fieri, vt not. *in d. l. ſi procuratorem.§. ſi ignorantes ff. mand.* quandoque etiam dicitur fieri impropriiſſimè, vt *in c. Apoſtolica, ext. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſen. capit.* ſed de natura gentium a contrario, vide per Doct. *in l.1.§. domus & in §. huius ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſd. & in l. obſeruare.§. proficiſci. ff. de offic. procon. &* Ioan. And. *in d. c.1. de æta.* & *qualit. libr.6.* & per Do. Ant. de Butr. *in c. quod dicitur, de verb. ſignif.* & per Bald. *in l. apud antiquos C. de fur.* & per eundē *in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur.* & Paul. de Caſtr. *in l. qui teſtamento.§. mulier. ff. de teſtam.* & per Cano. *in d. c. Apoſtolica.* & vide etiam Bald. *in gloſſ. in hac materia in d. l. qui teſtamēto, in §. mulier.* qui meliùs loquitur quam aliquis alius Doctor, qui faciendo diſtinctionem dicit, quòd argumentum a contrario ſenſu aliquando ſumitur probabiliter, ſed non neceſſario: & aliquandò probabiliter & neceſſariò: aliquandò nec probabiliter, nec neceſſariò, de quibus omnibus latè vide per ipſum.

Septimò fallit, quando ex contrario ſenſu reſultaret tam correctio alterius ſtatuti, quàm iuris communis derogatiui, vt patet rectè intuenti. not. Bartol. *in l. 1. in §. hoc interdictum ff. quòd vi aut clam.* & quia tale argumentum inducitur per coniecturam, & improprietatē, & per tātas ſubauditiones, & improprietates non debet induci correctio legis vel ſtatuti, ſed benè euitari, vt eſt gl. ſing. *in d. c. cupientes.§. ſi per viginti, in verbo. petere, de elect. lib.6.*

Octauò fallit, quandò ratio ſtatuti impugnaretur argumento ſumpto à contrario ſenſu, vt eſt gl. ſing. *in l. cùm prætor.§. iudex ff. de iudic.* ſi ſit etiam ſtatutum permiſſum in certo caſu a contrario ſenſu, vt *ibi: & in c. nonne, de præſumpt.* tamen non ſumitur contrarius ſen-

ſus

ſus, quando ille caſus ſpecificè permiſſus vel prohibitus ſuit, & ſpecificatur ratione in actu frequentato, vt eſt gl. no. ſecundùm Io. de Imol. *in Clem. 2. de reſcrip.*

Nono fallit quando ex argumento induceretur correctio iuris communis, vt *in d. Clement. 2. & in l. 1. C. de condit. inſer.* & not. *in d. §. huius rei.* Et eſt ratio, quia contrarius ſenſus potius venit ex interpretatione, quam ex verbis. *l. pecuniam. ff. ſi certum peta.* & not. per Baldum *in d. l. apud antiquos,* item fit per quandam ſubauditionem, vt not Bald. *in d. l. 2. C. de condit. inſert.* per quam non debet fieri legum correctio, vt eſt gloſ. ſingul. *in d. c. cupientes §. ſi per viginti.* & eſt caſus *in l. fin. vbi autem C. de bon. quæ libe. iuncta l. penult. C. de teſtamen.* item fit per quandam coniecturam, quæ non procedit ex proprietate verborum. tex. eſt ſingul. *in l. penult. ſi tabul. teſt. nul. exta.* quod tamen intellige, vbi ſtatutum aliter operari non poſſet, niſi ſumatur argumentum à contrario ſenſu: quia tunc poterit ſumi, etiam à correctione iuris communis, vt not. Iacob. Butr. *in l. omnes populi. ff. de inſtit. & iure. §. huius rei.* etiam Paul. de Caſtr *in d. §. mulier. & in d. §. huius rei.* & Roman. *in l. ſi cum dotem, in princ ff. ſol. matr.* Raph. Cum. & Lud. *per d. glo.* prout etiam dictum fuit ſupra *in 6. fallen.*

Decimo fallit, niſi ſtatuto caueretur, quod ſtatuta non recipiant extraneum vel ſubauditum intellectum: quia ſi contrarius ſenſus ſit, intellectus ſubauditus non poſſet ſumi, vt not. Bald. *in l. 2. C. de condi. inſer.* Quo tamen intellectus niſi ſumeretur, contrarius ſenſus relinqueret aliquid abſurdum. nam ſtatutum prohibens ſtatuta recipere interpretationem, vel ſubauditionem debet intelligi, niſi propter hoc ſequeretur abſurdum, ex eo, quia talis intellectus conſonat iuri naturali, à quo omne abſurdum remouetur, vt *l. 1. §. his legibus, ff. de orig. iur.* & ideo ſtatutum hanc interpretationem tollere non poteſt: quia nec ius Ciuile hoc poſſet, *l. 2. ff. de vſu earum rerum quæ vſu conſum.*

ſum. Sed per iſta verba ſolum videtur remota cauilloſa interpretatio, vt eſt gloſſ ſingu *in Clement. exiuit de paradiſo. in § quia vero de verb. ſign.* quam ad hoc allegat Bart. *in Auth. ſi qua mulier C. de ſacroſ. Eccleſ.* & Ludo. Rom. *in l. Cæſar. ff de publica.*

Vndecimo fallit, quando in ſtatutis eſt dictio implicatiua, maximè, vel ſimilis, argumen *l. qui ſe patris. C. vnde lib.* ſecundum Anton. Butr. *in c. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à prela.* vbi ſubdit, quod verba enunciatiua Principis, ſi ſuper illis non fundatur intentio eius, non inducunt argumentum à contrario ſenſu, vt ibi plene per eum: nam etiam tale argum. debeat ſumi ad defectum cauſæ finalis non impulſiuæ, ſecundum Bald. *in d. §. huius rei.*

Duodecimo fallit dicta regula, videlicet quod non ſumitur dictum argumentum nec in contractibus, nec in vltimis voluntatibus, quando eſſet contra mentem contrahentium, vel contra mentem teſtatorum, vt *in l. inter ſocerum. §. cum inter, de pact. dot.* quem text reputat ad hoc ſingularem Ioan. de Imol. & Do. Abb. *in d. c. cum Apoſtolica.* & eſt text. *in l. cum pater. C. de cond inſer.*

Decimotertio fallit, vbicunque in legibus eſſet dictio, præſertim, vel maxime, vel ſimiles dictiones implicatiuæ: quia illæ inducunt maiorem rationem in caſu contrario: ideo ceſſat argumentum à contrario ſenſu, ſecundum Iacob. de Butr, *in d. l. conuenticulam, per illum text.* prout in litera habetur dictio, etiam, vt *idē ibi* refert, & not. gloſſ. *in l. illud, in verbo, æſtimamus ff. ad legem Aquil.* bene facit, quod not. gl *in l. cum prætor, in verb iudex ff de iudic.*

Decimoquarto fallit, quando ſumeretur argumentum à contrario ſenſu verborum narratiuorum legis, ſecundum Anton. de Butr. *in c publicato, de elect.* poſt Ioan. Andr. *ibi.* & not. Ioan. Andre. etiam *in d. c. cum Apoſtolica & in Clement. ſi ſummus, de ſentent. excommun.* bene facit quod not. Feli. de Se. *in commento 3. in puncto 3. prædicto reſpectu,* vbi dixit, quod verba narratiuæ legis non conſtituunt ius allegandi *c. ſi Pa-*

ſi Papa de priuil. in 6. & ita etiam dicit Sali. *in d. l. qui ſe patris in 6. ſol. C. unde libe.* allegando in arg. *l. verba. C. de tiſta* & ita etiam dicit ipſe *in l. accuſationem. C. qui accuſ. non poſſ.* pro quibus allegat gl. *in c. 2. in verb. non teneris, de dolo & contumac. lib. 6.* & *ibi* etiam ponderant Moder.

Decimoquinto fallit, vbicunque verbum Canonis ponitur narratiuè vel modaliter, ſecundum Do. Anton. Butr. poſt Ioan. Andre. *in d. c. publicato* & *ibi* Abb. *in d. c. cum Apoſtolica allegato,* vt not. dicitur per Specul. *in tit. de alle. & diſ. § poſtliminio, verſic. non obſtat.* licet *in d. c. cũ Apoſtolica* nihil alleget: tamen Specul. in loco præalleg. hoc non firmat, de quo plenè per Io. de Imol. *in d. c. cum Apoſtolicæ.*

Decimoſexto fallit quia non ſumitur argumentum à contrario ſenſu verborum cauſæ impulſiuæ, nec finalis: quia præcedente cauſa impulſiua non ceſſat diſpoſitio, vt not. *in c. poſt renunciationem, de renun.* & eſt de mente Iacob. Bur. Pet. & Bald. *in d. l. conuenticulam.* & And. de Butr. *in d. c. cum Apoſtolica.*

Decimoſeptimo fallit, quia dictum argumentum non ſumitur a contrario ſenſu verborum vnius cauſæ finalis. quia ceſſante vna, non ceſſat iuris diſpoſitio, vt in *§ affinitatis, Inſtit. de nupt. & l. ſi vero. ff. de hæred. inſtit.* & notata *in l. libellorum § notanter. ff. de his qui notan. infa. & in l. ſi. § ventri. in § in bonis, de priuil. credi. & in Auth. de nupt. in § ſi vero, cum ſimilib.*

REGVLA XLVII.

Argumenta à ſimili corruunt diſſimilitudine a data, gloſſ. 1 *in c. ſicut vrgeri. 1. q. 1.* & eſt bonus tex. *in l. inter ſtipulantem. § ſacram, in verſic. 1. de verb. obligat. ibi, ſed hæc diſſimilia.* & gloſſ. *in l. creditori. ff. de noui oper. nunc.* facit *l. fin. de calumniat.*

ADDITIO.

a Diſſimilitudine. *Vide omnino* Fel. in c. tranſ-

lato, circa princ. 6. col. de conſt. *& adde Do. Maria. Socin.* in conſ. 9. incip. proſequendo, circa princ. 10. col. in 1. parte. *vbi dicit, quòd ſimilitudo eſt contraria veritati. & omnis ſimilitudo eſt quoddam figmentum rei, non ipſa res. Bened. Vad.*

Primò fallit, niſi eſſet ſimilitudo in eo, de quo quæritur: quia tunc procedit argumentum, dato quòd in alijs non ſint omninò ſimilia, vt probatur *in c. quemadmodum, in princip. de iureiur.* videlicet, in ſimilitudini ducta inter matrimonium contractum & contrahendum: nam in multis eſt differentia inter ſponſalia de futuro & matrimonium de præſenti, vt habetur in Rubric. *de ſponſal. per glo.* Accedit quod not. Hieronym. *in Epiſto ad Laurent Papam in* 11. *colum.* dum tractat de generatione Filij; & oſtendit, quòd eſt eiuſdem ſubſtantiæ & eſſentiæ cum Patre, cùm inducit aliqua ſimilia ad probandum: & dicit, quòd iſta ſimilitudo ſufficit, licèt nulla res caduca poſſet habere ſimilitudinem cum Deo. Satis. n. eſt, quòd habeat ſimilitudinem, quoad hoc, vt videatur in creatura eſſe quoddam ſimile quoad Trinitatem probandam, licèt in alijs ſit diſſimilitudo. Et idem dicit Hieronymus in exemplis cæterarum rerum, vbi ſufficit quòd ſit ſimilitudo illius partis aſſumptæ, licèt in cæteris ſit diſſimilitudo. de quo etiam vide ſimilem text. *in c. cùm dilecti, de confirm. vtil. vel inuti.* & vide etiam per Ioan. And. *in c. poteſt, de preb. in* 6. quæ omnia bene nota.

REGVLA XLVII.

ARMA portare regulariter prohibitum eſt, vt eſt tex. *in c. clerici, de vita & honeſt. cler.* 23. *q.* 1. *c. conuenit, vt armorum vſus, &c. & in Auth. de armis, in rubro, in §. pen.*

Primò fallit in officialibus, & eorum familia, quibus permiſſum eſt arma portare, vt eſt tex. *in l. arma*

ad

ad ſalutem. §. *fin.ff. de offic. præfect. vig.* & ibi tenet Bald. extendens illum textum ad familiam Epiſcopi, qui cùm habeat merum & mixtum imperium in ſua diœceſi, ergò, &c. idem eſt in officialibus legati de latere.

Secundò fallit in illo, qui vellet ire ad ſuas poſſeſſiones: quia tunc poteſt arma portare, ſecundùm Nicol. de Neapol. *in l. fin per illum textum, de proxi. ſac. ſcin. libr.* 12. & idem tenet Andre. de Iſernia *in c.* 1. §. *ſi quis, de pace tenend. in vſibus feudorum.*

Tertiò fallit, ſi quis portaret arma ligata: quia tunc poſſet, vt *in d.* §. *ſi quis.*

Quartò fallit, vbicunque quis portaret arma ad panem incidendum, vel ad aptandum pennas, vt eſt gloſſ. ſingul. *in* §. *prohibemur, in verbo, permittimus, in Authent de armis*, pro qua eſt text. *in c lator de homic.* & pro eo benè faciunt not. per Bartol. *in l. pediculis. ff de aur. & argen. lega.* vbi dicitur, quod ſi ſtatuto cauetur, quod portans arma offendibilia puniatur, & aliquis portet defendibilia *b*, putà tabulam & ſimilia, quæ poſſunt eſſe offendibilia, an puniatur pœna ſtatuti: & dicit inſpiciendam eſſe conſuetudinem, ad quem actum quis illa vtitur. ita etiam dicit Bald. *in l.* 1. *ff. de vi publ.* benè facit text. *in d* §. *prohibemur* & gloſſ. vbi, ſi quis vteretur tali gladio ad percutiendum. quod poſito, quod talibus gladijs conſuetum ſit vti communiter per omnes ad incidendum panes, & ſimilia, & talem rem fuerit fabricatus, tamen talis portans intentione percutiendi eum eo, punitur, vt eſt text. *in d. verſi permittimus.* quem ad hoc ponderat *ibi* Barbat. *in ſuo tract. de Cardina.* & ad hoc etiam nota allegata per Bartol. *in d. l. pediculis. ff. de auro & argen.*

ADDITIO.

b Defenſibilia. *Sed quid de lorica vel alijs armis defendibilibus, vide Iaſ.* Inſt. de act. in §. ex maleficijs, num. 82.

Quintò fallit, vbi quis portat arma ad occidendum bannitum, ſtante ſtatuto, quòd bannitus poſſit impunè offendi. ita dicit Bald. *in d. c. 1. §. ſi quis ruſticus de pac. ten. verſic. & ſanè. & c præterea, de offic. deleg. & l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud.* & ita etiam tenuit Barba. *in loco præalleg.* ad hoc allegans tex. iuncta gl. *in c. an gladium 22. q. 5.*

Sextò fallit in clericis, qui tranſeunt per periculoſa loca, quibus etiam eſt licitum arma portare ad terrorem, non autem ad nocendum: alias efficerentur irregulares, ſecundùm Ant. de Butr. *in c. clerici, de vita & honeſt. cler.*

Septimò fallit dicta regula, niſi poteſtas ex cauſa legitima permitteret portare arma, putà, propter guerram vel partialitatis: quia licèt per ius commune vel ſtatutum ſit prohibitum, & poteſtas ſeruare ſtatuta iurauit, tamen ex cauſa poteſt diſpenſare contra illum ſtatutum. hoc fuit ſingulare dictum Bald. *in commento Rubr. C. qui admitti.* & idem tenet etiam *in l. obſeruare in §. proficiſci. verſic. primò quæro. ff. de offic. proconſ.* Adde tamen quod illi, quibus permiſſum eſt portare arma, non poſſunt portare illa coram iudice c, neque in congregatione, nec in cœtu ſcholarium, neque in palatio Principis, vel cœtu communis conſilij, ſecundùm Ange. *in l. armatos. ff de vi publi.* facit text. *in d. §. ſi quis ruſticus.* & Bal. *ibi* expreſſe firmat.

ADDITIO.

c Iudice. *Adde Iaſ. Mayn.* Inſtit. de maleſi. in verſic. ex maleficijs, num 87.

REGVLA XLIX.

ATTENTATIO punitur, licèt aliquid ſequutum a non ſit. *l. is qui cum telo. ff. ad leg. Corne. de ſicar. & l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt.*

ADDI-

ADDITIO.

2 Sequutum. *Vide Bald.* in conſil.276. *& Franc. Aret.* in conſil.49. *Bened. Vad.*

Primò fallit hæc regula in caſibus, quos ponunt Canoniſtæ *in c.1. de eo qui mitt. in poſſeſſ.* & primò quando ſtaret per ipſum delinquentem, quo minùs perficiat. *l. qui falſam. ff. de fal.* ſecundùm Innocen. *in d.c.1.*

Secundò fallit, quando eſſet tale delictum, in quo pœna ipſo iure imponeretur: cùm tunc locum habeat ipſa pœna, ſi delictum non ſit perfectum, etiamſi non ſit deuentum vel actum propinquum: quia tunc punitur arbitrio iudicis, vt habetur. *c. cùm in cunctis, extrà, de electio. & c. perpetuæ eod. tit. in 6.* & voluit Ioan. Andr. *in regula, in pœnis. de regu. iur. in mercur.* vbi pleniùs de hoc.

Tertiò fallit in pœnis impoſitis per ſtatuta: cùm tales pœnæ non habeant locum in delictis non *conſummatis*, etiamſi deuentum ſit ad actum propinquum: verba enim ſtatuti exigunt actum perfectum, vt volũt not. Docto. *in l.1.§.diuus ff. de ſicar & d.l. is, qui cum telo ff. eodem.* pro quo etiam facit, quia ſtatuta debent intelligi in caſu vero, & non ficto. *l.3.§. hæc verba. de negot. geſt. l. quicquid aſtringendæ, de verbor oblig.* ſecundùm Dom. Nicol. *in d.c.1. extrà, de eo, qui mit. in poſſeſſ.*

Quartò fallit, vbi, etiamſi habuiſſet effectum, nemini nocuiſſet, probatur ex eo quod not. gloſſ. pen. *in c. quanto, de iuſt. & iur.* ex qua colligunt *ibi* Doct. quòd quando falſitas committitur circa id, quod de ſe non probat, non nocet, quod dicit *ibi* Imol. eſſe menti tenendum: refert & ſequitur Felin. *in ſuo tracta. quando conatus punitur, in 2. fallen.* Bened. Vad.

Quintò fallit, quando non habuit actum exteriorem, ſed ſtetit in ſola voluntate, etiam conſenſu rationis: quia illa cogitatio non punitur. *l. cogitationis. ff. de pœn.* not. Alber. de Roſa. *in 2. par. ſtatu. q. 168. inc*

Cyn. quærit· & Salic. *in d. l. ij. qui cum telo.* & eleganter Cardin. poſt Matthę. *in Clemen.* 1. *in princ. in 3. q. de vſur.* dices, quòd qui errat in corde, in caſu illius Clem. non tamen procedit ad exteriora, quoad eccleſiam non eſt excommunicatus, ſed quoad Deum ſic. & allegat multa, quæ refert & ſequitur Felin. *in d. ſuo tracta. in* 3. fall. Bened. Vad.

Sextò fallit in delictis non atrocioribus: quia in ipſis pro effectu non habetur attentatio, ſecundùm Bald. *in l. ſi quis non dicam, in 2. colum. de Epiſcop. & cleric.* in ſolutione quam dat ad *l.* 1. *ff. quod quiſque iuris.* refert latiùs & ſequitur Felin. *loco ſuprà alleg. in* 5. *fall.* Bened. Vad.

Septimò fallit in excommunicatione & aliis cenſuris: quia ad eas incurrendas requiritur factum, ſecundùm Cardin. *in c. præterea requiſiſti, ad fin. de appellat.* in illa quæſtione, quando excommunicatur quis, ſi appellauerit, an incurrat excommunicationem, quando ſe parat ad appellandum, an verò, quando appellauerit, refert & ſequitur Feli. *latiùs loco ſuprà alleg. in* 6. *fall.* Benedict. Vad.

Octauò fallit in factis ciuilibus: quia tunc non ponitur pro effectu, vt ſentit gloſſ. parua, & ibi expreſsè Bald. *in l. ſi conſtiterit. C. fin. regund.* refert & ſequitur Felin. *loco ſuprà alleg. in* 6 *fallen.* Benedict. Vadus.

REGVLA L.

AVTHENTICA, qui ſemel. C. *quom. & quan. iud.* & an, & quando locum habeat.

Primò fallit, & locum non habet dicta Authentica in criminalibus, gloſſ. *in l. abſentem. ff. de pœnis.* licèt Imo. dubitet *in dicta Authentica qui ſemel.*

Secundò fallit, ſi conueni te coram vno iudice, poſtea volo deſiſtere, & conuenire te coram alio: quia tunc & incontinenti cado à meo iure, textus eſt not. in *l.* 1. *in fin. C. de cadu. tol.* & hoc vult Cy. *in l. nulli, in fi. C. de iudic.*

Ter-

Tertiò fallit, quia ille, qui dedit libellum contra vnum, non prohibetur dare contra alium, & contra eius hæredem, vt not. Bart. *in l.* 1. §. *fin. ff. de prætor. ſtipul.*

Quartò fallit, ſecundum Paul. de Caſt. *in d. Authent. qui ſemel.* quando Reus non fuit citatus, vel non comparuit in termino. licèt poſteà comparens reperiret libellum datum: tamen quia non fuit citatus, non haberet beneficium Authent. qui ſemel. & poteſt procedere eo modo, quo ibi dicitur. & dicit, quòd iſtud eſt ſpeciale d. Auth. licèt per Doct. non tangatur.

Quintò fallit, quando vellet opponere exceptiones contra ius, *vt l. minor ex his ff. de regu. iur.* & hoc tenet *in d. Authen.* Alb. *verſ. ſed nunquid proponens exceptionem.*

Sextò fallit, quando pluries idem petitur coram eodem iudice, & inſtatur: quia hoc poteſt fieri ſecundùm Alb. *in d. Authent. in* 2. *colum. ad fin.* quia hoc non inducit contrarietatem, ſed omne deſiderium geminantis petitionem, argumen. *ff. de lib. leg. & l.* 1. *in princip. ff de vent inſpic. & l. ſi conuenerit ff de pigno act.* 31 *quæſt.* 1. *Lothar.* & not. per doct *in c. dilectus, ad fi. de appel.* licèt ſibi non ſit contrarius Papa, tamen poteſt conueniri, ne diſtrahatur per tot libellos ſiue petitiones, arg. *l implens. ff. de exer.* Bart. in *l. incommoda* §. *fin. ff. commod.*

Septimò fallit, in quantum d. Authen. neceſſitatem imponit, quòd fiat perſecutio per actorem ſuper libello porrecto: quia procedit quando Actor eſt contumax, vt patet in *l ſi prius.* & *ibi* hoc voluit Bart. *de oper. noui nunc. in* 6. *oppoſ.* 3. *part.* & clariùs Imo. Benedict. Vad.

Octauò fallit per id, quod habetur *in c. paſtoralis, de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & *ibi* per Ioan. Andr. & Innocen. quia fallit in caſu illius *c. quando quis vult authoritate iudicis ſuſpendere* petitorium primò inchoatum, & vult tranſire ad poſſeſſorium. quod

 limi-

quod limita ſecundùm Imol. in *d. l. ſi priùs* Benedict. Vadus.

REGVLA LI.

AVTHENTICA, malæ fidei *a*, C. *de præſcrip. long. tempo.* an & quando locum habeat *in* §. *rurſum, in Authent. vt ſpon. largi.* plures limitationes ponuntur.

ADDITIO.

a Malæ fidei. *Vide limitationes ibidem datas, per Paul. de Caſtr.*

Primò hæc Authentica locum habet tantummodò in præſcriptionibus, non autem in vſucapione rerum mobilium, in quibus loquitur: quia in vſucapione mobilium non loquitur, ergò vt exorbitans non extendenda. Bartol. *in l. Pompon.* §. *cùm quis ff. de acquir. poſſ.*

Secundo *d. Authent.* locum haber, quādo verus dominus, contra quem præſcribitur, eſt ignorans, ergo cùm ſciens, locum non habebit, nec longiſſimum tempus in præſcribendo ſpectatur, ſed ſufficit longū, vt *in l. 1. C. eod. tit.* & Bartol. *in* §. *cùm quis.* Bald. & Salic. *in d. Authen. malæ fidei.*

Tertiò, d. Auth. locum habet in primo emptore, qui emit à bonæ fidei poſſeſſ. non autem loquitur de ſecundo emptore mediato, & per conſequens de Auth. noſtræ præſcriptione determinata non tangit, ita etiam dicit Bar. *in d.* §. *cum quis* & etiam *in d. Auth. malæ fidei.*

Quartò, iſta Authen. loquitur in præſcriptione longi temporis, non longiſſimi temporis: quia fides mala tempore nōn nocet, vt *l. omnes & l. ſicut, de præſcr. 30. annor.*

Quinto, illa Authen. habet locū in alienatione voluntaria: ſecùs in neceſſaria, vt *d. l. Pomponius.* §. *iuſſi.*

Sexto

Sexto dicit Bar. *in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. poſſ. in ver. ſed videndo ſuper iſta glo.* & Imol. & Cyn. quod ſicut ille, qui habet cauſam actualem à bonæ fidei poſſeſſore, præſcribit, ita etiam qui habet publicianam, *vt in d. §. cùm quis, in princ.* ſed hoc eſt falſum, ſecundùm Iac. de Aret. & Cy. *in d. Auth. malæ fidei*, vt ibi per eos vide.

Septimo dicit, quod illa Auth. debet intelligi de habente cauſam ab eo, qui habebat malam fidem à principio ſuæ traditionis: ſecùs, ſi poſteà habuiſſet malam fidem, vt per gloſſ. notabilem *in l. item. §. res.* & *ibi* Bart. *ff. de alie. iud. mut.* cau. fac. & eſt ratio, quia de iure noſtro mala fides ſuperueniens non nocet, etiam ipſi malæ fidei poſſeſſori: ergò & multò minùs nocere debet ipſi ſingulari ſucceſſori.

Octauo fallit, pone quod obligo omnia bona meâ tibi, poſtea ſcienter alieno fundum. an emptor poterit præſcribere contra emptorem creditoris? & dicit Angel. quod ſic: quia illa Authent. habet locum in præſcribente domum, non autem pignus: ergo ad illud non extenditur, & maximè, quod ſit pauci præiudicij, vt *l. fin. C. quod res pign. oblig. poſſ.*

Nono non habet locum, quando ſimpliciter de acquiſitione fructuum tractatur: quia ibi loquitur de acquirendo. ita dicunt Docto. & Flor. *in l. vitia C. de acquir. poſſ.*

Decimo non habet locũ, niſi in præſcriptione ſufficiat bona fides ſine titulo, vt in ſeruitutibus. *vt l. ſi quis diuortio. ff. ſi ſeru. vend.* ita dicit An. *in c. 1. de præſcrip. in 6.*

Vndecimo non habet locum, ſi præſciberentur actiones: quia tantummodo habet locum in præſcribente rem corporalem, vt dicit Iaco. de Aret. *in d. Authen. malæ fidei.*

Duodecimo fallit, quia illa Authent. habet locum, quando agitur de malæ fidei Actore, non autem ficto vel præſumpto. & ideo ſi agatur de mala fide præſumpta, ſuper veritate nihil innouat. facit quod not.

Angel.

Angel & Bald. *in d.* § *Publiciana*. quæ omnia tene menti ſingulariter perpetuo, & limita prout intelligit Do. Anton. in mala fide, & vide etiam Raph. *in d. l. rem qua nobis. & d.* § *rurſus*, vbi poſuit alias ab iſtis. & ſcripſit *in* § *fortuitè de vſucap.* vbi vide.

Tertiodecimo fallit, vbi ſucceſſor vult inchoare præſcriptionem ex perſona ſua: nam etiam de æquitate Canonica non nocet mala fides, ſecundum Dyn. *in regula, poſſeſſor* de Regu. *iur.* & Bart. *in l. cum mulier. ff. de diuer. & tempo. præſcrip.* & hanc limitationem ponit Bal. *in l. nihil C. pro hærede.* Moder. tamen & Do. Ant *in c ſi. diligenti, de præſcr.* contrarium tenent. ſed concorda opin. vt per Paul. de Caſt. in *l. ancilla. C. de furtis.*

Quartodecimo fallit, licet de iure Canonico ſuperueniens mala fides interrumpat præſcriptionem, *d. c. fin.* tamen ſecus eſt, ſi quis cœperit dubitare, an res poſſeſſa pertineat ad ſe, an non: quo caſu etiam Auth. malæ fidei. non habet locum de iure Canonico, vt per Innoc. *in d. c. final.* & ſequitur Bart. *in l. naturam, de vſucap.*

Quintodecimo fallit, vbi idem eſt quod ſupra, ſi primo per factam præſcriptionem bona fides completam interueniat ſcientia Rei in aliquo. de *maio. & obed. in c. cum dilectus.*

Sextodecimo Dom. Ant. limitat Authen. malæ fidei. quando vnus interrumpit aduerſus alios. ita tenet gloſſ. *in l. ſi fundum.* § *ſi ff. de acq. poſſ. l. ſicut. C. de præſcrip. 30. anno.*

REGVLA LII.

AVTORITATE propria alicui ſibi ius dicenti rem ſuam vendicare *a* non licet. *l. ſi quis in tantam C. vnde vi.*

ADDITIO.

a Vendicare. *Adde* D. *Iaſo. May.* inſtit. de actio. in princip. nume. 74.

Et in

Et in iſta regula ſua fundata videtur æquitas *l. extat. ff. quod met. cau.* quæ vt vides hic per So. quatuor. modis limitatur. tu adde alios decem caſus in quibus licitè quis ius ſibi propria auctoritate facit quas ponit Bart. *in l. generali. C de decur. libro* 10. & Bald. *in capitulo primo,* §. *Primo de pace iuram. fir.* quos non refero.

PRIMO fallit, contra debitorem fugitiuum, quia licet eum capere propria auctoritate: vt *l. ait prætor.* §. *debitorem ff de his quæ in frau. cre.* & limita ipſum §. vt patet *ibi* in margine text. hoc tamen verum ſecundum Barto. *in d. l. ait prætor.* niſi debitor ille ſimiliter eſſet fugitiuus tempore contractus: quia tunc ſibi imputetur quare ſecum contraxit, ſecundum Bal. *in d. l.* 7. *de his quæ in frau.* alij vero tenent contrarium: ſed opinio Bart. eſt communis.

SECVNDO fallit, quia contra nocturnum depopulatorem licitum eſt vendicare rem meam, & eum occidere. *l.* 1. *C. quando liceat.*

Tertio fallit, vbi eſſet actum inter partes, vt poſſit rem ſuam propria auctoritate vendicare: quia tunc licitum eſt propria auctoritate vendicare. caſus eſt. *in l.* 2. *C. de pig.*

Quarto fallit in legatario, qui poſt rem legatam vendicare ante aditam hæreditatem. caſus eſt *in l. non dubium. C. de legib.* & not. *in d. l.* 1. C. quando *lib. vnicuique ſin. iud. ſe vindic.*

Quinto fallit vltra iſtum, niſi per iudicem aliter iuſtitia haberi non poſſit, gl. *in l. nullus, C. de iud. & in c. ius gentium.* 1. *diſt.*

Alio modo iſtam regulam limitat not. Alexan. *in conſil.* 64. *incipiens. & ſi celeberrime, colum. fi. libr.* 3.

Septimo limitat Imol. *conſ.* 16. *viſo caſu.*

Et alijs modis, Abb. *in c.* 1. *in* 3. *col, de dol & contumac.* quæ per te ipſum videre poteris.

REGV-

REGVLA LIII.

Aucthorari ſibi proprio & ad ſui vtilitatem nemo poteſt. *l. 1. ff. de auct. tut.*

Primo fallit, quia quis poteſt præſtare auctoritatem in officio proprio ad ſuum commodum, & damnum, text. eſt not. *in l. ſi pactum. §. fina. de manu.* vind.

Secundo fallit, quando quis poteſt præſtare auctoritatem in officio proprio, & non ad executionem facti, text. eſt *in l fiſtulas. §. 1. de contrah emptio.*

De litera B.

REGVLA LIV.

BAnnitus ex forma ſtatuti in territorio bannientis nihil acquirere poteſt, etiam per ſubiectam perſonam, vt ſeruum vel filium, not. Ang. & Moder. & Lud. de Rom. *in l. Antiſtius. §. fin. ff. de acquir. hæredit.*

Primò fallit, vbi iſta acquiſitio ſit potiùs odioſa, quàm fauorabilis: quia tunc poterit acquirere. *l. ſi quis ſolidum.* & hoc *ibi* ponit Bal. *ff. de hære* inſtit. & hoc tenet gloſſ. *in l. 2. §. nemo, de capi. dimin.* quæ etiam dicit, quòd licet bannitus deſinit eſſe ciuis, vt *l. manumiſſione. §. qui deficiunt, eodem tit. & l. fin. de lega. 2.* & *ibi* plenè. non tamen deſinit eſſe in eius odium.

Secundo fallit, niſi ipſi bannito ſeu eius ſeruo ſit aliquid relictum, cum hoc vt vendat: quia tunc non obſtante ſtatuto valet iſta acquiſitio. ponit Bald. *in l. cùm quæſtio. in fin. C. de leg.* adde glo. & Io. Andr. *in c. ſuper. in verbo, dominum. de relig. dom. in 6.* dicentem, quòd

quòd licet ordo Minorum non poſſit ſibi aliquid acquirere, tamen ei relinqui poteſt cum hac conditione, vt debeat vendere, & hanc fallent. probat Ludouic.

Tertiò limita, niſi acquiſitio facta ipſi bannito reſultet in fauorē Reipublicæ aut Ciuitatis: nam ſi reſultet in fauorem talem, acquirit nihilominus, vt not. Bal. *in l. ſi quis contrarijs ff. ad Velleia.* per illum text, *& in l. in cognatione, eod. tit.*

Quartò fallit in acquiſitione dominij conſiſtentis in mero facto: quia illa ratione non obſtante, poteſt acquiri, hoc eleganter dicit diſputaſſe Bal. *in l. 2. in fin. ſuorum reſponſorum. ff. de iuriſdict. omn. iudi.* allegat. text. *in l. 1. §. vxori ff. de acquiren. poſſeſſ.* has fallentias ponit Ludouic. *in d. l. Antiſtius. §. in liberis, præalleg. in princip. regulæ.*

REGVLA LV.

Barrataria, *a* ſeu ſimonia committi dicitur, cùm præmium iudici datur, etiamſi iudex iuſtam & bonam ſententiam ferat. *l. 3. in princip. ff. de condict. ob cauſ. &* 11. *quæſt. 3. c. licet. cum ſimilib.*

ADDITIO.

a Barrataria. *Quid autem ſit barrataria, vide Bald.* in conſil. 21. in 5. parte.

Primò fallit, niſi quis daret pecuniam iudici quòd ſibi nollet facere iuſtitiam niſi percipiat pecunias ſecundum debitum ſalarij ſui, & det pecuniam illam iudici coram teſtibus, & coram notario palàm & publicè *b*, non autem ſecretè: quia tunc & in iſto caſu non diceretur corruptela, nec poterit puniri de barrataria: vt not. ſingulariter Arch. 11. *q. 3. c. quæ rectè* & Bal. *in c. fin. extra de appell.* & ita alias fuit iudicatum in ciuitate Mediolanenſi in fauorem cuiuſdam iudicis, qui taliter receperat pecunias publicè quod nota perpetuò, & non vtaris ad malum: Et ideò cautela eſt

quòd

quod quando iudex non vult tibi facere iuſtitiam niſi percipiat pecunias, quod ei des pecuniam palàm & publicè coram teſtibus: quia ei impunè poteris dare pecuniam.

ADDITIO.

b Et publicè. *Et hoc idem tenet* Feli. in c. tua nos. poſt princi. in verſi. extra gl. in fin. ver. de ſimon.

REGVLA LXVI.

Beneficium principis in præiudicium tertij debet ſtrictè intelligi, non latè, Iaſ. *in l. ſi. in ſi. C. ſi contra ius vel vti. pu. cum concor.* quæ latè congerit Feli. *in c. cauſam. col. 9. cum 3. ſeq. de reſcrip.* & eſt tex. *in c. ſuper eod. & in c. ex parte de offic. deleg.*

Iſtam regulam amplia, vt procedat etiam ſi de modico præiudicio tractetur, ſecundùm Felin. *in c. cauſam quæ. in 9. col. de reſcript.* ad quod benè faciunt no. *in l. ſcio infrà de integ. reſti.* & quæ ad illius intellectum ponunt Mod. *in rub. ff ſolut. mat.* licèt Ioan. Ant. *in c. tua extrà de verbo. ſign.* & Inno. *in cùm dilecti extrà de don.* cum quo *ibi* videntur tranſire Doctores, maximè Innocentius velint contrarium: ſed reſponſio patebit ex his, quæ dicentur in prima limitatione huius fallentiæ.

Secundò ampliat Felin. *in d. c. cauſam quæ* vt procedat etiam ſi tale beneficium concedatur motu proprio, de quo latius per eum poſt Hoſt. *in c. cauſam extra de teſti.* & *in c. cæterum in 6. col. in primo c. nonnulli. in prin. in 14. col. verſ. fallit tertiò. extra de reſcript.*

Tertiò amplia, vt procedat etiamſi ſit conceſſum tale beneficium minori vel alteri priuilegiato. tex. eſt *in l. impuberi. infrà de admini. tutel* per quem ita dicit Bart. *in l. idemque infrà, qui pot. in pig. hab.* & ſequitur

domi

domi. Iaſ. *in l. fin. ff. de conſti. princ.* benè facit tex. *in c. ex tenore. extra de foro compe.*

Quartò amplia, vt procedat etiamſi ex parte eius cui conceditur contineat fauorem: nam nedum non extenditur quo ad eum, cuius præiudicium tangit, ſed nec etiam quo ad eum cuius fauorem concernit: vt expreſsè vult Barto. *in d. l liberos, de verbo. ſignifi. per l. ſi nepotes ff de teſtu. tute.*

Quintò amplia vt procedat, etiamſi ex poſt facto incidat præiudicium alteri, text. eſt & *ibi* notant Doct. *in l. ex facto prin. infra de vulga. & pupil. ſubſt.*

Sextò & vltimò amplia vt procedat, etiamſi tale beneficium ſit ſpeciale, & tractetur de præiudicio habentis indultum generale: vt pulchrè declarat Bald. *in c. ex tenore. circa medium, extra de reſcriptis.*

Secundo fallit, vbicunque alienantur ex cauſa neceſſaria, vt quia res eſſent ſteriles, aut quę ſeruando ſeruari non poſſunt, vt tenet gloſſ. *in d. § res quæ.*

Tertio fallit pro dotibus *a* conſtituendis, quo caſu permiſſa eſt alienatio, vt *in Authen. res quæ, C. communia. de leg.*

ADDITIO.

a Pro dotibus. *Vide ſupra* in regul. 12. *& quod, ibidem dictum fuit. Benedict. Vad.*

Quarto fallit in cauſa alimentorum ipſius hæredis grauati, propter quæ alienatio permittitur: vt firmat Bart. & magis communiter Docto *in d. Auth. res quæ.* licet gloſſ. *ibi* & malè contrarium dicat.

QVINTÒ limitatur, niſi ille, cui res erant obligatæ reſtitutioni, dedit licentiam hæredi grauato vt poſſit eas alienare, vel conſenſit alienationi factæ per hæredem grauatum: quia tunc dicta alienatio de iure valebit, ſiue ſcienter ſiue ignoranter conſenſerit: & ideo non poterit fideicommiſſarius petere precium d. rei alienatæ. ita ſing. decidit Bart. *in l. qui Roma. § duo fratres. ff. de verbor. oblig. in d. q.* quod eſt menti tenendum. & ratio iſtius limitationis eſt, quia ille, qui conſentit alienationi, dicitur alienare: vt *in l. 1. C ſi aduerſ. donat. & ibi not.*

Sextò limitatur, vbicunque filius hæredis defuncti eſſet captus ab hoſtibus: quia tunc hæres grauatus poterit ipſum de dictis bonis redimere, ſi non haberet alia bona. allegatur ad hoc gl. ſing. 12. *q* 2. *c. ſacrorum.*

Septimò limitatur, quando hæres grauatus propter eius delictum fuiſſet captus & condemnatus: quia tunc ipſe hæres poterit ipſa bona alienare *b*, ita tenet Raph. Fulg. *in d. Authen. res quæ.* eſtque motus ex præſumpta mente parentum, argum. *l. iſti quidem ff. quod met. cau. & l. vtilitatem & l. confirmando ff. de confirman. tut.* & *l. 1. ff. de reb. eorum.* per quod vlti. not. per eum quòd executores teſtamenti ad erogandum aliquid in pios vſus, poſſunt erogare pro redemptione carceratorum, vel captiuorum pro delicto, vt not. Bald. & Imol. *in l quamuis, per illum text. ff ſolut. matrimon.* & not. Bald. *in Authen. ſimiliter C ad leg. Falcid. §. 1.* benè facit quod not. gloſſ. *in d. c. ſacrorum* 12. *q.* 2. quæ vult, quòd diſpoſitio *d. c. & l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccl.* permittat alienari bona Eccleſiæ pro redemptione captiuorum, & extendatur etiam ad eos, qui ſunt pro debito capti, & illa gl. allegat bona iura. & illam glo. ſequitur Bald. *in prin. C. de ſacroſan eccl.* nec obſtat, quòd nemini culpa ſua debet eſſe proficua: quia verum eſt, quando eſt ordinata ad illud, quia tunc non eſt ſibi proficua: aliâs ſecùs, vt patet *in l. 4. in prin. ff. ſi quis caut.* & not. Bal. *in l. 2. §. ſi verò non audiens. ibi,*

dum

dum dicit, *vel fortè relegat.* ſed Ange. *in d.* §. *res quæ ab hærede.* quem ſequitur Imol. *ibi*, & Ludo. de Rom. tenet contrarium propter ſuum delictum, & nihil allegat. adde quod idem videtur Bald. velle *in Auth. contra legatos C. ad Trebellian* in duobus locis, videlicet *in verſi. vlti.* quæro. & ibi not. per *gl. fi.* & *ibi* eam approbat Cyn. dum Bald. exponit veſtrorum, id eſt, captiuorum. & pro hoc facit, quia delinquens perdit priuilegium à lege ſibi conceſſum. *l. ſed ſi ex parte.* §. *quanquam ff. quòd cùm eo. & l. etiam.* §. 1. *ff ſol. matr. & l. ſed & hoc ita. ff de rei vend. & l. ſi* § *ſi cum ibi not. ff. de his quæ in fraud. cred.* & *l. pen. de iur. aot.* & iſtam partem Sal *ibi* tenet *in d Aut res quæ*, arg. *l. ſiue hæreditaria negocia ff de nego geſt. ibi*, dum text. dicit, *ſine vitio*, &c. Prima tamen opinio in puncto iuris videtur verior, & dicit præceptor meus Do. Alex. *in d. Auth. res quæ.* quòd ſi quis vellet ſuſtentare opinionem contrariam, poſſet dicere, quòd agitur de præiudicio tertij, vt in caſu noſtro, vt quia agitur de præiudicio fideicommiſſarij, tunc procedat opinio Ang. & ſequacium: ſed vbi agitur de præiudicio alicuius, ſiue de auferendo tertio ſuum ius, eo inuito, tunc procedunt no. *in d. c. ſacrorum. cum concord. ſuperiùs alleg.* Et retenta hac præcedenti opin. pro vera, poſſet limitari, vt ſuprà dictum eſt, videlicet, quod vbicunque filius hæredis grauati eſſet ex debito carceratus, & ex ſtatuto caueretur patrem teneri ad ſoluendum condemnationem pro filio, tunc videtur patrem poſſe alienare bona pro ſua redemptione neceſſaria: cùm ſit tunc eadem ratio, quæ eſt in dote, vel donatione propter nuptias quoniam tunc alienatio dicitur neceſſaria & permiſſa. *d. Auth. res quæ. & in glo. d.* §. *pro hærede.* vbi autem eſſet quis carceratus ſeu captus non ex delicto, tunc determinat Bart. & Bald. *in d.* §. *res quæ.* permiſſam eſſe alienationem. benè facit *l. quamuis. ff. ſolut. matrim.*

ADDITIO.

b Alienare. *Vide Bald.* in Auth. contrà cùm rogatus ad Trebel. & in conſ. 176. in 2. volum.

Octauò fallit dicta regula in caſu valdè ſingu. *l. fin. § fin ff de lega* 2. quando habens iuſtam cauſam ignorantiæ fideicommiſſi circa res reſtituendas; & per fideicommiſſum res alienari prohibitæ alienatæ fuerint bonæ fidei emptori: quia tunc valida eſt alienatio: vt *ibi* dicitur.

Nonò fallit, vbicunque res prohibita alienari, eſſet tempore peritura: quia tunc non obſtante prohibitione teſtatoris nihilominùs poterit alienari, vt eſt tex. ſing. *in l pro hærede. ff. de acquir. hæred.* vbi Bald. & Ludou. de Roman. ad hoc not. illum text.

Decimò fallit, quotieſcunque res eſſet per fideicommiſſum conditionaliter relicta, & conditio eſſet in poteſtate fideicommiſſarij negligentis eam adimplere. ita tenuit Io. de Imol. *in l. qui hæredi. §. ſi pars.* per illum tex. *cum glo. ff. de condit. & demonſtrat.* qui reputat notabilis & ſingularis ad limitationem ſingularem *d. §. ſin autem. C. communia de legat.* cogita tamen, an ſit verum. Aduerte tamen pro intellectu illius ſingularis textus quòd Ioannes de Imol. *ibi, & in l. quidam, ita. § ſi quis filium ff. ad Vellcian.* limitat illum textum procedere in fideicommiſſo vniuerſali, prout loquitur *d. § . ſin autem.* ſecùs ſecundùm eum, ſi res ſpecialiter per fideicommiſſum eſſet relicta, vt not. per glo. *in l fideicommiſ. de manu. teſt.* item quia deciſio *d. §* eſt exorbitans à regula iuris communis, poſita *in d § ſed quia.* ergò non debet extendi ad alios, *in l ſi verò § de viro ff ſol. matrim.*

Primò nota plures limitationes *ad l. fin. §. fin. ff. de legat.* 2. vbi dicitur, quando hæres habet ignorantiam quod certę res per fideicommiſſum alienari prohibeantur, & alienauit, quòd valida eſt alienatio. nã limita eam pluribus modis, vt *ibi* dicitur. ſed Paul.

de

de Caſt. *in d. §. ſed quia multum.* faciens mentionem de Imola ſentit contrarium, *quia tex. in d. §. fi.* loquitur in fidei commiſſo conditionali, ſeu relicto in diem certum, neque videtur differentia, an ſit particulariter, an vniuerſaliter: quia clarum eſt in omni caſu non transire dominium in fidei commiſſarium, ante conditionis euentum.

Secundò limitat illum text. Ioan. de Imol. *in d. §. ſi quis filium.* ſub dubio fortè procedere in fideicommiſſo vniuerſali: ſecùs in puro. per notata per glo. *in d. §. ſi quis filium*, dum gloſſa reſpondet *ad l. fi. C. com. de leg.* & in hoc etiam tenuit contrarium Paul. de Caſtr. *in d. §. ſed quia.* quoniam eſt eadem ratio in vtroque, cùm nunquàm tranſeat dominium in fideicommiſſarium, niſi reſtitutione facta, vt *d. §. res qua.*

Tertiò limitat illum tex. no. Pau. de Caſt. *in d. l. fin. & in conſil. incip. clarum eſt, &c.* niſi hæres, qui alienat, non eſſet ſoluendo, pro reſtituendo precio fideicommiſſario tempore euenientis conditionis: quia præfertur fideicommiſſarius emptori, alleg. *l. planè. la. 2. ff. de leg. 1.*

Quartò limitat Paul. de Caſtr. ibidem ſcilicet *in d. l. fin. de lega. 2.* vt non habeat locum, quando teſtator expreſsè prohibuiſſet alienari: quia illa expreſſa prohibitio eſt fortior, vt not. per gloſ. *in l. cùm pater. §. libertis. de leg. 2* relinquo hoc cogitandum. ſed puto hoc verum, quando eſt expreſsè prohibita alienatio à teſtatore: cùm communiter alienatio non valeat etiam à principio. *l. filiusfa. §. diui. de leg. 1.* ſed in caſu *d. l. fi.* valuit à principio alienatio: quia erat facta alienatio pendente conditione fideicommiſſaria, quo caſu interim valet contractus & alienatio, vt *d. l. final. §. ſin autem. C. commun. de leg.* & not. Barto. *in §. res qua.* vnde in caſ *d. l. fi.* difficiliùs inualidatur cõtractus: quia alienatio fuit nulla. *l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.*

Quintò limitat illum text. *in §. fin.* Rapha. & *ibi* dicit hanc fuiſſe limitationem Bald. *in d. Authen. res qua,* *in princ.*

ADDITIO.

a Præſumatur. *Vide Do. Alex. de Imo.* in conſ.5. in 3.colum.in 1.par.*& adde Franc. Aretin.* in l.in ſubſtitutione,in 5. col. verſic.ſed contra præmiſſa,de vulg.& pupill.

Secundò fallit, quando contra eum eſſet infamia vel alia præſumptio:cùm tunc oporteat quòd illa purgetur 2.*quæſt.6.per totum. & extr de purgat.* Cano.per totum.ad hoc quod not.*in l. qui iuraſſe.§.ſi pater.ff. de iureiur.*

De litera C.

REGVLA LIX.

CAVERE de iudicio ſiſti tenetur ille, qui immobilia non poſſidet. *l. ſciendum.ff. qui ſatiſda. cog.*

Primò fallit, vbi quis eſſet poſitus in carceribus, quia non tenetur cauere, vt not Angel.*in l.ſciendum,* & idem not.ipſe Ange *in l. ſi procurator ff de procurat.*

Secundò fallit in mercatore, qui poſsideret multa mobilia,& eſſet intricatus nominibus debitorum,cui de facili non eſt receſſus poſſibilis,propter multitudinem mercantiarum,vel grauitatem ipſarum,not.*Ang. in d.l ſciendum.prænl.*

Tertiò fallit,in cauſis ſummarijs, vbi poteſt procedi ſine lite conteſtata, & ad finitiuam lite non conteſtata peruenire poteſt: quia tunc ſatiſdare non tenetur.ita not.etiam Angel. *in l. Iulianus, in fin.* vbi ponit rationem.*ff qui ſatiſd. cog.* & omninò vide per eum *in d l.ſciendum.*

REGVLA IX.

CAVSA quando de iure Canonico agitur, ſecundum ius Canonicum, non autem ſecundùm ius Ciuile iudicari debet, text. eſt cum glo. & Docto. *in c. quod clericis, de foro compet.*

Primò fallit, quando ipſa cauſa tractatur accidentaliter in foro Canon. & ratione reconuentionis vel prorogationis: quia tunc attenditur, vt ſeruetur lex naturalis fori, argu *l. qui habeant ff de tute.* ſecundùm Do. Anto. *in d. c. quod clericis* ad hoc allegatur Specul. *in tit. de conſtit. in* §. I. *ver. & no.* cuius dictum corroboratum eſt. ſed ibi Speculator ſentit contrarium, & etiam Hoſt. expreſsè *in titu. de teſt.* §. *qualiter.* vt ſimiliter tenet contrarium Archid. & ibi gl. *in 96. diſt.* denique. ſecundùm Do. Nico. *in d. c. quod clericis.* qui in hac limitatione nõ videretur perſiſtere, nec in ea communiter perſiſtunt Doct. ſecundùm Imo. *ibi.*

Secundò fallit *a*, quando ius laicorum inieciſſet vinculum in clericum antè clericatum: tunc ius ſiue ſtatuarium, ſiue conſuetudinarium afficit clericum, vt ecclesiaſtico, vt not. Ioan. Andre. *in regu ſine culpa, in 6. &* Ioan. Calder. *in diſputat. quæ incip ſtatuto cauetur, &c.* per quod videtur, quòd ſtatutum diſponens, quod ſuper expectantib. maſculis fœminæ ſuccedant, præiudicet fœminis effectis religioſis pòſt, & non antè. & ita dicit *in d. c. quòd clericis.* Dom. Anton. ſe conſuluiſſe, & refert Imol. *ibi.* & iſto modo intelligi poterit *c. cùm veniſſent, de eo qui mit. in poſſeſſ. & c. conſtitutus, extrà, de reſt. integ.* ſecundùm Do. Nicol. *in d. c. quòd clericis.* qui idem etiam dicit, ſi ius agẽdi ortum eſt ante clericatum, vt quia cùm eo fuit contractum: quia tunc ſecundùm ius laicorum iudicatur in vtroque foro, ad hoc bonus textus *in d. c. conſtitutus*, circa quod vide not. *in d. c. final de teſtib. in 6.*

ADDI-

ADDITIO.

a Secundò fallit. *Vide Paul.de Caſtr.* in conſil. 339.& in conſil.317. *& Petr. de Anchar.* in conſil. 107.*Benedict.Vad.*

Tertiò fallit, quando ſtatutum laicorum non diſponeret ſpecificè contra Eccleſiam, vel perſonas eccleſiaſticas, vel contra libertatem eccleſiaſticam, vel contra conceſſa eis in priuilegium: cùm tunc bonum & æquum ſeruandum ſit in vtroque foro, vt voluit Bart.in *l.1.de ſum.Trinit.*cuius dictum improbat Bald. *in d.c. quod clericis* & Do. Anto.*in c. Eccleſia, extrà,de conſtit.per d.c quod clericis.*cuius dictum procedere poſſet, quando ipſum ſtatutum concerneret ſolennitatem actus,de quo agitur:vt eſt ſtatutum vel cõſuetudo laicorum diſponentium, quòd non valeãt contractus non ſeruata forma circa ſolennitatem: nam tunc non conualebit contractus celebratus inter clericum& laicum. Nec ex eo agi poterit in foro eccleſiaſtico: cum etiam ſubditus non poſſit tantùm hoc ad ſe etiam non ſubditum ſine licentia ſuperioris trahere.*c.2.de maior. & obedien.*& etiam quia cùm talis contractus ſiat intra iuriſdictionem ſtatuentis, ſubijcitur ſtatuto, iuxta not.*in l.1. C. de emancip. liber.* & videtur hoc tenere Imol. *in d. c. quod clericis.* & ita procedere poteſt, quod Ioan. Calder. voluit in *diſputat. ſua,qua incipit. ſtatuto, & cæt.* dum dicit, ſi agitur ratione contractus,ius contractus conſideratur, vt *l.ſi fundus,ff. de euictio*

Quartò falllit, quando ipſum ius laicorum conferret commodum ſimpliciter: cùm & tunc extendatur ad clericos, vt eo vti poſſunt, *c. dilecti, extrà, de foro competen.* & hoc tenuit Lapus *in allegat.* 100. vbi pleniùs de hoc. & Bald.& Anton. *in c.quod clericis,* quod non tranſit ſine dubitatione, per ea, quæ not. Imol.ſed tamẽ obſtat,quia ibi loquitur,quando ſtatutũ ſpeci

ſpecificè facit mentionem de clerico, ſecundum Dom. qui etiam tenet *ibi*.

Quintò fallit, quando tale ius etiam diſponeret circa modum decidendi, non præfigendo legem iudici, ſed generaliter loquendo, vt habeatur fides libris mercatorum: cum tunc allegari poſſit, etiam in foro Eccleſiaſtico, contra laicum, non contra clericum: cùm lex poſſit vbique allegari, ſecundùm Dom. Nicol. *in d. c. quod clericis*. vbi latè vide per Canoniſtas.

REGVLA LXI.

CAVSA Conuentionis eadem ſententia terminanda eſt. *c.* 1. & *ibi* per Doct. *extra, de iudi.*

Primo fallit, quando aliquod iuſtum impedimentũ incideret, vt ſi longè plus litigatur de proprietate, quam de poſſeſſione: cum tunc pronuncietur primò ſuper poſſeſſione dilata quæſtione proprietatis, vt voluit Spec. *in* §. *videndum, in tit. de reconuentione*. & Docto. *in c. cum dilectus. extr. de ordin. cognit.*

Secundo fallit, quando lata eſt ſententia ſuper conuentione, mox appellatur, vt excuſetur iudex, ne procedat in aliam formam, ſecundum *c. ad hoc & c. propoſuit, extra. de appellat.* ſecundum Domin. Anton. qui ita tenet *in c.* 1. *de mu. pet.* & etiam hoc voluit *in d. c. dilectus, extra, de ordine cogni.* & nota bene, quod iudex recuſari poteſt, quando ſuperueniret facultas, *extra, de offic. delega. c insinuante*. ſecundum ipſum Domi. Nicol. & Anton. *in d. c.* 1. qui etiam dicunt, quod eadem prærogatiua videtur in actu excuſationis, ſalua tamen diſpoſitione *c. dilectus, extra, de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & hoc tamen exequi poteſt, vt exequatur ſententiam latam in cauſa conuentionis, & dictam ſententiam latam in cauſa reconuentionis, ſi poteſt: alias exequatur eam, quam poteſt: iuxta not. *extr. de foro compet. c. poſtulaſti.*

REGV-

REGVLA LXII.

CAVSÆ duæ lucratiuæ *b* regulariter in eandem perſonam, & de eadem re concurrere non poſſunt, *l. quoties. ff. de ſolu. & in l. omnes, cum ſequen. de actio. & obligat. & Inſtit. de legat. §. ſi res aliena.*

ADDITIO.

b Lucratiuæ. *Quæ autem ſint cauſæ lucratiuæ, vide Domi. Iaſ. Mayn.* Inſtitut. de actio. §. nam ſi quis, tit. 28.

Primò fallit, niſi ille non ſolùm habuit rem ex cauſa lucratiua, ſed etiam habuit eam reuocabiliter: quia tunc poterit eam habere ex alia cauſa lucratiua, vt eſt caſus *in l. de vnoquoque, in princip. ff. de leg. 1.*

Secundò fallit in re, quæ non poteſt ad oculum demonſtrari, *in l. Lucius, l. 22. ff. de lega. 1.*

Tertiò fallit in alternatiuis, vt *in l. huiuſmodi §. ſi Titio. el. 2. de leg. 1.*

Quartò fallit, vbicunque duæ cauſæ lucratiuæ haberent originem in perſonis diuerſorum, putà, ſerui & domini, qui poſteà reducuntur ad vnam. Caſus eſt notab. *in l. ſi ſeruus. §. 1. ff. eodem tit.*

Quod procedit, niſi alicui debeatur ex contractu ipſius ſerui, vt eſt textus *in l. quod ſeruus. ff. de ſolut. & l. eum qui ita. ff. de verborum obligationib.*

Item limita, niſi res ſit verſa in vtilitatem domini, vt dicit glo. *in d. l. ſi ſeruus. §. de leg. 1.*

REGVLA LXIII.

Cautionis quando à lege Ciuili mentio fit, de nuda *a* regulariter intelligitur. *l. ſancimus*

& hoc ſequitur ſimiliter Paul. de Caſtr. *in d. §. interdũ.* & Ioan. de Imol. *in d. l. ſi prius.* tamen in hoc communiter tenetur contrarium, vt firmat Bartol. & magis communiter alii & *ibi* etiam notatur per gloſſ. in *l. fin. de prætor. ſtipul.* & notatur per gloſſ. *in l. 2. § fin. ff qui ſatiſda. cogan.* niſi in certis caſibus, notantur per Bartol. *in d. l. fin.* per Bald. in *d. l. ſancimus.* & in *d. l. vniuerſa.* & in *d. l. executorem.* Et vltimo adde, quòd quando a lege vel a ſtatuto requiritur, quòd aliquis cum fideiuſſore caueat, tamen ſi euidenter appareat idoneus, ſufficit nuda cautio. Ita ſingulariter voluit Bartol. *in l. quæcunque. C. de ſur. in princip.* per illum text.

REGVLA LXIV.

Cautionem de pluribus, ſi quis per dolum præſtari petat, tanquàm plus petendo punitur pœna, de qua in *l. vnica. C. de plus petitionib.* & ad eam euitandam pœnitentiæ locus non eſt, etiam de iure Canonico, *in c. 1.* & *ibi* per Docto. *extr. de plus petitionibus.*

Primò fallit, quando debitor non Reus ſuper illa pœna tranſegiſſet, *vt in dictis iuribus.*

Secundò fallit, quando non tantùm Actor exegiſſet cautionem de plus petito, ſed etiam Reus, & cõfeſſus eſſet, ſe totum illud debere in iudicio, vt *in l. 1. C. de plus. pet.* & per Goffred. *in præalleg. c. 1. de his duobus caſibus.*

Tertio fallit, vt voluit Ioannes Andre. *in d. c. vnico.* & gloſſ. & Bartol. *in d. l. 1. C. de plus petitionib.* antequam Actor conuerteretur de maiori pretio, ipſo Actore etiam confitente: cùm tunc punitur in hoc, vt priuetur toto debito, cùm non fuerit conuentus in hoc, vt ibi videtur requirere ſecundùm ipſum, coniuncta ad hoc *l. ſum qui. ff de iureiur.* & communiter tenetur.

Quar-

QVARTO fallit, quando ipſe Actor exegiſſet cautionem de pluribus, etiamſi plus petijſſet, & de hoc non conſtet, quod dolo fecerit: nam tunc ſecundùm gloſſ. *in d. l. vnica*, pœna illius l. locum non habet. Cynus, Bartol. & communiter omnes tenent oppoſitum: quia licèt poſſit probari de dolo, tamen per hoc non præſumitur dolus. vt de aut eſt conuictus quòd dolo exegerit, & tunc eſt locus dictæ pœnæ, vt habetur *in. d. l. vnica*, aut non eſt conuictus, quòd dolo exegerit, & tunc non erit locus dictæ pœnæ. pro quo facit, quia in dubio dolus non præſumitur, *l. quoties. §. qui dolo. ff. de dolo.* & in dubijs mitior eſt fienda interpretatio in pœnis *ff. de pœn. l. præſes.* ſecundùm Do. Nicol. *in d. c. vnico.*

REGVLA LXV.

CEDENS bonis à debito liberatur, *vt in toto tit. ff. & C. qui bonis ced. poſſint.*

Amplia primo, quod non ſolùm locum habeat in patrefam. ſed etiam in filiofam. qui bonis cedere poſſunt text. *in l. pen. & ibi* per glo. Bart. & Doct. *C. qui bon. ced poſſ.*

Amplia ſecundo, non ſolùm locum habere in maſculo tantùm, ſed etiam in fœmina, vt eſt text. *in d. l. pen. in verſ. vtriuſque ſexus.* & ibi not. Sali. *& in l. 1. C. eod tit.*

Amplia tertio, procedere etiam in Eccleſia, quæ poteſt cedere bonis, vt eſt textus peregrinus & ſingul. *in §. ſi quis autem adiecerit in Authent. vt determi. ſit numer. clericor. colum 1. pro quo vide* Angel. Aretin. *Inſtitut. de actionib. in verſic. eum quoque,* quem refert & ſequitur Iaſon Mayn. *ibidem in num.* 10.

Primo fallit, ſi quis eſt obligatus ad onus perſonale: quia tunc non liberatur. *l. cum fructuarius & ibi Elo. de vſufruct.*

Secundo fallit *a* in emphyteuta, vt not. in Specul. *in tit de locato. §. autem, verſic.* 128. *& ibi* Ioan. Andre. *in additio.* vide aliquid per Dynum *in l. is cum quo, ff. de aqua*

qua ſu. & Ludouic. Roman. in conſil. *ſuo* 48. Bald. & Flor. *in d. l. cum fructuarius. de vſufruct.*

ADDITIO.

a Secundò fallit. *Pro iſta ſecunda & tertia fallentia vide Bal.* in d. l. 1. in 3. col. C. qui bo. ced. poſſ. *quòd cedens bonis retinet emphyteuſim & feudum, ſed non eorum commoditates. & idem dicit eſſe in bonis prohibitis alienari Bened. Vad.*

Tertiò fallit in feudatario, vt per Flor. *in d. l. cum fruc. & in l ſi autem, in princip. ff. eo tit.* Bald. *in c. 1. §. callidus, de prohib. feud. alien.* vbi glo. vide gloſſ. & Iacob. de Bel. *in c. 1. de vaſall. qui contra conſtit. Lothari feud alien.* & in Spec. *de fruc. verſi.* 38.

Quartò fallit in ruſtico, qui non vult ſoluere collectam, & vult cedere domino. *l. optimam, in fin ff. man.* gl. eſt *in l. incola ff. ad municip.* & Flo. *in d. c. cum fructuarius* not. Bald. *in l.* 3. per illum text. C. *qui bon. ced. poſſ.*

Quintò fallit, vbi debitor diſſipaſſet bona in fraudem creditorum, vt eſt caſus not. *in l. fin. §. ſi ff. de his qui in fraud. cred.*

Sextò fallit, vbi quis tenetur tantum ad factum, putà, ſcribere librum, vt not. *in l. in ſtipulationib. §. fi. ff. de verb. oblig. & in l. ſtipulatio. §. ſiue autem. ff. de oper. noui nunc.*

Septimò fallit, ſi debitor eo tempore, quo contraxit, ſciebat ſe non eſſe ſoluendo. *l penult. in fine, de iure dot.* & hos duos caſus præcedentes ponit Bartol. *in l. alia. §. eleganter, in fin. ſolut. matrimon.*

Octauò fallit in debitore fiſci, qui non poteſt cedere bonis, vt eſt caſus *in l. 2. C. de exact. tribut. lib.* 10. *& l. ſacrileg. §. fi. in fi. ad leg. Iul. pecul. Bar. in l. 1. ff. qui bon. ced poſſ.* niſi eo caſu, quo paupertas excuſat, ſecundùm Bald. *in l. 1. in fi. 3. col.* & *ibi* Cyn. *in 3. q. C. eod. tit.*

Nono fallit, vbicunque quis tenetur ex delicto vel

quaſi quia tunc non admittitur ceſſio bonorum, ſed pœna pecuniaria reſoluitur in corporalem: quia qui non poteſt in ære ſoluere, luat in corpore. *l. generaliter. ff. de pœ. & l. penul. de in ius vocando.*

Decimo fallit in hærede dolo non conficiente inuentarium: quia non poteſt cedere, cùm voluerit fraudare creditores, vt *in Authen. de hæred. & Falcid. §. ſancimus.* per Bald. *in d. l. 1. in 1.* col. verſ. *quæro an hæres.*

Vndecimo fallit in eo, qui plenariè habeat vnde creditoribus ſoluat: quia ille non poteſt cedere bonis ſecundum Bald. *in d. l. 1. in 2. colum.* per rationem, de qua *ibi* per eum. tamen contrarium tenet Cy. ibidem *in 3. quæſt.* per text. *l. illud § quod tamen. ff. de trib.* quòd imò etiam diues poteſt cedere bonis. & idem tenet Rayn de For. *in l. legis Iuliæ. C qui bon. ced. poſſ.* ſed vide Nico. de Neapol. *Inſtitutio. de actionibus. verſic eum quoque.* quem refert & ſequitur Iaſon Mayn. *ibid. in nume. 21.*

Duodecimò fallit, vbi creditor feciſſet pactum debitori de non incarcerando eum: quia ceſſat ratio huius beneficij ceſſionis, quod eſt, vt non incarcerentur debitores, ita Bald. *in d. l. 1. qui bo. cede poſſ.*

Decimotertio fallit in minore, qui incarcerari non poteſt, & ceſſat ratio huius beneficij ceſſionis: nam non poteſt cedere bonis, ita habetur per Bald. *in d. l. 1. in penult colum. C. qui bon ced. poſſ* & plene per Ang. *in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib* 10. & per Ang. & Lud. Rom. *in l. nec impuberes ff de in ius vocan.*

Decimoquarto fallit, vbi debitor habuit dilationem quinquennalem: quia tunc non poteſt amplius gaudere beneficio ceſſionis. vt not. gloſſ. & Ang. *in d. l. fi. C. qui bon. ced. poſſ.*

Decimoquinto fallit, vbi licet bona debitoris fuerint confiſcata, tamen gratia Principis fuerunt ſibi reſtitura, vt eſt caſus ſing. *in l. penult. & fi. C. de ſen. paſſ.*

Decimoſexto fallit, quando debitor à principio negaſſet debitum, & poſtea fuiſſet conuictus & condemnatus

demnatus: quia tunc non gauderet priuilegio ceſſionis Angel. Aretin. *Inſtitut. de actio. verſicul. eum quoque.* vt idem Iaſon *in nume. 16. & Bald. latè in d. l. 1. in 1. col.* Bened. Vad.

Decimoſeptimo fallit generaliter, ſecundum Ioan. Fab *in d. verſ eum quoque.* cum ceſſio nunquam admitti debeat, niſi creditores inſtent & petant, quia hoc beneficium eſt miſerabile, & ſubſidiarium: ergo non debet concedi, vt etiam ibi per Iaſ. allegantem Bal. ita tenentem *in d. l. 1. in 3. colum.* Benedict. Vad.

Decimooctauo fallit in eo, qui ſub ſpe ceſſionis bonorum contraxit, ſecundum Dynum *in regula, peccatum, de regul. iur. in 6.* & Ioan. Plat. *in d. verſic. eum quoque* vbi etiam per Iaſo. Benedict. Vad.

REGVLA LXVI.

CEDENS bonis non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, *Inſtitut. de actio. verſic. eum quoque.*

Primo fallit, vbicunque cedens alienauit bona ſua in fraudem: quia tunc tenetur in ſolidum, vt eſt caſus notabilis *in l. fin.* ſecundum vnam lect. glo. *ff. quæ in fraudem credit. & in lege etiam. §. 1. ff. ſolut. matrimo. & in l. rerum amot. ff. de re iudi.* per text. *in l. penult. ff. de iur. dot.* & eſt gloſſ. *in §. quod autem, in fi. in Authent. de fideiuſſ. in glo. ſuper verbo, cederet,* imò ſi non habet vnde ſoluat, debet luere in corpore, vt eſt text. *in l. quicunque, C. de ſer. fug.* quia conuenitur ad pœnam.

Secundo fallit, ſi conueniretur ex delicto ad reſtitutionem vſurarum, vt *in c. cùm tu, de vſur.* vnde cedens bonis liberatur & naturali & ciuili obligatione, ſecundum gloſſ. *in l. hæres à debitore. §. quod ſi ſtipulatur ff. de fideiuſſ.* licet contrarium dicat gloſſ. *in l. vbicunque ff. ſol.*

Tertio fallit reſpectu creditorum, quos poſtea poſt ceſſionem eſt ſortitus: quia tales noui creditores benè

poterunt eum inſolidum conuenire, ſecundùm Ioan. Fab. *in d. verſic. eum quoque* quem refert & ſequitur ibidem Iaſ. Mayn. *in num.* 4. Benedict. Vad.

Quartò fallit in ſcholare, qui ceſſit bonis, & poſteà emit libros, vel clericus Breuiarium, vel miles arma: quia tales libros vel arma creditores auferre non poſſunt. Bald. hic not. ad limitationem illius, ſi cedens peruenerit ad pinguiorem fortunam, an poſſit denuò conueniri *in Rubr. C. qui bon. ced. poſſ.* allegat ad hoc *gloſſ. fi. in l. nepos Proculo, in ver. dignitate. ff. de verborum ſignificat.* Benedict. Vad.

REGVLA LXVII.

Ceſsio regulariter permiſſa eſt. *l. 2. C. ne liceat potentior.*

Primò fallit, quando in eo, qui eſt in poteſtate ratione officij, vt *d. l 2. C. ne liceat potentior.*

Secundò fallit, quando eſt facta ab eo, qui eſt in poteſtate alio reſpectu, vt dicit gl. *in d. l 2 de alienat. iud. mut. cauſa fact.*

Tertiò fallit in re litigioſa, vt dicit gloſſ. *in d l. 2.*

Quartò fallit, quando pro parte actio venditur, & pro parte donatur: quia tunc eſt ſuſpecta & ſimulata *a*, vt *l per diuerſas & l. ab Anaſtaſio. C. manda.*

ADDITIO.

a Simulata. *Quando autem præſumatur ſimulata. Vide Do. Mari. Socin. eiuſdem Do. Bart. Socin. genitorem.* in conſil. 18. proſequendo ver. ſolùm ergò. circa fi. in ver. æquè. in 1. par. *Bened. Vad.*

Quintò fallit, quando ceditur pro pretio minuto non condigno ipſi actioni, vt *in d l. ab Anaſtaſio.*

Sexto fallit, quando ceditur pro precio, de quo non conſtat, niſi per confeſsionem de recepto, ſecundùm Bartol. de quo per gloſſ. *in d. l. per diuerſas ſecundùm*

Iacob.

Iacob. de Bel. in corpore Authent. *de æqualitate dot. in §. illud etiam* ſed Bal. *in d. l. 2.* tenet contrarium.

Septimo fallit, quando eſſet titulus ſine cauſa expreſſa in inſtrumento, vt dicit gl. *in d. l. 2.* quod ſi eſt facta ceſſio pro centum florenis, & non ſit appoſita cauſa, nec ſit dictum pro quo precio, quia tunc videtur contractus innominatus, quod ipſa ceſſio ſit ſuſpecta.

Octauo fallit, quando pars cedens eſſet inhabilis, vt in *l. pupillo. ff. de author. tut.*

Nono fallit in caſu text. *l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iure dotium.*

REGVLA LXVIII.

Ceſsione bonorum quis à debito liberatur, vt *in l. 2. ff. & C. qui bon. ced. poſſ.*

Primo fallit, ſi eſt quis obligatus ad onus perſonale, licèt illud onus ſit occaſione rei. *l. cum fructus & ibi gl. ff. de vſufruct.*

Secundò fallit in emphyteuta, vt not. per Specul. *in tit. de loc. § nunc aliqua ver. 128. ibi per.* Ioan. Andre. *in addit.* & Bald *in l cum fructus ff de vſufruct.*

Tertiò fallit in feudatario, vt per Florianum in *d. l. cùm fructus.* & *l. ſi abſentis. in princ. ff de vſufruct.* & Bald. *in c. 1. in §. callidis, de prohibita feudi alienatione per Federicum.* & gloſſ. & Nicol. de Neapolit. *in c. 1 de vaſallo qui contra conſtitut.*

Quartò fallit in ruſtico, qui non vult ſoluere collectam, & non vult ſoluere domino. *l. optimam in fin. de muner. & honor.* & *l incola. ff. ad municip.*

Quintò fallit, vbi debitor diſsiparet bona in fraudem creditorum, vt eſt caſus in *l. fin. in fi. ff. de his quæ in fraud. cred.*

Sexto fallit, vbi quis tenetur ad factum, vt ſcribere librum & not. *in l ſi quis curialis C. de Epiſcop. & cler.* & *in l. ſi ſtipulatio § ſi autem. ff de noui oper. nun.* & Barto. *in l. ſi qui bonis. ff de ceſsio. bonorum.*

Septimò fallit, vbicunque debitor ipſe ſciebat ſanè vnde ſolueret. *l.1.ff.de iure dot.* vt per Bal. *in l. alia. §. eleganter ff ſol matrimon.*

Octauò fallit etiam in debitore, cui eſt ceſſa dilatio ad ſoluendum, vt per gloſſ. *in l. fina. C. eodem.*

REGVLA LXIX.

CITANS aliquem, qui non ſit iuriſdictionis ſuæ, ille comparere *b* non tenetur, nec contra eum, ſiue veniat, ſiue non, procedere poteſt, *in l. non nocet. ff. de iudi.* & per Doct. *in c. 2. de dilat.*

ADDITIO.

b Comparere. *Adde Felin.* in c. veniens, in fin. 1. col. verſ. in ea, gl. ibi, non eſt, de accuſat.

Primò fallit, quando citatus coram eo comparuiſſet, & lis fuiſſet conteſtata, nec eſſet neceſſarium in iure, nec in facto: cùm tunc eius iuriſdictio prorogetur in tantùm, quòd contra eum poteſt procedi ad diffinitiuam ſententiam, quam exequetur ſuus iudex, *extr. de foro compe. c. poſtulaſti.* & ſic ille poſtquàm venit, recedit illicentiatus, poterit puniri ex contumacia, ſecundùm Innocent. *in d. c. 2. de dilatio.* pro quo facit, quod nota. *extrà, de officio delegati. c. final.* & *c. 1. extrà, de iudicijs.* vbi de his, de quibus *in l. 1. & 2. ff. de iudicijs.*

Secundò fallit, quando ipſe extra territorium exiſtat, & fuiſſet citatus ab eo expreſſa cauſa in citatione, quæ ſi eſſet vera, competeret iuriſdictio, vt quia dixiſſet in ea, quoniam in ſuo territorio contraxit, vel deliquit, vel ibi ſita eſt res, de qua agitur: cùm tunc ipſe citatus comparere teneatur, ſi habeat res in territorio citantis: aliâs petatur contra eum procedere ad miſſionem in poſſeſſionem illarum rerum: quia tunc talis citatus arctatur ab eo, à qua ipſa res decernenda

eſt,

eſt, vt eſt textus expreſſus *in c. Cumana. §. contrahentes, extrà, de ſoro competen. in* 6. ſecundùm Domin. Anton. per hoc quod tenet *in c. 2. de dilatio.* quicquid dicat Innocent.

Tertiò fallit, quando ipſe citatus inuentus fuiſſet in ipſo territorio citantis: cùm tunc parere teneatur, ſi citetur ex tali cauſa, quæ ſi eſſet vera, competeret iuriſdictio, vt ſuprà, adeò quòd ſi non compareret, poterit excommunicari & puniri per ipſam contumaciam: imò & per ipſum iudicem procedi poterit ſuper cauſa principali, ſi ſit talis cauſa, in qua procedi poterit, lit. non conteſta. & ſi procedit, valebit proceſſus.

REGVLA LXX.

CITANS aliquem de ſua iuriſdictione, ſi ille non compareat, excommunicari poteſt, & alium in poſſeſſionem mittere *l. in poſſeßione. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſ.* eatur. & per Doctor. *in c. 3. de dilatio.*

Primò fallit, quando in citationibus exprimitur aliquid iniuſtum vel inhoneſtum, vel tale propter quod certum eſt, quod contra eum, qui agit, competit exceptio dilatoria, vt ſi citetur quis, vt reſpondeat ſpoliatori, vel ſeruo, vel excommunicato, vel alij perſonæ, quæ in iudicio ſtare non poſſet, vel die feriata: cùm tunc citatus comparere non teneatur, ex quo citatio continet expreſſum errorem, *extrà, de ſentent. excommun. c. per tuas.* ſecundùm Innocent. *in d. c. 2. de dilatio* quod procedit etiamſi talis iniuſtè poſſit habere talem excuſationem vel dubitationem: vt eſt, ſi citetur dominus, quòd reſpondeat ſeruo ſuo, qui poteſt de eo quandoque conqueri, vt de intelligibili iniuria, vt *Inſt. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. §. fin.* ſufficit enim quòd conueniat in iſtum ſecundùm communem relationem curſorum, non attento cauſali euentu, & hoc niſi in citatione adijciat cauſam excuſationis

tionis illius iniuſtæ, ſecundùm Dom. Innocent. *in d. c.2.*

Secundo fallit, ſi ſit notorium ipſi iudici & aduerſario, quod ipſa citatio contineat quod ſit iniuſtum, vt eſt, ſi citetur quis ad locum notoriè non tutum: cùm tunc comparare non teneatur, *vt l. non videtur. ff. de iudic.* ſecundùm Imol. *in d. l. 2.* ad hoc *d. c. paſtoralis. §. Piſana, de re iudic.* ſecundùm Ioan. Andr. *in d. c. 2.* qui poſt Innocent. dicit, quod ſi tunc non compareat, contra eum proceditur, & tutus erit exceptione doli contra aduerſarium, qui obtinuit, etiam ſi in poſſeſſionem miſſus ſit, arg. *l. ſi reus ff de eo per quem fac. erit.* licet prudenter faciet, ſi ſimulabit ægrotare. *5. q. 4. ſi ægrotans.* ſecundùm Inno. *in d. c. 2. de dilat.* & Ioan. And. pro quo facit *extr. de offic. iudi. c. 1.*

Tertiò fallit, quando ipſe citatus fuiſſet iuſto impedimento detentus: cùm citatio non arctet eum ad comparendum, ſi iudici hoc fuit notum. *ff de re iudi. l. quæſitum extrà, de procurat. c. querelam.* aliâs ſi arctabit in tantum, quòd poterit contra eum procedi, iuuetur beneficio reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, ſi apparet eum iuſto impedimento detentum, vt not. *ff. ex quibus cauſ. mai. l. ſed & ſi per prætorem. § fin. & l. 2. ff ſi quis ius dicen. non obtemper.* & *in d. l. quæſitum.* & *c. querelam.* & *in c. cùm Bertholdus, de re iudic.*

Quartò fallit, quando ipſe citatus non comparens, tutus eſſet aliqua exceptione dilatoria, vel peremptoria: cùm tunc non teneatur comparere, dummodò non compareat infra tempus, infra quod ipſas exceptiones opponere poſſet & opponat: admittitur enim ſi poſteà compareat & ipſas exceptiones opponat, dummodò reperiat cauſam in eo ſtatu, quo admiſſus fuiſſet ad probandum, id eſt opponendum, ſi fuiſſet præſens ipſum: cùm ipſis exceptionibꝰ præcludatur via contra ipſum abſentem per illum actum, per quem præcluderetur ſi fuiſſet præſens, *vt extrà, de poſtul. prælat. c. 1.* ſecundùm Innocen. & Ioan. Andre. *in c. 2. de*

dila

dil. ad hoc quæ not. per Innocent. *extr. de appella. c. ſi duobus & de eo qui or fur. ſuſcep c innotuit*, per gl. *in ver. abſentia* & *c* 1. *de elect in* 6 p. r *l rem.* alleg in gloſſ ſupra, vbi hoc idem tenet Innocen *extrà de iudic. in Specul de appellat.* §. *non bannitus, verſic. ſed pone*, & per Paul. *Clem ſæpè, de verbor. ſignif.*

Quintò fallit, quando ipſe citatus latitat, vel exceptione tutus non comparuiſſet, & propter contumaciam agens eſſet miſſus in poſſeſſionem: nam ipſe abſens poſſet excommunicari vel mulctari non miſſionem in poſſeſſionem pati, cùm ſubueniatur ipſi poſt miſſionem. *ff. de pecul l. ſi eo tempore, in princip.* ſecundùm Innocen. & ipſa miſſiò non arctet eum ipſo iure: cùm non valeat miſſio in poſſeſſionem contra eum tutum exceptione, in tantum quod ſi miſſus expellatur, non competit ei actio ex illo edictio, ne vis fiat *l.* 1. §. *hæc verba*, ſecundùm Inno. *in d. c.* 2. *de dilat.* quod tamen deeſt propter defectum iuſtitiæ agentis, & decretum ſi ſit interpoſitum, redditur ipſo iure nullum, vt *d.* §. *hæc verba*, ſecundùm Innocent. in *d c.* 2 *de dilat.* & *l. cùm verò.* § *ſubuentum, ff. de fideicom miſ. libert.* & *d. l ſi eo tempore.* vt voluit Imol. *in d c.* 2 *de dilat.* & *c dilectus, de verborum ſignifi.* & Bartol. *in l.* 1. §. *iuſtè poſſidet, de acquir. poſſeſſ.* ſed aliud in ſententia diffinitiua. *ff de acquiren hæredita. l ſi is apud quem.* & *ff familiercisſ. l cùm putarem* ſecundùm Dom. Anto. & Imo. *in c.* 2. *extrà, de dilat.* vbi latè vide.

REGVLA LXXI.

CITANDVS perſonaliter ad domum *a*, citatio recipi non poteſt: cùm perſonaliter citari poſſit. *c. ſi.* & *ibi per Doct. extrà, de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſeruan.*

ADDITIO.

a Domum. *Vide Lanfr.* in c. quoniam contra, in princ. 1. col. verſ. tertiò quæro, de probat.

Primò fallit, quando ipſe citandus exiſtens in loco Ciuitatis vel domus, non patitur ſe perſonaliter citari, vel ſe occultat, vt citatio ad eum non perueniat: cùm tunc poſſit citari ad domum, *extrà, vt lite non conteſta. c. quoniam. §. porrò.* imò plus dicit Ioan. Monach. *in c. Romana § contrahentes de foro compet. in 6.* quòd ſi conſtat, quòd citandus malitioſè ſe occultat, ne citetur perſonaliter, non eſt neceſſarium amplius eum perſonaliter citari, vt not. ibi in verbo, *occultant* quod & ſatis rationabile videtur: ſed tamen tutiùs eſt, vt citetur ad domum, per ea, quæ habentur *in d. § porrò.* ſecundùm Ioan. de Imol. *in d. c. fina. extrà, de eo qui mit. in poſſeſ.* circa quæ vide not. *in d. §. porro.*

SECVNDÒ fallit in cauſa deſiderante celeritatem: cùm in ea poſſit quis citari ad domum, eo ipſo quod abeſt à iudicio, ſeu loco iudicii. *l. 3. §. prætor ait, de dam. infect.*

Tertiò fallit, quando ipſe citandus ab initio fuit in iudicio: cùm tunc, ſi poſteà ſe abſentet à loco iudicij, poterit ad domum citari. *ff. de iudic. l. poſt edictum. C. quomodo & quando iudex. l. Labeo*

Quartò fallit, quando conſuetudo vel ſtatutum aliud diſponeret: cùm tunc ipſa diſpoſitio ſit attendenda & ſeruanda, *l. omnes populi ff de iuſtit. & iure* videtur autem aliud diſponere ſtatutum, quando diſponeret, quòd quis poſſit perſonaliter citari ad domum: nam vt ſtatutum aliquid addat iuri communi, & ſit vtile, intelligitur, vt ſit alternatiua electionis, & non ordinis, argumen. *c. ſi Papa de priuileg. in 6.* & hoc quod voluit Bartol. *in d §. prætor ait.* & ſecundum Ioan. de Imol. *in d §. fin.*

REGVLA LXXII.

Citari non debet præſens iudicio. vide infrà in verbo, *præſens.*

REGVLA LXXIII.

Citatio dicitur de proceſſu, gloſſ. *in c. prudentia,*

dentia, in prin. de offic. de leg. c. quoniam contra, in verb. citationis. & ibi not. de probat.

Primò fallit in prima citatione, quæ cenſetur extra iudicialis, vt per gloſſ. *in Clement. 1. in verbo citationis. de iudic.*

Secundò fallit, quando Actor, qui fecit citari, non comparet in termino citationis: quia eo non comparente, circumducitur citatio, ac ſi non eſſet fact *al. & poſt edictum. §. quòd ſi is ff de re iudic.*

REGVLA LXXIV.

Citatio requiritur in vnoquoque actu, etiam præiudiciali & notorio *l. nam ita diuus. ff. de adopt.* & *l. fin. C. de leg.* Bald. *in l. cùm fratrem, colum. fin. de his quib. vt indig.* iſta regula limitatur ſexdecim modis, vt tradunt nouiſsimi repetentes in *. de vnoquoque. ff. de re iudic.* vbi Alexād. & alij iſtam regulam limitant nouem vel decem modis: ſed vltrà illas limitationes ego addo plures alias.

Primò fallit, quando recipiuntur teſtes ad perpetuam rei memoriam, & timetur de potentia aduerſarij, vel alia iuſta cauſa occurrit; aliàs ſecùs, vt per textum *in c. ſignificauit, de teſt.* Marianus Socin. *in repetitione Rubric de dilatio. chart. 3 in verſic. 13.*

Secundo fallit, quando producuntur teſtes, & certum eſt eis aliquid opponi non poſſe: quia tunc poſſunt examinari parte non citata, ita tenet Anto. de Butr. *in in c. conueniens. in 3. colum. ext. de teſtib.* & Alexand. *in conſil. 130. incip. difficultate huius, &c. in 1. volum.*

Tertio fallit, vbicunque proceditur inſpecta naturali æquitate, vt per Bartol. *in l. 2. C. de naufragijs.*

Quarto fallit, vbicunque non requiritur cognitio cauſæ, gloſſ. *in l. 3. §. ſi cauſa cognita. ff. de bonor. poſſeſſ.* Bald. *in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſ.* Hippo. de Marſil. *in repe. l. fin. in 37. char. C. de probat.*

Quin-

Quinto fallit, ſi fuerit conuentum inter partes à principio, quod valeat iudicium ſine citatione partis vt per Aretin. *in tract. malefic. in verb. qui iudex.* & Bald. *in l. vt perfectius C. de annali exceptione.*

Sexto fallit, quotieſcunque poteſt inchoari ab executione, vt per Bal. *in l. de pupilli.* §. *meminiſſe de noui oper. nunciat.* & maximè quando periculum eſſet in mora.

Septimo fallit, quando eſt impoſita ipſo iure pœna: quia tunc poteſt peti ſine aliqua citatione, textus eſt & ibi Abbas *in c. reprahenſibilis, de appellationib.*

Octauo fallit, quando cauſa eſt commiſſa iudici, quod debeat iudicare ſecundum conſcientiam ſuam: quia tunc non requiritur citatio partis. Baldus *in l. certam, in 3. colum. C. vnde cognati.*

Nono fallit, quando proceditur contra rebelles Eccleſiæ retinentes bona Eccleſiæ vel Imperij: nã contra tales valet ſententia ſine citatione. Ioa. Andr. *in c. cum olim. de re iudi.* ſequitur Bald. *in procem feudorum. in* § *in aliqua, in 1. colum.*

Decimo fallit, quando dubitatur de ſcandalo futuro veniendo, ita tenet Ioan. de Imo. *in l. de vnoquoque de re iudi.*

Vndecimo fallit, quotieſcunque aliquis eſt paſſus violentiam, vel fuit ſpoliatus, & per iura remittitur iuramento ſuo, per quod poſſit probari de rebus ablatis, vt per Ioan. de Anania *conſil. 55. incipien.* § *quia dubia* & Alexand. *in l. 2. de damno infect.* & Imolam *in cap. fin. quod metus cauſa.*

Duodecimo fallit, vbi fit condemnatio expenſarum: nam tunc poteſt fieri ſine citatione. Bal. *in l. 1.* § *ſancimus. 10. q. C. de iudic.*

REGVLA LXXV.

CITATIO ter debet fieri, vt conſtituat aliquem in contumacia, vt ſemel peremptoriè, *l. contumacia.* § *1. de re iudi.* & per Docto. *in l. de vnoquoque, eod. tit.*

Primò

Primo fallit, quando par citat parem, vt ſi ſunt duo arbitri, & vnus velit ferre laudum, vel facere aliquem actum, gloſſ. *in clement.* 1. *de hæredi.* ſequitur Bald. *in l. ad peremptorium, in fin. de iudicijs.*

Secundo fallit, quando citatur perſona potens, quia tunc ſufficit vnica citatio, etiamſi non ſit peremptoria. Ioan. Andre. *in c. non minus, de immunit. Eccle.* ſequitur Bald. *in c.* 1. *in princip. de milite vaſal.*

REGVLA LXXVI.

CITATIO vnica regulariter pro tribus citationibus ſufficit, vt vim peremptorij habeat. *l. nonnunquam ff. de iudic.*

Primo fallit, quia requiritur trina citatio, vbi non ſufficit vna pro omnibus, glo. eſt ſing. *in Clemen.* 1. *in verſ. requiſierit, de hæret.*

Secundo fallit in feudis: quia oportet quòd interueniat trina citatio, vt per Bart. *in c.* 1. *de milit. vaſal. qui contum. eſt in glo. ſuper verb. veniunt, in fi. in vſib. feud.*

Tertio fallit, niſi requirantur pro forma: nã tunc iudex non poteſt facere: quod vnica citatio habeat vim peremptorij Bald. *in l.* 2. *C. quomodo & quando iudex.*

Quarto fallit, quando tractatur de pœna imponenda. Anto. de Butr. *in c. ex tunc. in penul. colum. de clericis non reſiden.*

REGVLA LXXVII.

CITATIO amicorum in abſentium citatione, tam de iure Ciuili, quam Canonico, non requiritur. *l. cum proponas. & ibi per Doctor. C. de bonis auctoritate iudicis poßiden.* & per gloſſ. & Docto. *in c. cauſam quæ, extra, de dolo. & contumac.*

Primo fallit, quando procederetur contra minorem vt *l. hac autem. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur.*

Secundo fallit, quando procederetur contra maiorem, qui iuuari poteſt iure ſpeciali, putà beneficio, vt reſtituatur in integrum, vt ſi procedatur contra abſentem

ſeatem ex cauſa Reipublicæ, vt voluit Nicol. poſt Dom. Anton. *in d. c. cauſam quæ* & latiùs & clariùs loco de Imol. *in c. fin. extra, de eo qui mitt. in poſſeſſ.*

REGVLA LXXVIII.

CITATVS vt Reus vel eius procurator perſonaliter dicatur, per Ciuitatem & Prouincias ſi ibi requiritur, perquirere ſufficit. *c. cauſam quæ & ibi per Doct. extr. de dol. & contum.*

Primo fallit in cauſis requirentibus celeritatem: cùm tunc ſufficiat, quod non reperiatur in loco iudicij, vt citari poſſit ad domum, vt *l. 3. §. ait prætor. ff. de damno infecto. l. Labeonis.* iuncta *l. 1. ff. eodem.* vt voluit Barto. *in d. l. ait prætor.*

Secundo fallit, quando citatus ſemel fuiſſet in iudicio: cùm tunc dicatur eſſe ſatis, quod reperiatur in iudicio, & in loco iudicij: aliâs ſi ibi non reperiatur, poſſit curri ad domum, vt voluit Bartol. *in d. l. prætor ait.* pro quo facit *l. & poſt edictum, de iudic.* & *Authent. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. & l. alieno. C. de dolo.* & per gloſſ. *in d. l. 1. §. ex hoc edicto. ff quæ ſententiæ ſine appellat. reſcind.* & per Ioannem Andre. *in repetitione c. præſumitur, in 6.* & per Domin. de Rota, *deciſio* 413. quæ incipit, Item ſi Actor. vbi videntur hoc approbare, ſecundum Dominum Nicol. *in c. cauſam quæ.* vbi latiùs vide.

REGVLA LXXIX.

CLERICVS incorrigibilis regulariter degradandus, & curię ſeculari tradendus, & per eam comprimendus eſt, text. eſt à contrario ſenſu *in c. cùm non ab homine,* & quod ibi not. & *in c. at ſi clerici, extr. de iudic.*

Prim-

Primò fallit in crimine hæreſis: quia clericus eſt ſtatim poſt expoſitionem curiæ ſeculari relinquendus, & idem traditur, & ſic degradatur, *vt c. ad abolendam, in glo. & in d. c. cum non ab homine.* quod eſt verum, quando fuit relapſus in hæreſim: nam tunc ſine vlla audientia traditur curiæ ſeculari, *vt in c. ſuper eo & c. accuſatus, de hæreti. in 6.* alias non traditur ipſe hæreticus, ſi vult ſe corrigere: ſed detruditur in carcerem ad pœnitentiam peragendam, *extra, de hæretic. c. penult.* quinimmò iſta pœna carceris poteſt hodie in aliam commutari, vt *c. vt commiſſi, de hæreti. in 6.* circa quod vide not. per glo. 21, *diſtin. c. nunc autem.*

Secundo fallit in falſificatione literarum Papæ: quia incontinenti traditur curiæ ſeculari, vt *in d. c. ad abolendam, extr. de hæretic.* & *vt in d. c. cum non ab homine.* & ita communiter tenetur quod ſit ſpeciale in hoc crimine, ſecundum Dom. meum Alexandr. *in d. c. at ſi clerici.*

Tertio fallit in illo, qui fuit depoſitus propter contumeliam, vel calumniam, quam intulit Epiſcopo ſuo 11. quæſt. 1. *ſi quis ſacerdotum.* & 3. *quæſtio 4. ſi quis clericus,* vt voluit gloſſ. *in d. c. ad abolendam.* & *in c. fin. extra, de teſtib. cogen.* ſecundum gloſſ. *in d. c. cum non ab homine.* & dicuntur hæc capitula procedere in incorrigibili, & ita ſentit glo. *in d. c. ſi quis clericus.* & *in d. c. ſi qui ſunt 2. quæſtio. 7.* iſta opinio tanquam verior communiter approbatur, vt *in d. c. cum non ab homine.* & *in d. c. fin.*

Quarto fallit, nam cum pro ſimplici homicidio vel alio crimine atroci degradetur, & deferatur in carcerem, aut alia pœna condigna; ſi eccleſia non habeat vltrà quid faciat, degradandus erit, & curiæ ſeculari tradendus: quod etiam permittitur pro ſimplici homicidio propter contemptum canonicæ diſciplinæ, vt *in d. c. cum non ab homine, extra, de iudi.* & per ipſum Domi. Nicol. plenius *in d. c. at ſi clerici, circa finem ibi, ad hoc faciat.*

Quinto fallit in illo, qui promiſcue commiſiſſet

vnum

vnum crimen grauiſſimum, putà homicidium, non ſimplex, ſed qualificatum *a*, puta, parricidium, quia interfecit patrem, vel matrem, vel Sacerdotem priuatum cum ſpoliatione bonorum, vel Eccleſiam combuſſiſſet, vel vnum de deputatis ad diuinum officium ſpoliaſſet, & ordinaſſet patriam prodere, vel aliud crimen grauiſſimum commiſiſſet, & in canonibus certa pœna non eſſet determinata, ſed per leges pœna ſæuiſſima veniſſet imponenda. Nam cum Sacerdote talia delicta committente non ſit condigna pœna depoſitionis & carceris, cum fortè laici eius ſocij comburerentur, vel ad beſtias darentur, & alia pœna condigna in Eccleſia ſimilis non reperitur, erit talis clericus degratandus, & curiæ ſæculari dandus: quia Eccleſia non habet vltra aliud quid faciat ad hoc *Authent de ſanct. Epiſc. §. ſi vero crimen*. Et ita diſputando retulit Dom. Petr. de Anchar. pro quo facit text. *in c. 1. de homicid. in 6*. Ad hoc tex. ſingul *in c. nouimus de verbor. ſignif.* vt patet ibi, & aliud, &c. quia non ſolum propter aliud crimen. ergo videtur damnabile & damnoſum, vt clericus degradetur, & curiæ ſeculari tradatur: facit etiam ad hoc text. *33. quæſt. 5 ſunt quidam. & 22. quæſt. 5. ſi quis laicus.* vbi patet, quod clericus vel Presbyter degradatur propter coniurationem prædictam contra Principem, vel dominum terræ: quia tunc in tali loquitur in actuali degradatione *b*, propter immanitatem criminis, arg. *l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt*, etiam ad hoc text: *in d. c. at ſi clerici, in prin.* vbi patet, quod non quilibet depoſitus debet tradi curiæ ſeculari indifferenter, ſed qualificatus, ſecundum Dom. Nicol. vbi plenius de his tractatur.

ADDITIONES.

a Qualificatum. *Adde Pet. de Anchar.* in conſil. 157. *Benedict. Vad.*

b Degradatione. *Vide Petr. de Anchar.* in conſil. præalleg. 157. *Benedict. Vad.*

REGV-

REGVLA LXXX.

CLERICVS coram non ſuo iudice,id eſt,ſeculari,conueniri non poteſt , etiamſi ſui Epiſcopi conſenſus interueniat,text. eſt cum gloſſ. *in c.ſignificaſti,de foro compet.*

Primo fallit,quando talis cauſa fuiſſet commiſſa eidem à Papa vel Epiſcopo: cum tunc conueniri poſſit, vt patet *in c.ſignificaſti.*

Secundo fallit in cauſa feudali , in qua conueniri poteſt coram domino ſeculari,*extra,de foro competen.c.ex tenore*,& not.*extr.de maiorita,& obedien.c.ſolita.*

Tertio fallit , quando ipſe clericus eſſet bigamus: cum tunc non gaudeat beneficio eccleſiaſtico.4.*diſt.c. quiſquis,& c.vnico,de bigamis.*

Quarto fallit in cauſa renouationis , in qua dicendum eſt,prout not.*extra,de iudi.c.at ſi clerici.*

Quinto fallit,quãdo eſſet coniugatus,& non incederet in habitu clericali & tonſura,*extrà,de cler.coniug. c.vnico,in 6.*

Sexto fallit, quãdo dimiſiſſet habitum & tonſuram, & tertio monitus illam non reſumpſiſſet, *extra,de ſentent.excommunicatio.c.in audientia. & c.cum contingat, eod.tit.*& hoc etiam not.*in c.1.de apoſtatis.*

Septimo fallit,quando clericus negotia ſecularia exerceret,& tertio monitus non deſiſteret: cum tunc primo illa bona perdat,& priuilegium clericale : vnde ſuper eis poterit coram iudice ſeculari conueniri, *extr. de vita & honeſt.clericor.c.fina.*

Octauo fallit,quãdo clericus in minoribus exiſtens, eſſet ad militiam ſecularem promotus, *extr. de elect. c. cum inter.*

Nono fallit,quando per annum artem ioculatoriam exercuiſſet, & infra annum monitus non deſiſteret, *extr.de vita & honeſtate clericor. in c.1.in 6.*

I Decimo

Decimò fallit, quando eſſet depoſitus vt incorrigibilis, *extr. de iudic cùm non ab homine.*

Primò fallit, quia dicta regula procedit in ciuilibus: ſecùs autem in criminalibus: quia vbi agitur de pœna, & lex facit mentionem de dolo, non venit lata culpa, vt eſt gloſſ. not. *in l. in actionibus, in gloſſ. ſuper verbo, leuem ff. de iureiur. l. 1. §. ſi quis ideò.* iuncto princ. *ff. ne vis fiat ei.* & *in l. 2. §. hac actione is demùm ff. vi bonor. rapt.* not. gloſſ. *in l. magna negligentia. ff. de verbor. ſignificatio.*

Secundò fallit, vbicunque lex expreſsè requireret dolum: quia tunc & in cauſa pecuniaria, ſiue ſit criminalis accuſatio, ſiue ciuilis, lata culpa non æquiparatur dolo, ita nota voluit Bartol. in *l. 1. non autem. ff. ſi quis in teſtamen. liber eſſe iuſ. fuer.* de hac materia habetur plenè per Bartol. in *repetit. l. quod Nerua. ff. depoſ.* Bald. *in l. in actionibus. ff. de iureiuran.* & per Salicet. *in l. 1. ff. depoſi.* aliquid *in l. 2. de probat.* & *in l. 2. C. de not.* & plene per Ant. Butr. & Ioan. de Imo. *in c. 2. de conf. eſſ.* &

Digitized by Google

ſeſſ & not. *in l ſi mora.* §. *ſi culpa. ff ſolut. matrim.* & Bald. *in l. ſerui vend. C. de nox.* vbi dicit, quòd in homicidio requiritur dolus, & non lata culpa. & per eundem Bald. *in l pignus. C. de pignor. act.* vbi ſingul. dicit, quòd in homicidio appellatione culpæ venit lata.

REGVLA CXXXII.

Dominium per pronomina poſſeſſiua iuncta cum ſubſtantiuo alterius generis, vt argenti ſeu tritici ſignificatur *l. Quintus.* §. *argento. ff. de auro & argento leg. & l. qui habebat, de legat.* 3.

Primò fallit ex natura eius, cum quo loquitur, vt ſi dico: Lego ſeruum & omnem pecuniam meam, non intelligitur de dominio ſuo: quia impropriè poteſt habere *l.* 4. *ff. de manu. teſtam.* & generalius idem eſt dicendum in monachis & ſecularibus, facit *l. plenum.* §. *equitij ff. de vſu & hab.*

Secundò fallit ratione proloquentis primi: vt ſi colonus dicit, meum campum, vel ragatius meum equum, nam intelligitur quantum ad curam & ſolicitudinem, vt not glo. *in l.* 2. *in princip. de re iudi. facit. l. ſi cum pupil.* §. *item quæritur ff. de negoc. geſt.*

Tertiò fallit ratione rei, de qua quis loquitur, vt ſi legat aliquis omnes famulos, certè non intelligitur, vt eos habeat in dominium, vt *l. ſi cùm exhibuiſſent.* §. 1. *ff. de publica.*

Quartò fallit ratione amicitiæ & familiaritatis: quia ſæpè vulgariter dicitur, Amicus tuus ſum, & ille & me tuum eſſe recognoſcas: nam iſta verba non intelliguntur ratione dominij, ſed quoad ſeruitium, gloſſ. eſt not. *in l fructus ipſius actus. C. in quibus cauſis. libr.* 10. facit ad hoc *c cùm veniſſent, extrà, de inſtitut.* & has limitationes ponit Cæpol. in *l. nominis & rei, de verbor. ſignificat.*

REGVLA CXXXIII.

DOMINIVM directum ex præſcriptione non transfertur, vtile verò ſic. *l.traditionibus.* & ibi glo.& Bart.not.*C.de pact.*

Primo fallit in præſcriptione merè fauorabili: vt eſt caſus *in d.l.traditionibus.C. de pact.*

Secundo fallit in præſcriptione, cuius memoria non extat, ita Bal.*in d.l. traditionibus.*

Tertio fallit, quando ſtatutũ dicit, quod ex præſcriptione quæratur dominium: quia ſi hoc erat inductum de iure communi, ad hoc vt aliquid operetur, acquireretur directum dominium: ita Bart.*in l.1.ff de vſucap.*

Quarto fallit, propter auctoritatem ſecundi decreti: quia præſcriptione acquiritur dominium directum, ita Bald.*in l.in poſſeſſionem. C.de bon. author. iudic. poſſid.* qui hoc examinat, & allegat *l.ſi finita.ff. de dam. infect. in §.ſi quæ ſunt.& in §. ſi de vectigalibus.* & Ludoui.Roman.*in l prætoris, in princ.eod tit.*

REGVLA CXXXIV.

Dominium quando in eius translatione error fit, per traditionem à domino rei factam, non transfertur, tex.eſt not.*in l.3.§.ſubtilius.ff. de condict.ob cauſ.*

Primo fallit, niſi fiat traditio authoritate iudicis: quia tunc etiam licèt error fit in translatione dominij, tamen dominium transfertur, vt eſt text.*in l.Pomponius. §.ſi iuſſu.ff. de acquiren. poſſeſſ.* & idem dicendum eſt, quando authoritate arbitri iuris, iuxta *l.cum ſpecialis. C.de iudicijs.*

Secundo fallit *d.§.ſubtilius.* & regula eius quia locũ non habet in translatione, quæ fit à lege, vt eſt text. *in l. is cui, de lega.2.*

Tertio fallit, vt non procedat, quando tractatur

de fa-

de fauore liberationis: quia tunc dictus error non impedit translationem dominij. *l. ſi ego, in princ. ff. ſi cert. pet.* vbi eſt text. not.

Quarto fallit, vbi error eſt in recipiente, non in tradente, text. eſt *in l. regula. §. qui ignorauit, de iur. & fact. ignor.* & facit text. cum ibi not. *in l. eius, qui prouinciam. ff. ſi cert. peta* & vltra applicetur diſpoſitio *d. §. ſubtilius*, ad translationem vſucapiendi conditionis, iuxta *l. clauibus. ff. de contrahen. empt.* vnde ampliatur hoc magis, quia illud quod dicitur *in d. § ſubtilius.* valet quando eſt error in traditione, quia traditur vt res recipientis, cum eius non ſit, vt ibi: idem eſt, quando eſt error in perſona illius cui traditur, quia eſt alia perſona. Nam ſimiliter impeditur translatio dominij, vt eſt text. *in l. falſus, in princip. ff. de furt.* Et ſic habes optimam declarationem in iſto paſſu, quod ſicut error in iſta traditione rei impedit translationem dominij, *vt d. §. ſubtilius.* idem eſt in errore perſonæ, *vt d. l. falſus, in princ.* tamen non ſic eſt, quando error eſt in cauſa, *vt in toto tit, ff. de cond. indebi. & in toto tit. de condi. ſine cauſa.*

REGVLA CXXXV.

DOMINI inſolidum plures eiuſdem rei vel iuris eſſe non poſſunt. *l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commod. & l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſ. cum ſimil.*

Primo fallit ratione communionis, ſed non denominationis partium, ſicut *in l. ea qua ff. fam. erciſcun.* vbi actio communis iure vectigalis, quæ eſt in dote inſolidum penes patrem & filiam connexa, nec in vna perſona repræſentatur inſolidum. & hoc per *l. in rebus. C. de iure dot.* de qua *in l. 2. §. 1.* & *l. per totam. ff. ſolut. matrimo.* quia communis eſt. *in d. l. in rebus*, arg. *l. præcipimus, in fin. C. de appellat.*

Secundo fallit *in l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum.* quia pater dominus eſt vere, filius autem ficte, &

 ſine

ſine adminiſtratione viuente patre: licèt hoc in filio operetur plures effectus, inter quos eſt, quòd in filijs non datur titulus pro hærede *l. nihil.* § *hærede* facit *l.* 1. §. *ſi impuberi de collat. bonor.* & quod per Cyn. & Bartol. *in l. fin. ff. de liber. agnoſc.* & per Doct. & Bald. *in repetitio. in d. l. in ſuis.*

Tertiò fallit, quando diuerſis reſpectibus poſſunt. *l.* 1. *ff. ſi ager vectigal.* & *in d. l. in rebus.* ſecundùm vnum intellectum per literam ibi, cùm eædem res ab initio vxoris fuerant, & naturaliter in eius permanſerint dominio, quamuis per legum ſubtilitatem earum tranſitus in mariti patrimonium videretur fieri, & pro hoc *l. quamuis. ff. de iure dotium.* & *l. doce ancillam. ff. de rei vendicatio.*

Quartò fallit, quia vnus poteſt eſſe dominus actualiter habitu, vt in legatario, qui etiam adita hæreditate eſt dominus habitu rei legatæ, & poteſt intentare rei vend. cui videtur renunciare eligendo actionem perſonalem, vel hypothecariam. *l.* 1. *C. commun. de leg. l. cùm filius.* §. *varijs. ff. de legat.* 2.

Quintò fallit in caſu *l. adeò.* §. *cùm in ſuo. ff. de acq. rer. dom.* vbi duo ſunt domini ſoli, vt eſt dominus ædificij, & dominus ſoli, ſuper quo ædificatur. & primus dominus elementorum remanet dominus ipſorum elementorum, & hoc contingit aliter & aliter: quia dominus ſoli non eſt dominus in concreto, ſaltem ipſius materiæ, ſed dominus ſimpliciter, non habitù reſpectu ad formam ædificij: ſicut in ſimili *in l. rerum. iuncta l. Labeo.* & *l. eum qui ædes. ff. de vſucap.*

Sextò fallit, quando vnus poteſt eſſe dominus commutabiliter. *l. in bello.* §. *ſi quis ſeruus. ff. de cap. & poſtlim. reuer.*

Septimò fallit in vſufructuario & proprietario, ſicut in ſimili ſunt, dominus & emphyteuta, vel feudatarius vel ſuperficarius. *l. qui habet precariam.* & *d. l.* 1. *ff. ſi ager vecti.* & *l.* 1. *ff. de iure emphyt.* & *in tit. ff. de ſuperfic.* & *in tit. de feud.* & *in tit. extrà, de precar.*

Octa-

Digitized by Google

Octauò fallit, quia legatarius & dominus rei legatæ tenentur fictè a morte teſtatoris: ſed hæres verè tenetur ab aditione & in ſeruitutibus, iuxtà *l. propter.* cum ſua materia. *ff. de ſeruit.* & *in l. 2. §.* ex his. & *l ſtipulationes non diuiduntur ff. de verbor. obligat.*

REGVLA CXXXVI.

DOMINVS ſemel, ampliùs effici non poteſt. *l. ſequitur. § lana. ff. de vſucap.*

Primò fallit in eo, qui eſt dominus irreuocabiliter, quia tunc præſcribit contra illam actionem, per quam illud dominium poteſt reuocare, vt eſt text. *in l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. de cap. & poſtlim. reuer.* per quem text. dicit gloſſ. ſingu. *in l. ſequitur. §. fructus, de vſucap.* quod licèt bonæ fidei poſſeſſor faciat fructus ſuos, tamen tenetur reſtituere eos exiſtentes, & quatenus eſt locupletior, *vt l. fructus, de rei vendi.* & *l. bona fid. ff. de acquiren. rer. domi.* & iſtud eſt verum, niſi bonæ fidei poſſeſſor tales fructus per biennium poſſederit: quia tunc illos non reſtituet: & ita etiam ibi expreſsè tenet Bart. & *in l. 3. ff quod met. cauſ.* & ibi hoc multùm commendat. & ita etiam tenet Cyn. *in l ancilla. C. de furt.* & Oldr. *in ſuo conſil.* 15. quod eſt notandum ad limitationem *d. l. fructus. de rei vendi.*

Secundò fallit, quando eſſent plures cauſæ eodem tempore concurrentes: ſecùs, quando eſſent plures cauſæ ſucceſſiuę, quia ſi quis ex vna plenũ dominium conſequutus ſit, ampliùs ex ea dominium conſequi non poteſt. ita Ioan. Fab. & Angel. Aret. & Nic. de Necpol. *Inſtit. de act. §. ſic itaque.* quos refert & ſequitur Iaſ. ibid. *num.* 16. Benedict. Vad.

Tertiò fallit in habente vtile dominium, vel fictum: ſecùs autem; ſi haberet directum, gloſſ. eſt *in l. 1. C. de don. quæ ſub modo. in gloſſ.* 1. de quo tamen vide per Cyn. poſt Petr. *in l. ea lege, in fin. C. de condict. ob cauſam.* & ibi Bald. *in* 1. *quæſtio.* & *Dyn. in l. qui morti. ff. de donat. cauſ. mortis.*

Quarto fallit in quaſi dominio, & conſequenter in Publiciana: quia quaſi dominus benè poteſt fieri magis quaſi dominus, vt per Iaſ. *in d.* §. *ſic itaque, num.* 18. *& num.* 19. vbi de tali limitatione dubitat, prout ibi latius per eum vide. Benedict. Vad.

Quinto fallit in habente ex priuilegio ſpeciali, per text. *in d. l. in bello.* §. *ſi quis ſeruum. & per l. in reb. C. de iur. doti.* licet multi contrarium teneant, vt refert Iaſ. *in d.* §. *nu.* 20. Benedict. Vad.

REGVLA CXXXVII.

DOMVM ſuam quiſque ad cælum vſque eleuare poteſt. *l. altiùs. C. de ſeru. & aqua.*

Primo fallit in prædijs ruſticis fauore agriculturæ: ſecus in vrbanis, vt *in l. 2. ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* & not. *in l. fi. C de ſeru. & aqua.*

Secundo fallit, quando ex ſpeciali priuilegio, vel alicui generaliter concedatur à Principe, vt poſſit in loco publico ædificare, & obſcuraret lumina vicini, vt eſt text. not. *in l. 2.* §. *meritò. &* §. *damno. ff. ne quid in loco publ.* vt vult *gl. in l. 2. ff. de dam. infec.* ſecùs ſi ædificaret in area, vel domo propria, *vt in l. luminibus. ff. de ſeru. vrb. præd.*

Tertio fallit, quando aliquis vellet eleuare parietem communem, quem vult eſſe proprium ipſius ſoli: quia non poteſt eleuare: ſecus, ſi vellet quod eſſet communis ille paries: & tunc non tenetur ex ædificio, vt *l. quod dictum.* §. *ſi ex tribus. ff de ſeruit. vrb. præd.* & ibi etiam ponit Bartol. quod not. quia quotidie eſt in facto.

Quarto fallit in caſu *l. propria. ad fin. ff. de ſeruit. vrba. prædi.* in quo quis non poteſt tantum eleuare domum, ne obſcuret in totum lumina vicini.

REGVLA CXXXVIII.

DOMVM reuocandi priuilegium regulariter habet exiſtés in curia Papæ vel Principis ex cauſa ne-

ſa neceſſaria vel probabili. *l.2.* §. *ſed ſi agant.* & §. *legatis.ff.de iud.*& gl. *in c.fi.de foro comp.*

Amplia primò, nedum tale ius reuocan. domum competere repertis in curia Roman. ſed in quolibet alio loco, vt per Dom. Maria. Socin. *in d c.fin.* allegantem Hoſtien. *in tit. de except.* §. *quid ſit effectus, ad fin.* per *d.l.2.*§. *legatis. ibi,* Romæ vel alio loco.

Amplia ſecundò, hoc ius competere, etiamſi durante cauſa Romæ ſuperueniret iuſta cauſa reuocandi domum. ita Abb. Dom. Anton. & Imo. *in c. fin. de dilat.*

Primo fallit, quando ibi ageret: quia tunc & ibi conueniri poſſet, *vt d.l.* 2. §. *ſed ſi agant*, vt ibi plenè de hoc.

Secundò fallit, quando ibi deliquiſſet vel contraxiſſet: cùm tunc pro his conueniri poſſit, *vt l. non alijs.* §. 1. & *l. ſeq. ff. de iud.*

Tertiò fallit, quando eſſet cauſa, quæ celeritatem deſiderat, vel eſſet tempore peritura, vt eſt quando tractatur cauſa electionis prælatorum, argum. *de appell. c. Abbate. l.* 1. *ff de fer.* ſecùs autem, ſi eſſet cauſa, in quam non verſaretur tantùm periculum: vt ſi tractaretur de electione Canonicorum, vt voluit Ioan. Andre. *in d.c. fin.* quod eſt notandum.

Quarto fallit, quando conueniretur finita cauſa, neceſſaria: quia tunc ceſſat priuilegium reuocandi domum: vt ſi conueniretur finita legatione. *ff. ex quib. cauſ. maio. l. qui mittitur.* §. *fin.* & *l. ſi cui.* §. 1. ſecundùm Imol. *in d.c. fin.*

Quinto fallit, quando reconueniretur pro alijs, quàm pro his quæ geſſerunt in propria prouincia: cùm pro talibus non competat priuilegium, *vt l.* 2. § *Item ſi extra prouinciam. ff. de iudic.* quod eſt verum tam in alijs, quibus competit hoc priuilegium, quàm in legatis: cùm competat hoc priuilegium in omnibus, præterquam in contractibus initis, & delictis commiſſis ibi. dū eſſet in legatione, *vt in d.* §. *lega.* quod etiam

etiam locum habet in peregrinis, qui ipſis æquiparantur, *extrà, de priuileg. c. vnico.* ſecundùm Imol. & Ioan. Andr. *in d. c. fin.*

Sextò fallit, dummodò agant per viam actionis: ſecùs, ſi intentant officium iudicis, ſecundùm aliquos poſt gloſſ. *in l. ſed & ſi, ſi de indi.* ſed Angel. ibi contrà, cùm ſit eadem ratio. Bened. Vad.

Septimò fallit in perſona agente proprio nomine: ſecùs in nomine eius, qui ei imperare poteſt, ita tex. *in* §. *reuerendiſſimi, in Auth. de ſanct. Epiſcop.* Benedict. Vad.

REGVLA CXXXIX.

DONARE non poteſt Princeps terras ſuas ſuis ſubditis. Iaſon. *in l. filiusfamil.* §. *diui. in* 1. *lect. colum.* 3. *num.* 18. *de leg.* 1. *& in* 2. *lect. num.* 32. *colum.* 6. & vltrà ipſum hanc concluſionem in terminis noſtris per plura probat Corſet. *in tract. de poteſtate, in* 4. *quaeſt. colum. pen.* Moder. omnes *in l.* 2. *ff. ſol. matr.* Præpoſ. *in c. plerunque.* §. *pen. ad fin.* 2. *q.* 7. Paul. de Caſt. *in conſ.* 20. *in cauſa iſtorum, nu.* 9. *in* 1. *vol. in conſ.* 335. *laudatio, nu.* 1. *eo. lib.* & pulchrè per Corn. *in conſ.* 321. *in hac concluſione.*

Primò fallit, quòd non procedat, quando Princeps venderet, ſiue alienaret terras pro commodo pacis, propter quam receditur à regulis iuris, vt dicit Bald. *in l. vnica, in princip. C. de caduc. tollen. c. niſi eſſent, de præbend. in c. is qui, de maiorita. & obedien.* cum infinitis ſimilib. *vt ibi per eum.* nam iſto caſu valeret alienatio, etiamſi vaſalli non conſentirent. & hanc limitationem ſequitur Felin. *in c. quæ in eccleſiarum, in* 19. *colum. de conſtitut.* & Hippolyt. de Marſil. *in l.* 1. §. *cum quidam, in* 1. *colum. ff. de quæſtio.* & quod pro bono pacis recedatur à regulis iuris in caſu iſto, & alijs grauioribus, latiſſimè idem Andr. Sicul. proſequi-

ſequitur *in conſil.41.incipien.iſtud afferam, in 3. colum. libr.1.& in conſil.1.in 34.colum.in 2.volum.* vbi latiſſimè hoc proſequitur per tres col. faciunt pro hac parte priuilegia pacis quæ ponit Felin. *in Rubric. de treug. & pace.* de quo vide latè Lucam de Penna *in l.1. per illum textum.C.de cap.ciui.cenſi.exi.libr.11.* contra iſtam limitationem videtur tenere Ioan Ign. *in repetitione l. donationes quas diuus,& cat.C. de donat. inter virum & vxo.* & nihil iudicio meo dicit, quod ſtringat. & ideo tene primam opinionem, quæ eſt communis: nam pro commodo pacis liber homo poteſt obſes dari, & ſic loco pignoris aſſignari, vt tradunt omnes Docto. *in c. ex reſcripto,de iureiuran.* & vide circa hoc Aretin. *in proœm Inſtit.* & hoc idem aſſumunt nouiſſimi, *Inſtitut. de teſta.in princ.ibi,in pace & ocio.* & latius plura congerit Corſet *in tract.de priuil.*

Secundò fallit & limitatur prædicta, niſi Princeps alienaſſet terras, vel donaſſet propter remunerationem. Nam iſto caſu non requireretur conſenſus ſubditorum: quia propter remunerationem recedimus etiam à regulis iuris. *l. cum monachorum. C. de nouat: libr.11.* facit ſingul.text. *in l.ſi pater. §.1. ff. de donatio.* remuneratoria propter ingratitudinem non reuocatur contra regulam *l. final.C.de re. do.* & ita illum textum exclamat ſingularem Iaſon, multa cumulans *in l.ſi non ſortem.§. libertus,in 3.colum.nume.8.ff.de condi. indeb.* & vltra ibi per eum adducta. illum textum valde commendat ad hoc idem Ludoui. Roman. *in ſingul.114. incip.donatio.* & Andre. Sicul. *in c.1.in 4.colum.nume.33.de conſtitut.cum ſimilib.* quæ adducit Andre. Sicul. *in d. conſil.11* & facit quod de remuneratione iuncta cauſa rei tradit Roma. *in conſil.328.præſens conſultatio.* quem ſequitur Felin. *in c.cauſam quæ, in 8 colum.de reſcript.* & *in c.fina in 3.colum.de præſump.* etiam 12.notabiles deciſiones in hac materia tradit quidam Petrus de Rauen. *in ſuo Alphabet.iuris,in verbo,remuneratio.* quas videas. circa hoc latè inſiſtunt ſubtiliſſimi Moder.Hiſpa. *in §. item Seruiana,num.44. in tit.de actionibus* nouiter in lucem editis.

REGV-

Digitized by Google

REGVLA CXL.

Donatio facta à patre filio in poteſtate regulariter non valet *a.l.donare,de dona.inter vir. & vxor.* & *l.2.C. de inoffic.don.* vbi not. per Doct. tamen obligat patrem naturaliter, vt per Bartol.quem ſequitur Iaſ. in *l.frater à fratre, in pen. col.ff.de condict.indeb.*

ADDITIO.

a Non valet.*Vide Bald.* in conſ.430. in 3. part. *ſed quid de facta inter matrem & filios, vide Corn.* in conſil.155.in 3.parte.

Primò fallit *b,* in filio emancipato, *vt l. liberis. C.de collat.*

ADDITIO.

b Primò fallit. *Vide Dom. Petr. Philip. Corne.* in conſil.233.incip. viſa, in litera F.in 4. parte. *& eundem Dom.Bart.Soci.*in conſil. 189. incip. viſo teſtamento, verſic. ſecundò quod ſpeciale eſt, in 2.parte.*Benedict.Vad.*

Secundò fallit, ſi donat filio naturali, *vt l. omnes. Lucius.ff.de his quæ in fraud. cred.*

Tertiò fallit, ſi donat filio ſtudiorum cauſa, vt dicit Bald.*in l.1.ff.ſol.matrim. in l. quæ pater 2.ff.famil. erciſc.*

Quartò fallit in filio milite, quia ea quæ veniunt, includunt peculium caſtrenſe, veluti arma & equos, *vt l.ſi filius.C.famil. erciſc.*

Quintò *c* fallit, quando donat filio benemerito, *vt in Authent.vnde ſi parens. C. de inoffic.teſtamen.* limita ta-

ta tamen hoc ſingulariter, vt procedat, quando merita ſunt æquiualentia donationi: ſed ſi donatio excedit merita, in eo quod excedit, non valet donatio: quia hoc pacto de facili pro leui merito poſſet pater vni filio donare omnia bona ſua, & alios penitus priuare ſucceſſione, quod non eſt dicendum. ita voluit Bald. *in l. donatio. & in Authent. ex teſtamento. C. de collationib.*

ADDITIO.

c Quintò fallit. *Adde eundem Do. Bart. Socin.* in conſil. 215. incip. viſa, in verſic. confirmo. etiam in 2. parte. *Benedict. Vad.*

Sextò fallit fauore dotis: quia tunc tenet donatio, ſi pater donet filiæ nomine dotis, *vt l. Pomponius. Philadelphus. ff fin. regun.*

Septimo fallit, quando ſtatim ad alium transferri debeat, & filio non remanet, vt voluit Bart. *in l. ſi cùm filiusfam. §. 1. ff de don.* & eſt tex. quem ipſe allegat *in l. profectitia. §: ſi quis ff. de iure dotium.*

Octauo fallit *d*, vbi pater donat filio in poteſtate, & iurat non reuocare, ſecundùm Bald. in *l. irritam. C. de vſu. pro donato.* & ſequuntur nouiſſimi.

ADDITIO.

d Octauò fallit. *Ad hanc fallent. vide Do. Pet. Philip. Corn.* in conſil. 279. in litera Z. & R. in 3. par. in conſil. 238. incip. quanquam, in litera S. & ſequen. in 1. part. & in conſil. 267. incip. quanquam, in litera E. & in conſil. 306. incip. opportunum, in litera E. in tertia parte. & in conſil. 9. in litera B. in 3. parte. *Benedict. Vad.*

Nono fallit, vbi pater donat filio, vt habeat in peculium, & poſteà eum emancipat, text. eſt *in d. l. donationes in concubinam. §. pater. ff. de donat.* quem dicit

Ludou.

Ludou.de Roman. eſſe ſingularem. eſt enim mihi hoc mirabile: quia ſi pater donauit filio, vt habeat in peculium, & moriatur pater, non confirmatur donatio, & non confirmatur per emancipationem, & tamen in vtroque caſu filius efficitur ſui iuris.

Decimo fallit, ſi donat filio, vt filius emancipetur, vt *l. ſiue emancipetur C. de donat.*

Vndecimo fallit *a*. ſi pater donat cauſa mortis, vt *l ſi donationem C. de colla. princ.* & *in l. penult. ff eodem titul.* ſed in hac donatione eſt plus, quia confirmatur morte, etiamſi non interueniat traditio, ſecundùm Bald. *in l ſi mor. cau. C. ad leg. Fal.* & eſt ratio, quia iſta donatio habet vim & effectum vltimæ voluntatis, vt not. *in l. 2. ff. de lega.* 1. & *in ſi ff. de don. cauſ. mor.* ſed in vltima voluntate non requiritur traditio de neceſſitate, niſi teſtator velit ſpontè ſoluere in vita legatario, text. eſt ſingul. *in l. Lucius. ff. de lega.* 2. ſecùs autem, ſi ſimplici promiſſione facta ſit talis donatio filio: quia ad hoc vt confirmetur morte, requiritur traditio, vt *l. Papinianus. ff. de don. inter vir. & vxor. argum.* de illa donatione, de qua ibi ad iſtam & argum. eſt bonum, & huiuſmodi fallentias ſeu caſus, in quibus valet donatio facta à patre filio, ponit Dom. Lanfranc. de Oria. de Brixia *in l. ſi donationem. C. de coll.* vbi vide per eum.

ADDITIO.

a Vndecimò fallit. *Vide Corn.* in conſil. 152. incip. ad euidentiam, in princip. in 3. parte. & in conſil. 79. incip. licet. per totum. *&* in conſil. 144. incip. licet. per totum. *&* in conſil. 175. incip. tria, in litera D. in 2. part. *& eundem Dom. Bart. Socin.* in conſil. 91. incip. viſò, verſic. ſed pacto, circa med. in 1. parte. *Benedict. Vad.*

REGVLA CXLI.

Donatio inter virum & vxorem prohibita

eſt *b*,

eſt b. *vt in toto tit. ff. de donat. inter virum & vxo.* & *in c. donat. extrà, eodem tit.* etiamſi traditio interueniat; vt eſt text. *in l. 3. in §. ſciendum. ff. eodem tit.*

ADDITIO.

b Eſt. *Vide Dom. Pet. Phil. Corn.* in conſil. 104. in litera A. in 2. par. & in conſ. 257. incip. permitto, in litera M. in 3. part. *Benedict. Vad.*

Primo fallit, vbicunque coniuges faciunt ſibi inuicem donationem reciprocam, videlicet ſi contingat alterum præmori, alter ſuperſtes habeat bona ſua: & tunc propter dubium euentum valebit donatio, vt probatur *in l. pater puellæ. C. de inoffic. teſtam.* & hoc ſingul. not. quod Docto. ibi ſequuntur, pro hoc vide bonam gloſſ. *in l. licet, in verbo, inter priuatos, in fi. C. de pact.* & probatur *in l. quod autem. §. ſi vir ff. de dona. inter virum & vxor.* & hoc etiam tenet Ludouic. Roman. *in ſuo ſingu. quod incipit, prohibiti inter ſe donare.* vbi ponit regulam generalem, quòd prohibiti inter ſe donare non intelliguntur, qui ſibi faciunt donationem reciprocam. & iſta limitatio debet procedere, quando donatio vnius ſequitur donationem alterius incontinenti: ſecùs, ſi ex interuallo: quia tunc etiã donatio reciproca eſſet inualida, vt eſt tex. ſingul. *in l. quæ vir. nuptæ. ff. de donat. inter vir. & vxor.* ſecundùm Ludouic. Roma. *in d. ſingul.* vbi ſubdit per illum text. quòd ſi ego donaſſem vxori meæ hodie mille, & poſteà hinc ad annum ipſa donaſſet mihi fundum, vtraq; donatio eſſet inualida. ita debet intelligi dicta limitatio: & adde, q; talis donatio mutua non intelligitur prohibita, ſi dicatur, quòd ſit donatio inter viuos, & non poſſet reuocari, ſecundùm tex. *in l. vbi ita donn. de don. cauſ. mort.* nam talis donatio erit valida, & non indiget confirmatione: & per conſequens non interueniente traditio-

N

ditione etiam poſt mortem bona pertineant. ita-no intelligit Paul. de Caſtr. declarando Cyn. *in d. l. pater puellæ, in fin.* ſed aduerte, quia hoc vltimum non videtur verum: nam videtur quòd imò non valeat donatio etiam mutua, nec etiam morte confirmatur, niſi ambobus ſimul decedentibus, vel quando aliter confirmatur illa, quæ eſt facta ſuperuiuenti, vt eſt caſus de vtroque *in l. cùm hic ſtatus §. ambo. ff de donat. inter virum & vxor.* ibi, cùm ſimul deceſſerint. & in verſi. perinde. ibi, vtranq; donationem valere. & ibi, ſimul deceſſerunt. & ibi, quia vltraque alterius, à contrario ſenſu, ſi alter ſuperuixiſſet, forſitan voluiſſet nõ valere.

Secundò fallitc, quando fuiſſet facta donatio, cum iuramento: nam per tale iuramentum videtur validari dona. ita tenet Bart. *in d. l. ſi quis pro eo ff. de fidei iuſſ. in fi.* & *in l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Falcid.* & iſta fuit opin. originalis Gul. de Cun. *in l. ſed ſi poſſeſſori, in §. itẽ ſi iurauero ff. de iureiur.* & iſtam opinionem tenet Io. de Imol. *in l. ſi quis inquilinos. ff de legat.* 1. qui dicit ſe ita conſuluiſſe. ſed contrarium tenuit idem Bar. *in l. 1. fi. de dona. inter vir. & vxor.* & *in l cũ quis decedẽs. §. filia. ff de leg* 3. licèt Bart. *in d. §. Titia.* loquatur de iuramento aſſertorio. tamen ſatis tenet idem in iuramento confirmatorio, dum dicit, quòd coniunx non eſt capax donationis cum iuramento. ſed Anto. de But. *in d. c. cùm contingat, in pen. extr. de iureiur.* tenet quòd iuramentum non firmat contractum, ſed ſolùm claudit os iurantis. quæ opinio communiter tenetur, quòd iuramentum firmet contractum. quod tenet Archid. & Io. Andre. *in c. 2. de pact. in 6. ibi. ſuper verbo firmatum.* dicit enim, quòd iuramentum dat robur pacto, & non ſimpliciter claudit os iurantis. & idem ſentit gloſſ. *in d. c. 2.* quæ dicit, quòd pactum valet propter iuramentum. & idem tenet ibid. Dom. & Ioa. de Lign. & Io. Cald. *in præalleg. c. cum contingat.* & hanc opinionem, quæ eſt in multis locis illius c. dicunt eſſe communem opinio. & dicunt, quòd eſt attendenda in iudicando, & probatur *in c. 2. de pact.* vbi

text.

text dicit, quòd pacta debēt omninò ſeruari propter iuramentū. & hāc opin. tenet omninò Feder. de Senis *in conſil* 14. *de materia* vide etiam per Bald. *in l.* 1. *C. de ſacroſan. eccleſ.* & per omnes Doct. *in c. donatio, de donn. inter virum & vxor.* & *in d. c. cùm contingat, de iureiur.* & *d. c.* 2. *de pact. libr.* 6. ſed limitari poteſt d. regula, vbicunque facta donatione moueatur lis de dicta donatione, & ille, cui donatum eſt, alienet iuſta cauſa, quæ ſufficiat ad donationem validandam, & donans non opponat illam exceptionem in contrarium. & ſic pronuncietur donationem valere, & donatarius abſoluatur: quia tunc ſi donans vellet poſteà conuenire donatarium, remoueri poterit exceptione rei iudicatæ, vt eſt caſus valdè not. cum glo. *in l. ſponſus, in* §. *ſi vxor vel maritus. ff. de do. int. vir. & vx.* facit *l.* 3. §. *item quæri poteſt. ff. de reb. eorum, qui.* & *quod ibi not.* ſed ſi pronuncietur per iudicem ſine aliqua iuſta cauſa donationem valere, ſententia eſſet ipſo iure nulla. *l.* 3. §. *ſciendum, eodem tit. not. ſingu. in d.* §. *ſi vxor vel maritus.* ſed aduerte, quia videtur quod iſta limitatio non ſit bona, quia licèt ſententia valeret & obſtaret exceptio rei iudicatæ, & videatur impedire petitionem ſoluti, *vt l. Iulia.* & *l. iudex. ff. de condit.* & *demonſtrat.* tamen dico, quod ſolutum poteſt condict. indebiti repeti: *quia d. l. Iulianus.* & *l. iudex.* non procedunt in ſententia, pro eo quòd vni ex litigiatoribus donare prohibetur. caſus eſt *in d.* §. *ſi vxor vel maritus.* ſecundùm Bal. *in l. cùm allegas. C. de vſur.* & Lud. de Rom. *in ſuo ſingul.* 311. *quod incip. tu ſcis, quòd donatio.* item ſi poſſet probari, quod illa etiam fuiſſet facta in dicta ſententia, non valeret. *vt l. cùm hi,* §. *ſi cùm lis.* & *ibi not. ff. de tranſact.*

ADDITIO.

a Secundò fallit. *Vide Dom. Alexan. de Imo.* in cōſil. 8. per totū in 2. par. & in cōſ. 154. in 6. col. in 2. parte. & *Do. Pet. Phil. Corn.* in cōſ. 104. in litera 1. in 2. par. & in cōſ. 41. in litera A. circa fin. in 3.

par. *& quòd per eum etiam* in conſil. 154. incip. videtur, per totum. *&* in conſil. 24. in litera B. *Abb.* in conſil. 48. *& Ludou. Roman.* in conſil. 284. *& Paul. de Caſt.* conſ. 98. *Benedict. Vad.*

REGVLA CXLII.

Donatio inter virum & vxorem regulariter morte mariti confirmatur *d. l. ſed interim, in princip. ff. de dona. inter virum & vxor. cum concord.*

ADDITIO.

d Confirmatur *Adde Dom. Pet. Phil. Corn.* in cõſ. 124. incip. licet. in litera A. in 4. parte.

Primò fallit, vbicunque maritus non tradidiſſet ante mortem, ſed tantùm reliquiſſet: quia talis donatio morte mariti non confirmatur, vt eſt glo. not. reputata ſingul. *in l. Papinianus ff. de donat inter virum & vxor.*

REGVLA CXLIII.

Donatio propter nuptias inæqualis dotis & pacta de lucro dotis vel donationis inæqualia non valent, cùm æqualia eſſe debeant, vt habetur *in Authent. de æqual. do. in princip.* & *in l. ex morte, cum Authen. ibi poſita* C. *de pac. conuen.* & *Inſtit. de donat. in* § *. eſt & aliud.* & *in c. donatio, extrà, de don. inter vir. & vxor.*

Primò fallit, quando huiuſmodi donationes fierent antequàm contrahatur matrimonium per verba de præſenti: quia tunc tales donationes etiam inæquales, benè valerẽt. & eſt ratio: quia pacta inæqualia ſunt prohibita conſtante matrimonio, quia ſapiunt donationẽ, quæ eſt prohibita, ne mutuo amore ſe ſpo-

ſeſpoliat, *vt in l.1.ff.de donat. inter virum & vxor.* quæ ratio ceſſat ante matrimonium contractum. Et iſta eſt doctrina ſingularis Innocen. *in d. c. donat.* quam ſequitur ibi Anton. de Butr. & Angel. facit magnum feſtum *in d.l. ex morte.* quem benè not. quia nunc de facto.

REGVLA CXLIIII.

DONATIO facta pauperibus non valet, niſi quis ibi præſens ſit pro eis donationes recipiat, tenet gloſſ. & Bartol. *in l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

Primò fallit, niſi eſſet interpoſitum iuramentum: quia tunc valebit donatio, dato, quòd nullus recipiat pro eis, & iurans compellitur ad obſeruantiam iuramenti. ita tenent Ant. de Butr. & Dom. Abb. *in c. ſicut. el. 2. de iureiur.*

Secundò fallit, vbicunque eſſet expreſſa cauſa, putà, propter maximam penuriam victualium, quæ foret, dono pauperibus centum. nam tunc tenet donatio, licèt nullus ſit qui recipiat pro pauperibus, ita tenet Ioan. Andr. *in Specul. in titu. de inſtrum. edi. §. nunc verò aliqua, in 8. char. in verſic. ſed an pauper.* & videas quę not. Innoc. *in c. ex parte, de cenſi.*

REGVLA CXLV.

DONATIO omnium bonorum præſentium & futurorum, regulariter *e* non valet.

ADDITIO.

e Non valet. *Limita etiam hanc regulam, vt per Felin.* in c. præſentia, in 3. col. verſ. in text. ibi vide vniuerſ. de probat. *& quare non valeat, vide Do. Pet. Philip.* Corn. in conſil. 9. incip. quanquàm, in litera P. in ſecunda parte.

Primò fallit, vbicunque aliquis donaſſet omnia ſua bona mobilia & immobilia, præſentia, & futura.

nam illa dictio, immobilia facit, quòd iura & actiones non includuntur *l. cùm tutorum. ff. de pecul.* propterea valebit, quia poterit de illis teſtari. ita not. tenuit Bald. conſulendo *in conſil. quod incip. Naphydus.*

Secundò fallit, vbicunque quis donaſſet omnia bona ſua præſentia & futura vbicunque exiſtentia: nam tunc propter illa verba exiſtentia, non venirent iura & actiones, quæ non dicuntur eſſe in loco, ex quo ſunt incorporalia, *vt l. Caius, in princip. de legat.* 2. & ita conſulendo tenuit Bald. *in conſil. quod incipit, ſuper primo.* quòd eſt valdè notandum. idem ſi dixiſſet, quicquid Peruſij habeo, per dicta iura. pro quo facit text. *in l. fin. C. de donat.* & ita tenuit Bald. *in l. 1. ff. de ſtatu homin.*

Tertiò fallit, vbi quis donaſſet omnia ſua bona præſentia & futura, reſeruato ſibi vſufructu, vt not. Mod. *in l. fin. C. de pact.*

Quartò fallit, vbicunque talis donatio eſſet in fauorem Eccleſiæ, vt tenuit Bal. *in l. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ. in vlt. colum.* vbi dicit eſſe caſum *in l. iubemus, in princip. eod. tit.* pro quo facit text. *in Authen. de non alie in §. minus.* & ita etiam tenuit Dom. Abb. *in c. cùm dilectus, de ſucceſſ. ab inteſt.* licèt Ang. teneat contrarium in diſputatione ſua, *incip. in refulgenti palatio.* & *in l. pactum. C. de pact.*

Quintò fallit, quando donatio facta eſſet per maritum vxori, vel per patrem filio in poteſtate, & eſſet morte confirmata, iuxta *l. donatio. C. de donat.* & *in l. Papinianus. ff. eodem titul.* nam tunc cùm habeat vim relicti, detrahitur Falcidia, *vt in l. donatio. C. ad leg. Falcid.* & not. gloſſ. 3. *in Authent. ex teſtamento. C. de collat.* neque repugnat aliqua ex rationibus, quæ ſuadet donationem, de qua in propoſito, non valere. ita conſulendo tenuit Cy. *in conſil. quod incipit, quicquid dicant.* & eſt de mente Doctor. *in d. l. final. C. de pactis.*

Sextò fallit dicta regula, vbicunque quis non donaſſet

naſſet expreſsè omnia bona ſua præſentia & futura, ſed donaſſet maximam ſummam excedentem valorem patrimonij, putà mille millia ducatorum. nam licèt non ſufficiant præſentia & futura ad hanc donationem implendam, tamen valet: quia tunc præſumitur in futurum lucrari, *l. fin § deficit, C. arbit. tute.* & ideò propterea toleratur dicta donatio. vt tenuit Fulgoſ. *in d. l. fin. C. de pact.* pro quo facit quod ſingulariter tenuit Azo *in Rubr. eodem tit.*

REGVLA CXLVI.

DONATIO facta per patrem filio ob benè merita, non valet, niſi benè merita probentur. Bar. in *l. frater à fratre, in fi. de condict. indeb.*

Primò fallit, niſi pater exprimeret benè merita cum iuramento: quia tunc filij vel alij hæredes patris tenerentur ſtare tali aſſertioni, *per Authen. quod obtinet. C. de probatio.* de quo tamen vide per Bald. & Alexand. *in l. ſi donatione. C. de donationib.*

Secundò fallit, niſi pater exprimeret ſpecificè benemerita ipſius filii, probatur *in l. Aquilius regu'us. cum gloſſ. ff. de donationib.* ſequitur Bald. *in l. illud. C. de ſacroſan. eccl.* & Paul. de Caſtr. *in conſ.* 103. *incip. D. Vbertus.*

Tertiò fallit, ſecundùm Salicet. *in l. filia. C. de famil. erciſc.* vbi dicit, quòd non ſtaretur aſſertioni patris, quoad alios, ſed tantùm quoad ipſum patrem.

REGVLA CXLVII.

DOTIS cauſa inter plura priuilegia, quæ habet, illud eſt quod alijs creditoribus præferatur: licèt contractus præcedens tèmpore aliam tacitam hypothecam habeat: ſecùs tamen, ſi expreſſam. *l. aſsiduis. C. qui pot. in pig. hab.*

Primò fallit, ſi dos eſt tantùm confeſſata, vt eſt gloſſ. *in*

in d.l aſſiduis.C.qui pot. in pig.hab in verb.data. & de dictis priuilegijs plenè *ff. ſolut. matrimon. in* 1. ſed ſuper hoc paſſu d. gloſſ. non aduertendo quod ſunt tria, quæ poſſunt eſſe rationes. nam poteſt conſiderari prima ratio, videlicet præſumptæ ſimulationis, quæ præſumitur ex eo, quia confeſſio eſt facta inter perſonas prohibitas. *l. qui teſtium ff. de probat. l. ſi forte. ff. de Caſtren. pecu. l. ſi donat. C. de collat. cum ſimilib.* Ratio ſecunda eſt, quia *d. l. aſſiduis*, exorbitat a regula communi, & ius ſtrictè intelligit, in quo caſu non ſequitur, dotem verè traditam. Ratio tertia eſt, quam poſuit Bal. *in l. cum aliquis. C. de iure delib.* quia priuilegium prælationis datur actione ex ſtipulatu, & nõ eſt indultum conditioni ex l. per quam dictionem petitur dos confeſſata, quam rationem infert & ſequitur Card. & Petr. de Ancha. *in c. ex literis, extra, de pignor.* his ergo rationibus ſic præmiſſis, & in medium adductis, poſſunt confidentius inferri illationes. vt gloſſ. *in d. l, aſſiduis.* vbi vide.

Primo limita hoc non procedere, ſi eſſet tali exceptioni nullitatis dotis renunciatum, vel eſſent tranſacta tempora ad opponendum, de quibus in Authent. quod locum. ſed caue, quia tantum habet locum *d. l. aſſiduis.* non autem *d. glo.* & hoc voluit Bart. & alij Docto. *in d. l.* & Angel. *in d. gl. & in l. ſi quis. C. de bon. proſcrip.* ideò creditores pro ſuo intereſſe poſſunt opponere, quod dos non fuit ſoluta ipſi marito. Idem voluit Ioan. de Imo. *in d. c. ex literis.* & regula, damnum, *de regu. iur. in 6.* & quia in rebus dubijs fauetur doti. *l. in ambiguis, de reg. iur.* & not. *in c. fin. extra, de re iudi.* licet Ioan. de Imol. dicat hoc procedere, quando alter creditor prætenderet ſolam confeſſionem: & alter hic non. & benedicit, licet prima facie videatur contra id, quod eſt dictum de non num. pecu. per *l. dolo. §. diuerſum. ff. de no.* cum ſimil. tamen procedit etiam fauore dotis per illam l. in ambiguis. & hoc caſu ſi rectè conſiderat, non habet locum aliqua ex dictis rationibus: quia ceſſat præſumpta ſimulatio & ceſſat ratio

ex or-

ex ordinatione. item ceſſat ratio Baldi *in d. l. cùm aliquis*. quia cenſetur dos verè tradita, & omnis effectus priuilegiatus debet ſubeſſe, & hæc prima limitatio.

Secundò limitatio eſt ad gloſſ. prædictam *d. l. aſſiduus*. quia ſi vir eſt longè ignobilis, licèt confiteatur dotem: tamen habet priuilegium prælationis, ſecundùm Bald. *in l. ſi voluntatis. C. de dot. promiſſ.* & illum textum habetis *in l. creditor.* §. 1. & not. *in l. ſi ſtipulatus fuero ſiſti.* §. *ſi tibi nupſero ff. de verbor. obligat.* dummodò non fiat ſimul confeſſio, vt ibi per eum, quia dos habetur pro tradita, nec poteſt opponi exceptio ante numerationem dotis, quod not. ſecundùm Bartol. & Baldum *in l.* 1. *C. de donatio. ante nupt.* & procedit hæc ſecunda limitatio ſimiliter, quia nulla ex dictis quatuor rationibus impedientibus ſubeſt.

Tertia limitatio eſt, quia illa glo. habet locum, quando confeſſio dotis fit à marito ſpe futuræ numerationis: quia tunc verum eſt, quòd dos non eſt reipſa tradita: ſed ſi confeſſio fuit tradita animo donandi, quod præſumitur quando fit inter partes: ſecùs, quando confertur in tempus matrimonij propter cauſam dotis: quia tunc viro præmoriente confirmatur: donatio: quia videtur tradita mulieri à viro ſub ſponſalibus. *l. licet.* §. 1. *de iure dot.* & *l. ſingularia. ff. ſi certum pet. coniuncta l. Papinian. ff. de donat. inter virum & vxor.* & iſto caſu non habet locum *d. gloſſ. in l. aſſiduus.* imò mulier haberet ex cauſa dotis in hac donatione priuilegium prælationis, per illum text. ad hoc facit *l. ab Anaſtaſio. ibi, re ipſa tradiderit. C. manda.* & ibi text. dicit, quòd quando eſt confeſſio facta cauſa donationis in totum habetur & ſortitur vim & effectum, ſicut pro precio vero interueniente.

Quarta limitatio eſt, niſi ex alijs coniecturis appareat de vera numeratione dotis, vt quia vir exhibuit alimenta vxori tanquàm debita, ſecundùm Bald. *in Rubr. de priuileg. dot. C.* alleg. *l. cùm de in rem verſo. ff. de vſu.*

& *l. vlt. C. de non num. pecu.* quia coniecturæ habentur pro aliquibus probationibus.tene menti.

Quinta limitatio eſt, niſi ſtatutum diceret, quod inſtrumētum confeſſionis dotis habeat vim rei iudicatæ: nam ex hoc ſequitur, quod ab initio habetur pro veritate. *l 1. ff de re iudic.* & *l res iudicata. ff de regul. iur.* ſecundum Bald. *in d. Rubr.* & hoc ipſe voluit. *in l. ſi. C. de ſponſal.* & idem conſuluit Azo *conſil quod incip. ſtatu. ciuitatis noſtræ Flor. cauetur. & eſt in lib. 4. conſil. 57. in ordine meorum.*

Sexta limitatio eſt, niſi alij creditores ſimili modo nominātur ex confeſſione: quia tunc cæteris paribus mulier præfertur reſpectu confeſſionis dotis, *per l. aſſiduis, præalleg.* iuncta *l. in ambiguis, de iur dot.* & *l. in ambiguis, de reg. iur.* ſed hoc intelligo, niſi alius creditor vtatur confeſſione viri lapſu temporis dati ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ, *vt l. ſi ex cautionibus, eodem titul* poteſt enim eſſe, quòd incurrat ratio in tali debito, ſicut in dote, iuxta *d. Authent. quod locum.* & idem ſi vſus ſit in caſu, quo non poſſet opponi except. non numeratæ pecuniæ.

Septima limitatio eſt, *in d. gloſſ in l. aſſiduis.* & colligi poteſt ex verbis Dom. Paul. de Caſtr. *in l. 1. ff. ſolut. matrimon* videlicet, quando alij creditores erant priores tempore, tantum non habentes expreſſam hypothecam, & maritus confeſſus fuit dotem ante contractum matrimonium: quia tunc non præſumitur facta in fraudem creditorum confeſſio, vt tenet Cyn. *in Authent. ſed iam neceſſe, de donat. ante nup.* ſecundum ipſum. ſed hoc videtur dubium: quia talis confeſſio confert effectum ſuum in tempus prohibitum, videlicet matrimonij, *l. quod ſponſa, eodem tit* ideò videntur ſubeſſe rationes impeditiuæ, de quibus ſuprà dixi

Octaua limitatio eſt, quando fuit facta confeſſio conſtante matrimonio, tamen promiſſio dotis fuit facta prius: nam tunc non præſumitur facta in fraudem, nec habet locum exceptio non numeratæ dotis, vt eſt caſus *in l. vltim. §. 1. C. de non numerata pecunia.* & not. gloſſ.

gloſſ. *in l. fina. de do. cau.* & expreſſè Ioan. *in addit. Specul. de donatio inter virum & vxor. in §.* quod etiam tenet Paul. de Caſtr. *in d. l. 1. ff ſol. matrim.* vbi etiam dicit idem quod ſuprà dictum eſt, quando tranſierunt tempora conceſſa per *illam Authentic. quod locum.* quod poteſt etiam procedere in alio caſu, videlicet, quando creditores contraxiſſent cum marito poſt confeſſionem factam de dote recuperanda: quia tanquam ſua confeſſione, affectus contraxit cum alijs perſonis, nota. *in l. præſes. C. de pignor.* ſed aduerte, quia licet hoc ſit verum, tamen quod ſupra dictum eſt, quod tetigit Barto. *in d. l. 1. ff ſol matr.* procedit in alijs terminis, videlicet, quando alius creditor prius contraxit ante confeſſionem mariti.

Nona limitatio *d. gloſſ. in l. aſſiduis.* eſt, quia procedit, quando priores creditores concurrunt cum ipſa muliere: aliâs ipſa mulier potiretur ſuo priuilegio prælationis, quod etiam voluit Ludo. de Roman. *in d. l. 1.* per textum *in l. ſi cui. C. de non numer. pecun.* & *in l. ſi quis primus. C. de bo. proſcript.* extra dictas limita. habet locum gloſſ. prædict. *in d. l. aſſiduis.* quæ loquitur de dote confeſſata. & nota prædicta: quia nullus tradit ita perfectè.

De litera E.

REGVLA CXLVIII.

ECCLESIÆ res abſque ſolennitate regulariter alienari non poſſunt *a*, *Auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & *in c. 1. extrà. de rebus eccleſ. non alienan.* & *in Clement. 1. eodem titul. cum ſimilibus.*

ADDI-

ceſſaria, *& quæ voluntaria, vide* Do. *Alex. de Imo.* in conſil. 55. in 3. colum. *Benedict. Vad.*

Quarto fallit, quando alienantur res, quas Eccleſia minus iuſtè detinet, vt videtur velle Bald. *in Authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & habetur per Ioan. Andr. *in c. nulli liceat, de rebus eccleſ. non alienan.* & not. *in c. eum qui, de præbend.*

Quinto limitatur, quando alienantur res paruæ, & parui commodi: quia tunc per prælatum ſine congregatione Capituli poterunt alienari, vt eſt text. not. 12. *quæſt. 2. ferula.* de quo latè per Ioan. Andre. *in regula, qui habet. in mercurial.* & not. Angel. *in tit. de alienat. & emphyt. in § nec etiam, in fin.*

Sexto fallit, quando alienantur res, quæ nondum cenſentur eſſe in bonis Eccleſ. vt ſunt illæ, quæ præſcribuntur, vt not. *in c. fin. de reſcript.* vel illæ quæ nondum ſunt incorporatæ, vt ſunt res Eccleſiæ legatæ nondum traditæ, quas prælatus ſine licentia ſuperioris repudiare poteſt, etiamſi ſint res immobiles, vt conſuluit Federicus de Senis *conſil. 98. per l. ſi ſponſus. §. 1. ff. de donat. inter virum & vxor.* ad quod facit quod not. Ioan. Andre. *in c. cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt à prælat.* quod etiam videtur tenere Lapus *in ſua allegatione 26. circa finem.* vbi dixit, quod prælatus poteſt repudiare legatum ſeu hæreditatem ſibi relictam etiam ſine licentia ſuperioris: licet contrarium tenuit Petrus de Anchar. *in d. c. 1. de reb. eccleſ. non alienan. per l. magis puto. §. 2. ff. de rebus eor.* & per alias rationes, de quibus ibi per eum. & item tenuit Ioan. And. Cal. *in c. cum contingit, de ſent. excommunic.* vbi plus tenuit, quæ prælatus ſine licentia ſui Capituli, & ſine alijs ſolennitatibus non poteſt repudiare legatum nec hæreditatem, ſicut nec aliena re: de qua tamen materia habetur per Bald. *in l. ſi pupillorum ff. de rebus eor. & in Authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & per Oldrad. *in conſil. 9.* & *in l. legatum. ff. de legat. 1.* & *in d. c. magis puto §. fundum, ff. de rebus eor.* & *per Canon. in c. tua nos de reb. eccl. non alien.*

REGV-

REGVLA CXLIX.

EDERE Actori inſtrumentum vel libello Reus regulariter nõ tenetur, text. eſt *in c.1. extrà, de probat.* & *l. qui accuſare. C. de eden. & per Docto in l.1.§.1. & 2. ff. eod. tit.*

ADDITIO.

c Cap.1. *Vbi not. & copioſè vide Felin.* circa fin. 3. col. in verſ. vltimò not. cum plur. ſeq.

Primo fallit, quãdo ipſe Reus erat eius vſufructuarius: cùm tũc teneatur edere, *l. 1. ff. de edend.* ad hoc glo. *in d. c. 1. extrà, de probat.* ſaltem quatenùs eſt vſufructuarius. ad hoc *c. contingit, extrà, de fide inſtrum.* & *c. in perſonam, de priuileg. in 6 ſecundùm Dom. Nicol.*

Secundo fallit, quando ipſe Actor peteret à Reo inſtrumenta vel libros edi, non ad fundandam vel probandam intentionem, ſed coadiuuandam: vt ſi Actor petat à Reo ex cauſa venditionis, vt producat inſtrumentum, adeo quod non ſit dubium de ipſa venditione, ſed de confinibus, & dicit Reum habere inſtrumentum: cùm tunc ipſe Reus teneatur edere inſtrumentum etiamſi ſit inſtrumentum proprium, ad hoc *l. cùm concubinam. §. qui ita.* & *l. ex præſidijs. §. penul ff. de leg. 2.* & hoc tenuit Bartol *in d. l. 1. §. edenda.* & communiter tenetur per Moder. *in c. 1. de probat.*

Tertio fallit, quando ipſe Actor peteret inſtrumenta edi ad probandam ſuam replicationem, vt eſt, ſi legatarius petat ſuum legatum ab hærede, qui excipit, quod hæreditas ſoluendo non eſt: contra quem Actor replicat, quòd imo eſt ſoluendo, vt apparet ex inuentario: nam ſicut Actor edere Reo in replicationem fundandam & probandam, ita & Reus ad replicationem ſuam fundandam Actori edere tenetur: cùm replicatio ſit quędam exceptio. *l. 2. ff. de excep.* & ita communiter

niter tenetur *in d.l.1. & per nota. in d.c.1. de probatio.*

Quarto fallit in fiſco, cui qualitercunque agat, tenetur Reus edere propria inſtrumenta ad eius intentionem probandam, ſeu fundandam. *l. Senatus cenſuit. ff. de eden. & in. l. in fraudem. §. ex his bonis. & ſequen. ff. de iu. fiſ.* quod procedat in cauſa ciuili. in cauſa criminali aliud eſt: quia non cogitur, cum valde durum eſſet in cauſa criminali exigere probationem de domo Rei. ad hoc tex. *in d.l.2. §. diuus. ff de iur. fiſ.* ſecundum lect. quam approbat ibi Bart. circa quæ vide in *d. l. in fraudem. §. neque.*

Quintò fallit in cauſa matrimoniali, in qua Reus cogitur edere ipſi Actori inſtrumentum proprium, ſicut & fiſco, vt voluit Ioan. Andre. *in d. c. 1. de probatio.* remittens ad notata per eum *in additio. Speculat. in titul. de inſtrumen. edi §. videndum, verſic. ex præmiſſis, ad fin.* vbi hoc dicit fuiſſe diſputando determinatum. nam ſi ſpeciale eſt in fiſco, fortiùs in cauſa matrimoniali, in qua ſunt multa ſpecialia, & maximè propter periculum animæ, quod eſt notandum ſecundùm Nico. *in d. c. 1.*

Sextò fallit in Eccleſia, cui ſimiliter qualitercunque agat, cogetur ipſe Reus edere etiam proprium inſtrumentum, ſicut & fiſco: cùm ſit magis priuilegiata Eccleſia, quàm fiſcus. ad hoc not. *extrà, de iudi. c. venerabilis & c. fin. & c. 1. extr. de reſtitut. in integr.* ſecundum Dom. Nicol. qui poſt Dom. Anton. dicit idem eſſe in hoſpitalibus, & alijs fauorabilibus, ſicut dotibus, alimentis, legatis. & legat. ad pias cauſas, ſaltem vbi non adeſt copia probationum.

Septimo fallit, quando peteretur à Reo edi inſtrumentum propriũ ipſius Actoris apud ipſum Reum exiſtens. nam tunc ſine dubio tenetur edere & exhibere: cum ab eo poſſit vendicari, & contra eum agi ad exhibendum. *l. 1. & 3. §. fi. ff ad exhiben. & l. fi. C. ad exhiben.*

Octauo fallit, quando talia inſtrumenta vel libri rationũ eſſent cõmunes ipſi Actori & Reo ratione proprieta-

prietatis, vt quia ambo ſunt hæredes illius cuius erat, vel eis fuerunt pariter donata a lege, vel pecunia communi empta, vel alio modo acquiſita, ita quòd ad proprietatem ſint communes: & tunc ipſe Reus tenetur edere *l. ſequitur. ff. famil erciſc.* & not. *extrà, de fid. inſtrum. c. perpetuus.* & ita communiter tenetur.

Nonò fallit, quando talia inſtrumenta vel libri rationum eſſent communes non reſpectu proprietatis, ſed ex natura negotij: vt quia proceſſerit aliquis contractus vel quaſi, cuius ratione ſunt conferentes, vt putà, ſi ſint confecti à tutore, curatore vel procuratore conſtituto: cùm ipſe teneatur tales libros & inſtrumenta edere. *l. quadam. ff. de edend.*

Decimò fallit, quando talia inſtrumenta eſſent cõmunia propter materiã in eis contentam, vt inſtrumentum emptionis & venditionis, nam ſi reperiantur apud partem, tenetur ea edere, ſi ſint originalia, *vt c. quoniam, extrà, de probat.* & *d. c. perpetuus.* ſecùs, ſi non ſint originalia, ſed extracta ſeu explanata, & propriis pecunijs redempta, cùm talia ipſe regulariter non teneatur exhibere, vt ſuprà patet.

Vndecimò fallit in eo, qui ratione publici officij inſtrumenta ſeu libros confeciſſet, vt tabellio vel argentarius de publico electus: cùm talis cogatur edere cuilibet prætendenti vtilitatem. *l. prætor ait. ff. de eden.* & *l. argentarius.* ſecundùm Imo. *in d. c. 1. de probat.* quod etiam ibidem voluit Ioan. Andre. imò & plus eſt, quia ſi aliquis non ſit electus ex publico ad officium, ſed exerceat publicè aliquam artem, & ex conſuetudine in publico libros conficiat, tenebitur edere ipſos libros: cum ratione conſuetudinis videatur hoc mandatum. & hoc voluit Iacob. Butrig. *in l. 1.* & Bartol. *in d. l. quadam. ff. de eden.* quorum dicta procedere poſſunt ſecundùm Dom. Nico. *in d. c. 1. extrà, de proba.* ad hoc *l. ſi quis argentarijs. §. pertinere. ff de eden.*

Duodecimò fallit in vſurario, qui tenetur edere libros ſuarum rationum, vt eſt text. expreſſus in *Clement. de vſur.* vbi gloſſ. tenet, quod procedat etiamſi non

publi-

publicè exercuit vſuras, vt voluit Flor. *in d. c. 1. de prob.* & communiter tenetur ad hoc quòd not. *in l. 1. c. de eden.* vbi de hoc Bartol.

Decimotertiò fallit, quando ille, à quo petitur editio, deputatus eſſet ad cuſtodiendum inſtrumenta publica: cùm talis teneatur exhibere cuicunque prætendent intereſſe, etiam contra ipſum cuſtodem, *extrà, de præſcript. c. ad audientiam. C. de fide inſtrumen. Authen. ad hæc.* ſecùs autem, ſi eſſet deputatus ad cuſtodiendum inſtrumenta priuata, id eſt, eius Principis, vt eſt caſus in *d. c. 1. de probat. coniuncta gloſſ.* 1. ſecundùm Imo. ſed certè hoc non probatur ibi, cùm non peteretur à cuſtode, ſed à Principe; nec ipſos cuſtos teneretur inſtrumenta edere contra ipſum Principem vel fiſcum, etiam ſi ſint libri Imperiales vel fiſcales: niſi in defectum probationis, vt voluit Ioan. Andr. *in c. 1. extrà, de proba.* poſt Imol. *in l. 3. ff. de eden.*

Quartodecimò fallit, quando fuiſſet magna cauſa, ſecundùm Innocent. *in d. c. 1.* prout eſt ſecundùm Dom. Anto. ibidem, quando debitor fortè perdidiſſet inſtrumentum ſuum, & originale Tabellionis eſſet deperditum caſu vel incendio: cùm tunc iudex ex officio ſuo cogere poſſit ad edendum inſtrumentum per eum redactum, ne veritas pereat, argument. *l. 2. C. de edend.* & 30. *quæſt. 5.* iudicantem, ſecundùm Imo. *in d. c. 1.* quod etiam eſt de mente Innoc. & Ioan. Andr. & not. ad hoc Domini de Rota *in deciſ.* 220. *quæ incip. item licet pars.* vbi etiam videntur velle, quòd ſufficiat Actorem probare ſe non poſſe aliundè habere inſtrumentum, argum. *l. licèt theſaurus. ff. ad exhiben.* tutiùs tamen eſſet tenere dictum Innoc. quia aliâs poſſet concludi diſpoſitio huius *c. 1. de prob.* & ſimilium, contra *c. commiſſum. § porrò, de elect. in 6.* ſecundùm Innocen. *in d. c. 1.* vbi latiùs vide per eum.

REGVLA CL.

Edere inſtrumentum ante litem conteſtatã

teneturActor, ſi in libello de eo mentionem faciat *a,c.1.&ibi per Doctores, extrà, de probationibus.*

ADDITIO.

a Faciat. *Adde Feder.de Senis* in conſil. 111.

Primò fallit, quando non teneat illud inſtrumentum in præſenti, nec de facili haberi poteſt: cùm tunc poſſit ad vlteriora procedi, licèt non exhibeatur, vt voluit Ioàn. Andre. poſt Inno. *in d.c* 1. & ita tranſeunt cõmuniter Docto. ibi, quod clariùs voluit Lap. *in allegat.* 10. & Dom. de Rota *in deciſ.* 32. *qua incip. item ſi in libello.* vbi pleniùs de hoc.

Secundò fallit, quando de tali inſtrumento ipſe Reus veriſimiliter eſſet informatus: vt eſt, ſi legatarius petat ab hærede legatum, prout continetur in tali inſtrumento per manum Notarij confecto: cùm tunc eidem hęredi non debeat edi, cùm veriſimiliter copia ſit apud ipſum hæredem, *vt d.l.*2.

Tertiò fallit, quando ipſe Actor in ipſo libello faceret mentionem de aliquo inſtrumento, non tamen limitatiuè, prout etiamſi diceret quòd talis vendidit ſibi talem rem pro tanto pretio, & quòd de hoc eſt rogatus talis Notarius: cùm tunc non teneatur edere ante lit. conteſt. vt ſuprà per Modern. vel dicat, quod talis vendidit ſibi talem rem pro tanto pretio, & quod de hoc publicum inſtrumentum manu talis Notarij apparet: cùm tunc non teneatur edere, ex quo ipſe Reus poteſt deliberare abſque eo quod videat inſtrumentum. & hoc voluit Bartol *in d. l.* 2. per illum textum. & Imol. *in d.c.*1. vbi latiùs per Docto. ſed imo ipſe Actor tenetur edere inſtrumentum, ſi ſit tale, quod veriſimile ſit, ipſum Reum de eo informatum non eſſe, vt quia dicitur fuiſſe confectum cum eius prædeceſſore. ad hoc *d. l.*2. & hoc fuit fortè de mente Innocen. *in c.* 1, *de probatio.* ſecundùm Dominum Nicol.

REGV-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REGVLA CLI.

Ædificium regulariter ſolo ſeu domino ſoli cedit. *l.2.C.de rei vendic.&* §*.ex diuerſo, Inſtit.de rerum diuiſ.l. qui domum.ff.ad leg. Aquil.l.fin.de ſuperfic.& l. obligationum.*§*.placet.ff.de actio. & oblig.*

Primo fallit in eo, qui ædificat in mari, vel in littore maris: quia tunc ædificium non cedit ſolo, vt eſt text. *Inſtit.de rerum diuiſ.in princip.in verſic.nemo.* & ſimilis text. & magis apertus *in l.1.*§*.nunciatio. ff. de noui oper. nunc.* argument. etiam Ludou. Roman. quod poteſt imponi huic ædificanti onus penſionis ſoluendæ annuatim fiſco. & alleg. *l. 2.*§*.ſi quis nomen.ff.ne quid in loco publico.*

Secundo fallit, vbicunque ædificium eſſet illicitè conſtructum: nam tunc non cedit ſolo, cùm veniat deſtruendum, *in l. fideicommiſſa.* §*.ſi quis illicitè, per illum text.ff. de fideicommiſſ.* per quem Bal. colligit iſtam fallent.

Tertio fallit dicta regula in ædificante de pecunia Eccleſiæ in ſolo dicto: quia tum ædificium non cedit ſolo, ſed eſt ædificium Eccleſiæ, gloſ. eſt ſingul. 12. *quæſt. 2. Apoſtolica.* quam ad hoc reputat ſingul. Ludou. de Roman. *in d,l.1.*§*.nunc videndum.ff.de nou. oper.nunci.* & eam ſimpliciter ſequitur Bald. in addit. antiquis. Addo Speculat. idem tenentem, *in tit.de emptio. & vendit.*§*.tertio loco, verſic. quid ſi clericus*, &c. Bald. *in l. in tantum.ff.de rerum diuiſ.* Ioan. Andre. tamen *in regula, qui prior. in mercurialib.in 5.colum.* dicit, quòd gl. in *d.c. Apoſtolica.* non videtur iure approbata: & in ſimili Ioan. Andre. *in addit. Specul. in d.verſ.quid ſi clericus.* non approbat gloſſ. illam, nec Domin. Spec. & ſimiliter Dom. Ludo. de Rom. *in Authent. ſimiliter, ad leg. Falc. in 11. & 21.colum.* ſpecialiter etiam in factis contra ius ad pias cauſas, tranſit cum opin. Ioan. Andr.

Quarto limitatur dicta regula non habere locum, vbi

in d. l assiduis. C. qui pot. in pig. hab in verb. data, & de dictis priuilegijs plenè *ff. ſolut. matrimon. in* 1. ſed ſuper hoc paſſu d. gloſſ. non aduertendo quod ſunt tria, quæ poſſunt eſſe rationes. nam poteſt conſiderari prima ratio, videlicet præſumptæ ſimulationis, quæ præſumitur ex eo, quia confeſſio eſt facta inter perſonas prohibitas. *l. qui teſtium. ff. de probat. l. ſi forte. ff. de Caſtren. pecu. l. ſi donat. C. de collat. cum ſimilib.* Ratio ſecunda eſt, quia *d. l. aſſiduis.* exorbitat a regula communi, & ius ſtrictè intelligit, in quo caſu non ſequitur, dotem verè traditam. Ratio tertia eſt, quam poſuit Bal. *in l. cum aliquis. C. de iure delib.* quia priuilegium prælationis datur actione ex ſtipulatu, & nõ eſt indultum condictioni ex l. per quam dictionem petitur dos confeſſata, quam rationem infert & ſequitur Card. & Petr. de Ancha. *in c. ex literis, extra, de pignor.* his ergo rationibus ſic præmiſſis, & in medium adductis, poſſunt confidentius inferri illationes. vt gloſſ. *in d. l. aſſiduis.* vbi vide.

Primo limita hoc non procedere, ſi eſſet tali exceptioni nullitatis dotis renunciatum, vel eſſent tranſacta tempora ad opponendum, de quibus in Authent. quod locum. ſed caue, quia tantum habet locum *d. l. aſſiduis.* non autem *d. glo.* & hoc voluit Bart. & alij Docto. *in d. l.* & Angel. *in d. gl. & in l. ſi quis. C. de bon. proſcrip.* ideò creditores pro ſuo intereſſe poſſunt opponere, quod dos non fuit ſoluta ipſi marito. Idem voluit Ioan. de Imo. *in d. c. ex literis.* & regula, damnum, *de regu. iur. in 6.* & quia in rebus dubijs fauetur doti. *l. in ambiguis, de reg. iur.* & not. *in c. fin. extra, de re iudi.* licet Ioan. de Imol. dicat hoc procedere, quando alter creditor prætenderet ſolam confeſſionem: & alter hic non. & benedicit, licet prima facie videatur contra id, quod eſt dictum de non num. pecu. per *l. dolo. §. diuerſum. ff. de no.* cum ſimil. tamen procedit etiam fauore dotis per illam l. in ambiguis. & hoc caſu ſi rectè conſiderat, non habet locum aliqua ex dictis rationibus: quia ceſſat præſumpta ſimulatio & ceſſat ratio

exor-

ex ordinatione. item ceſſat ratio Baldi *in d. l. cùm aliquis* quia cenſetur dos verè tradita, & omnis effectus priuilegiatus debet ſubeſſe, & hæc prima limitatio.

Secundò limitatio eſt ad gloſſ. prædictam *d. l. aſſiduis.* quia ſi vir eſt longè ignobilis, licèt confiteatur dotem: tamen habet priuilegium prælationis, ſecundùm Bald. *in l. ſi voluntatis. C. de dot. promiſſ.* & illum textum habetis *in l. creditor.* §. 1. & not. *in l. ſi ſtipulatus fuero ſiſti.* §. *ſi tibi nupſero ff. de verbor. obligat.* dummodò non fiat ſimul confeſſio, vt ibi per eum, quia dos habetur pro tradita, nec poteſt opponi exceptio ante numerationem dotis, quod not. ſecundùm Bartol. & Baldum *in l.* 1. *C. de donatio. ante nupt.* & procedit hæc ſecunda limitatio ſimiliter, quia nulla ex dictis quatuor rationibus impedientibus ſubeſt.

Tertia limitatio eſt, quia illa glo. habet locum, quando confeſſio dotis fit à marito ſpe futuræ numerationis: quia tunc verum eſt, quòd dos non eſt reipſa tradita: ſed ſi confeſſio fuit tradita animo donandi, quod præſumitur quando fit inter partes: ſecùs, quando confertur in tempus matrimonij propter cauſam dotis: quia tunc viro præmoriente confirmatur: donatio: quia videtur tradita mulieri à viro ſub ſponſalibus. *l. licet.* §. 1. *de iure dot.* & *l. ſingularia. ff. ſi certum pet. coniuncta l. Papinian. ff. de donat. inter virum & vxor.* & iſto caſu non habet locum *d. gloſſ. in l. aſſiduus.* imò mulier haberet ex cauſa dotis in hac donatione priuilegium prælationis, per illum text. ad hoc facit *l. ab Anaſtaſio. ibi, re ipſa tradiderit. C. manda.* & ibi text. dicit, quòd quando eſt confeſſio facta cauſa donationis in totum habetur & ſortitur vim & effectum, ſicut pro precio vero interueniente.

Quarta limitatio eſt, niſi ex alijs coniecturis appareat de vera numeratione dotis, vt quia vir exhibuit alimenta vxori tanquàm debita, ſecundùm Bald *in Rubr. de priuileg. dot. C.* alleg. *l. cùm de in rem verſo. ff. de vſu.* & *l.*

& *l. vlt. C. de non num. pecu.* quia coniecturæ habentur pro aliquibus probationibus tenementi.

Quinta limitatio eſt, niſi ſtatutum diceret, quod inſtrumẽtum confeſſionis dotis habeat vim rei iudicatæ: nam ex hoc ſequitur, quod ab initio habetur pro veritate. *l 1. ff. de re iudic.* & *l res iudicata. ff. de regul. iur.* ſecundum Bald. *in d. Rubr.* & hoc ipſe voluit *in l. ſi. C. de ſponſal.* & idem conſuluit Azo *conſil. quod incip. ſtatu. ciuitatis noſtræ Flor. cauetur. & eſt in lib. 4. conſil. 57. in ordinẽ meorum.*

Sexta limitatio eſt, niſi alij creditores ſimili modo nominãtur ex confeſſione: quia tunc cæteris paribus mulier præfertur reſpectu confeſſionis dotis, *per l. aſſiduis, præalleg.* iuncta *l. in ambiguis, de iur dot.* & *l. in ambiguis, de reg. iur.* ſed hoc intelligo, niſi alius creditor vtatur confeſſione viri lapſu temporis dati ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ, *vt l. ſi ex cautionibus, eodem titul* poteſt enim eſſe, quòd incurrat ratio in tali debito, ſicut in dote, iuxta *d. Authent. quod locum.* & idem ſi vſus ſit in caſu, quo non poſſet opponi except. non numeratæ pecuniæ.

Septima limitatio eſt, *in d. gloſſ in l. aſſiduis.* & colligi poteſt ex verbis Dom. Paul. de Caſtr. *in l. 1. ff. ſolut. matrimon.* videlicet, quando alij creditores erant priores tempore, tantum non habentes expreſſam hypothecam, & maritus confeſſus fuit dotem ante contractum matrimonium: quia tunc non præſumitur facta in fraudem creditorum confeſſio, vt tenet Cyn. *in Authent. ſed iam neceſſe, de donat. ante nup.* ſecundum ipſum. ſed hoc videtur dubium: quia talis confeſſio confert effectum ſuum in tempus prohibitum, videlicet matrimonij, *l. quod ſponſæ, eodem tit* ideò vidẽtur ſubeſſe rationes impeditiuæ, de quibus ſuprà dixi

Octaua limitatio eſt, quando fuit facta confeſſio conſtante matrimonio, tamen promiſſio dotis fuit facta prius: nam tunc non præſumitur facta in fraudem, nec habet locum exceptio non numeratæ dotis, vt eſt caſus *in l. vltim. §. 1. C. de non numerata pecunia.* & not.

gloſſ.

gloſſ. *in l. fina. de do. cau.* & expreſſè Ioan. *in addit. Specular. de donatio. inter virum & vxor. in §.* quod etiam tenet Paul. de Caſtr. *in d. l. 1. ff ſol. matrim.* vbi etiam dicit idem quod ſuprà dictum eſt, quando tranſierunt tempora conceſſa per *illam Authentic. quod locum.* quod poteſt etiam procedere in alio caſu, videlicet, quando creditores contraxiſſent cum marito poſt confeſſionem factam de dote recuperanda: quia tanquam ſua confeſſione, affectus contraxit cum alijs perſonis, nota *in l. præſes. C. de pignor.* ſed aduerte, quia licet hoc ſit verum, tamen quod ſupra dictum eſt, quod tetigit Barto. *in d. l 1. ff ſol matr.* procedit in alijs terminis, videlicet, quando alius creditor prius contraxit ante confeſſionem mariti.

Nona limitatio *d. gloſſ. in l. aſſiduis.* eſt, quia procedit, quando priores creditores concurrunt cum ipſa muliere: aliâs ipſa mulier potiretur ſuo priuilegio prælationis, quod etiam voluit Ludo. de Roman. *in d. l.* 1. per textum *in l. ſi cui. C. de non numer. pecun.* & *in l. ſi quis, primus. C. de bo. proſcript.* extra dictas limita. habet locum gloſſ. prædict. *in d l. aſſiduis.* quæ loquitur de dote confeſſata. & nota prædicta: quia nullus tradit ita perfectè.

De litera E.

REGVLA CXLVIII.

ECCLESIÆ res abſque ſolennitate regulariter alienari non poſſunt *a*, *Auth. hoc ius porrectum.* C. *de ſacroſanct. eccleſ.* & *in c. 1. extrà. de rebus eccleſ. non alienan.* & *in* Clement. 1. *eodem titul. cum ſimilibus.*

ADDI-

ceſſaria, & quæ voluntaria, vide Do. Alex. de Imo. in conſil. 55. in 3. colum. *Benedict. Vad.*

Quarto fallit, quando alienantur res, quas Eccleſia minus iuſtè detinet, vt videtur velle Bald. *in Authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & habetur per Ioan. Andr. *in c. nulli liceat, de rebus eccleſ. non alienan.* & not. *in c. eum qui, de præbend.*

Quinto limitatur, quando alienantur res paruæ, & parui commodi: quia tunc per prælatum ſine congregatione Capituli poterunt alienari, vt eſt text. not. 12. *queſt. 2. ferula.* de quo latè per Ioan. Andre. *in regula, qui habet. in mercurial.* & not. Angel. *in tit. de alienat. & emphyt. in §. nec etiam, in fin.*

Sexto fallit, quando alienantur res, quæ nondum cenſentur eſſe in bonis Eccleſ. vt ſunt illæ, quæ præſcribuntur, vt not. *in c. fin. de reſcript.* vel illæ quæ nondum ſunt incorporatæ, vt ſunt res Eccleſiæ legatæ nondum traditæ, quas prælatus ſine licentia ſuperioris repudiare poteſt, etiamſi ſint res immobiles, vt conſuluit Federicus de Senis *conſil. 98. per l. ſi ſponſus. §. 1. ff. de donat. inter virum & vxor.* ad quod facit quod not. Ioan. Andre. *in c. cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt à prælat.* quod etiam videtur tenere Lapus *in ſua allegatione 26. circa finem.* vbi dixit, quod prælatus poteſt repudiare legatum ſeu hæreditatem ſibi relictam etiam ſine licentia ſuperioris: licet contrarium tenuit Petrus de Anchar. *in d. c. 1. de reb. eccleſ. non alienan. per l. magis puto. §. 2. ff. de rebus eor.* & per alias rationes, de quibus ibi per eum. & item tenuit Ioan. And. Cal. *in c. cum contingit, de ſent. excommunic.* vbi plus tenuit, quæ prælatus ſine licentia ſui Capituli, & ſine alijs ſolennitatibus non poteſt repudiare legatum nec hæreditatem, ſicut nec alienare: de qua tamen materia habetur per Bald. *in l. ſi pupillorum ff. de rebus eor. & in Authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & per Oldrad. *in conſil. 9.* & *in l. legatum. ff. de legat. 1.* & *in d. c. magis puto. §. fundum, ff. de rebus eor.* & *per Canon. in c. tua nos. de reb. eccl. non alien.*

REGV-

REGVLA CXLIX.

EDERE Actori inſtrumentum vel libellos Reus regulariter nõ tenetur, text. eſt *in c. 1. c ex-trà, de probat.* & *l. qui accuſare. C. de eden. & per Docto. in l. 1. §. 1. & 2. ff. eod. tit.*

ADDITIO.

c Cap. 1. *Vbi not. & copioſè vide* Felin. circa fin. 3. col. in verſ. vltimò not. cum plur. ſeq.

Primo fallit, quãdo ipſe Reus erat eius vſufructuari⁹, cùm tũc teneatur edere, *l. 1. ff. de edend.* ad hoc glo. *in d. c. 1. extrà, de probat.* ſaltem quatenùs eſt vſufructuarius. ad hoc *c. contingit, extrà, de fide inſtrum.* & *c. in perſonam, de priuileg. in 6 ſecundùm Dom. Nicol.*

Secundo fallit, quando ipſe Actor peteret à Reo inſtrumenta vel libros edi, non ad fundandam vel probandam intentionem, ſed coadiuuandam: vt ſi Actor petat à Reo ex cauſa venditionis, vt producat inſtrumentum, adeo quod non ſit dubium de ipſa venditione, ſed de confinibus, & dicit Reum habere inſtrumentum: cùm tunc ipſe Reus teneatur edere inſtrumentum etiamſi ſit inſtrumentum proprium, ad hoc *l. cùm concubinam. §. qui ita.* & *l. ex præſidijs. §. penul ff. de leg. 2.* & hoc tenuit Bartol *in d. l. 1. §. edenda.* & communiter tenetur per Moder. *in c. 1. de probat.*

Tertio fallit, quando ipſe Actor peteret inſtrumenta edi ad probandam ſuam replicationem, vt eſt, ſi legatarius petat ſuum legatum ab hærede, qui excipit, quod hæreditas ſoluendo non eſt: contra quem Actor replicat, quòd imo eſt ſoluendo, vt apparet ex inuentario: nam ſicut Actor edere Reo in replicationem fundandam & probandam, ita & Reus ad replicationem ſuam fundandam Actori edere tenetur: cùm replicatio ſit quędam exceptio. *l. 2. ff. de excep.* & ita communiter

tenetur in d. l. 1. & per nota. in d. c. 1. de probatio.

Quartò fallit in fiſco, cui qualitercunque agat, tenetur Reus edere propria inſtrumenta ad eius intentionem probandam, ſeu fundandam. *l. Senatus cenſuit. ff. de iure fiſ. & in. l. in fraudem. §. ex his bonis. & ſequen. ff. de iu. fiſ.* quod procedat in cauſa ciuili. in cauſa criminali aliud eſt: quia non cogitur, cum valde durum eſſet in cauſa criminali exigere probationem de domo Rei. ad hoc tex. *in d. l. 2. §. diuus. ff de iur. fiſ.* ſecundum lect. quam approbat ibi Bart. circa quæ vide in *d. l. in fraudem. §. neque.*

Quintò fallit in cauſa matrimoniali, in qua Reus cogitur edere ipſi Actori inſtrumentum proprium, ſicut & fiſco, vt voluit Ioan. Andre. *in d. c. 1. de probatio.* remittens ad notata per eum *in additio. Speculat. in titul. de inſtrumen. edi §. videndum, verſic. ex præmiſſis, ad fin.* vbi hoc dicit fuiſſe diſputando determinatum. nam ſi ſpeciale eſt in fiſco, fortiùs in cauſa matrimoniali, in qua ſunt multa ſpecialia, & maximè propter periculum animæ, quod eſt notandum ſecundùm Nico. *in d. c. 1.*

Sextò fallit in Eccleſia, cui ſimiliter qualitercunque agat, cogetur ipſe Reus edere etiam proprium inſtrumentum, ſicut & fiſco: cùm ſit magis priuilegiata Eccleſia, quam fiſcus. ad hoc not. *extrà, de iudi. c. venerabilis & c. fin. & c. 1. extr. de reſtitut. in integr.* ſecundum Dom. Nicol. qui poſt Dom. Anton. dicit idem eſſe in hoſpitalibus, & alijs fauorabilibus, ſicut dotibus, alimentis, legatis. & legat. ad pias cauſas, ſaltem vbi non adeſt copia probationum.

Septimo fallit, quando peteretur à Reo edi inſtrumentum propriũ ipſius Actoris apud ipſum Reum exiſtens. nam tunc ſine dubio tenetur edere & exhibere: cum ab eo poſſit vendicari, & contra eum agi ad exhibendum. *l. 1. & 3. §. fi. ff ad exhiben. & l. fi. C. ad exhiben.*

Octauò fallit, quando talia inſtrumenta vel libri rationũ eſſent cõmunes ipſi Actori & Reo ratione proprieta-

prietatis, vt quia ambo ſunt hæredes illius cuius erāt, vel eis fuerunt pariter donata à lege, vel pecunia communi empta, vel alio modo acquiſita, ita quòd ad proprietatem ſint communes: & tunc ipſe Reus tenetur edere. *l.ſequitur.ff.famil erciſc.* & not. *extrà, de fid.instrum.c.perpetuus.* & ita communiter tenetur.

Nonò fallit, quando talia inſtrumenta vel libri rationum eſſent communes non reſpectu proprietatis, ſed ex natura negotij: vt quia proceſſerit aliquis contractus vel quaſi, cuius ratione ſunt conferentes, vt putà, ſi ſint confecti à tutore, curatore vel procuratore constituto: cùm ipſe teneatur tales libros & inſtrumenta edere. *l.quadam.ff.de edend.*

Decimò fallit, quando talia inſtrumenta eſſent cōmunia propter materiā in eis contentam, vt inſtrumentum emptionis & venditionis, nam ſi reperiantur apud partem, tenetur ea edere, ſi ſint originalia, *vt c. quoniam, extrà, de probat.* & *d.c.perpetuus.* ſecùs, ſi non ſint originalia, ſed extracta ſeu explanata, & propriis pecunijs redempta, cùm talia ipſe regulariter non teneatur exhibere, vt ſuprà patet.

Vndecimò fallit in eo, qui ratione publici officij inſtrumenta ſeu libros confeciſſet, vt tabellio vel argentarius de publico electus: cùm talis cogatur edere cuilibet prætendenti vtilitatem. *l.prætor ait.ff. de eden.* & *l.argentarius.* ſecundùm Imo. *in d.c 1.de probat.* quod etiam ibidem voluit Ioan. Andre. imò & plus eſt, quia ſi aliquis non ſit electus ex publico ad officium, ſed exerceat publicè aliquam artem, & ex conſuetudine in publico libros conficiat, tenebitur edere ipſos libros: cum ratione conſuetudinis videatur hoc mandatum. & hoc voluit Iacob. Butrig. *in l.1.* & Bartol. *in d.l.quadam. ff. de eden.* quorum dicta procedere poſſunt ſecundùm Dom. Nico. *in d.c.1.extrà, de proba.* ad hoc *l. ſi quis argentarijs.§.pertinere.ff de eden.*

Duodecimò fallit in vſurario, qui tenetur edere libros ſuarum rationum, vt eſt text. expreſſus in *Clement. de vſur.* vbi gloſſ. tenet, quod procedat etiamſi non

publi-

publicè exercuit vſuras, vt voluit Flor. *in d. c.* 1. *de prob.* & communiter tenetur ad hoc quòd not. *in l.* 1. *c. de eden.* vbi de hoc Bartol.

Decimotertiò fallit, quando ille, à quo petitur editio, deputatus eſſet ad cuſtodiendum inſtrumenta publica: cùm talis teneatur exhibere cuicunque prætendent intereſſe, etiam contra ipſum cuſtodem, *extrà, de præſcript. c. ad audientiam. C. de fide inſtrumen. Authen ad hæc.* ſecùs autem, ſi eſſet deputatus ad cuſtodiendum inſtrumenta priuata, id eſt, eius Principis, vt eſt caſus in *d. c.* 1. *de probat. coniuncta gloſſ.* 1. ſecundùm Imo. ſed certè hoc non probatur ibi, cùm non peteretur à cuſtode, ſed à Principe; nec ipſos cuſtos teneretur inſtrumenta edere contra ipſum Principem vel fiſcum, etiam ſi ſint libri Imperiales vel fiſcales: niſi in defectum probationis, vt voluit Ioan. Andr. *in c.* 1. *extrà, de proba.* poſt Imol. *in l.* 3. *ff. de eden.*

Quartodecimò fallit, quando fuiſſet magna cauſa, ſecundùm Innocent. *in d. c.* 1. prout eſt ſecundùm Dom. Anto. ibidem, quando debitor fortè perdidiſſet inſtrumentum ſuum, & originale Tabellionis eſſet deperditum caſu vel incendio: cùm tunc iudex ex officio ſuo cogere poſſit ad edendum inſtrumentum per eum redactum, ne veritas pereat, argument. *l.* 2. *C. de edend.* & 30. *quæſt.* 5. iudicantem, ſecundùm Imo. *in d. c.* 1. quod etiam eſt de mente Innoc. & Ioan. Andr. & not. ad hoc Domini de Rota *in deciſ.* 220. *quæ incip. item licet pars.* vbi etiam videntur velle, quòd ſufficiat Actorem probare ſe non poſſe aliundè habere inſtrumentum, argum. *l. licèt theſaurus. ff. ad exhiben.* tutiùs tamen eſſet tenere dictum Innoc. quia aliâs poſſet concludi diſpoſitio huius *c.* 1. *de prob.* & ſimilium, contra *c. commiſſum.* § *porrò, de elect. in* 6. ſecundùm Innocen. *in d. c.* 1. vbi latiùs vide per eum.

REGVLA CL.

Edere inſtrumentum ante litem conteſtatã

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REGVLA CLI.

Ædificium regulariter ſolo ſeu domino ſoli cedit. *l.2.C.de rei vendic.& §.ex diuerſo, Inſtit.de rerum diuiſ.l. qui domum.ff.ad leg. Aquil. l.fin. de ſuperfic.& l. obligationum.§.placet.ff.de actio. & oblig.*

Primo fallit in eo, qui ædificat in mari, vel in littore maris: quia tunc ædificium non cedit ſolo, vt eſt text. *Inſtit.de rerum diuiſ.in princip.in verſic.nemo.* & ſimilis text. & magis apertus *in l.1.§.nunciatio. ff. de noui oper. nunc.* argument. etiam Ludou. Roman. quod poteſt imponi huic ædificanti onus penſionis ſoluendæ annuatim fiſco. & alleg. *l.2.§.ſi quis nomen.ff.ne quid in loco publico.*

Secundo fallit, vbicunque ædificium eſſet illicitè conſtructum: nam tunc non cedit ſolo, cùm veniat deſtruendum, *in l.fideicommiſſa. §.ſi quis illicitè, per illum text.ff. de fideicommiſſ.* per quem Bal. colligit iſtam fallent.

Tertio fallit dicta regula in ædificante de pecunia Eccleſiæ in ſolo dicto: quia tum ædificium non cedit ſolo, ſed eſt ædificium Eccleſiæ, gloſ. eſt ſingul. 12. *quæſt. 2. Apoſtolica.* quam ad hoc reputat ſingul. Ludou. de Roman. *in d,l.1.§.nunc videndum.ff.de nou. oper.nunci.* & eam ſimpliciter ſequitur Bald. in addit. antiquis. Addo Speculat. idem tenentem, *in tit.de emptio. & vendit.§.tertio loco, verſic. quid ſi clericus*, &c. Bald. *in l. in tantum.ff.de rerum diuiſ.* Ioan. Andre. tamen *in regula, qui prior. in mercurialib.in 5.colum.* dicit, quod gl. in *d.c. Apoſtolica.* non videtur iure approbata: & in ſimili Ioan. Andre. *in addit.Specul.in d.verſ.quid ſi clericus.* non approbat gloſſ. illam, nec Domin. Spec. & ſimiliter Dom. Ludo. de Rom. *in Authent.ſimiliter, ad leg.Falc. in 11. & 21.colum.* ſpecialiter etiam in factis contra ius ad pias cauſas, tranſit cum opin. Ioan. Andr.

Quarto limitatur dicta regula non habere locum,

vbi eſſent aliquæ coniecturæ, quod ædificans non habuiſſet animum donandi ædificium domino ſoli: vt quando ius habuiſſet ædificandi in ſolo alieno, vt probatur *in l. Senatus. §. Marcellus. ff. de leg.* 1. ſecundum Petr. de Ancha. ibi, & etiam hoc ibi not. Ioan. de Imol. & tenet Cyn. & Bald. in *l.* 2. *C. de rei vend.* per illum text. & probatur in *d. §. ex diuerſo.*

Quinto limitatur non procedere, vbicunque ædificij dominus & dominus ſoli eſſent perſonæ, inter quas non poſſet cadere expreſſa donatio, vt eſt gloſſ. *in l. ſi vxor filio, in gloſſ. fin. ff. de donatio. inter virum & vxor.* & *l. Marcellus ff. eodem titul.*

Sextò limitatur, vbi ædificium factum eſſet ſine calce & cæmento aliquo: vt quia lapis ſuper lapidem poſitus fuerat ſine calce & cæmento & alia materia. & modo hoc fuiſſet confectus murus ſiccus: quia hoc modo ædificium illud non cedit domino ſoli, quia non dicitur propriè ædificium, nec videtur propriè habere faciem operis. *l. ſtipulatio. §. opus. ff. de oper. noui. nuncia.* ſed iſtud non videtur verum: imò in contrariũ eſt veritas, vt eſt text. valdè notab. *in l.* 1. *ff. commun. prædio.* & *in l. ſi precario. ff. eod. tit. ibi,* dum text. innuit, ædificium *a* ſoli conditum & dirutum inutilem facit intentionem, &c. & ibi text. loquitur de muro ſicco, & tamen ædificium ſolo cedit. ad hoc illum text. ponderat Bald. & dicit etiam ibi Paul. de Caſtr. ſe non recordari alibi hoc legiſſe, & eſt vtile hoc ſcire. quia ſi aliquis vendit mihi fundum, in quo eſt talis murus confectus ſiccus ſine calce & cæmento, non poterit tamen eum tollere ſicut murum confectum cum calce, quod eſt notandum, & menti tenendum.

ADDITIO.

a Ædificium. *Aduerte ad hoc, quia non ſic legitur* in d. text. *ſed, cum ædificium ſoli conditionem ſecutum, nec vlla ſit mentio de diruto.*

Septimo limitatur ex prædicta regula, quando ædificans

dificans ignorabat ſolum, in quo ædificat, eſſe alienum, nam tunc ædificium non cedit ſolo, *vt in d. §. ex diuerſo. Inſtit de rerum diuiſ.* quia hoc dependet ex quarta limitatione, ſuprà poſita.

REGVLA CLII.

EMPHYTEVTA expelli non poteſt, niſi triennio canonem non ſoluerit. *l.2. C. de iure emphy.* & *Auth. ſi rem. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

Primo fallit, niſi fuerit pactus, quod non poſſit priuari ob ceſſationem canonis, vt ibi tenent gl. Bart. Bal. & Doct.

Secundo fallit, quando dominus incipiat eſſe debitor ſui emphyteutæ per penſionem vnius anni : quia tunc ad dictam expulſionem euitandam fit compenſatio ipſo iure, *vt l. cum aliter ff. de compenſatio.* & ibi hoc tenet Paulus. pro quo facit text. *in l. eius, C. de ſolutio.* & prædicta procedunt in emphyteuta priuati: ſed emphyteuta Eccleſiæ ſi ceſſat per biennium, poteſt à iure ſuo priuari, vt *in §. ſcire, in Authent. de alien. & emphyt. colum. 2.* & *in Authent. qui rem. C. de Epiſco. & cleric. c. potuit, de locat.* gloſſ. *in l. idem quaro. §. inter locatorem ff. locati.* & *Inſtitut. eodem § adeo.* quod tamen intellige, niſi Eccleſia fecerit citare emphyteutam elapſo primo termino, & petierit ab eo canonem: quia tunc eo omnino non recepto, poteſt Eccleſia expectare ſolum per ſex menſes, quibus elapſis, poterit emphyteuta priuari, non expectato biennio. hoc notat ſingulariter Bartol. *in l. locorum. C. de omni agro deſer.* per illum textum. quid autem eſt dicendum de emphyteuta publico? dic vt nota. *in l. vetulæ. § non ſolum. ff. de Public.* & habetur *in c. litera, de dilat.*

REGVLA CLIII.

EMPHYTEVTA rem emphyteuticam vendens, à iure ſuo regulariter cadit. *l. ſi. C. de iu. emphyt. c. potuit, de locat. cum ſimil.*

Primò fallit, vbicunque emphyteuta venderet rem emphyteuticam, ignorans eſſe emphyteuticam: quia tunc non cadit à iure ſuo, text. eſt ſing. & ibi not. Bald, *in c.1. de controuer. inter domin. & empt. feud.* ſicut etiam ſimiliter dicimus de re ſubiecta reſtitutioni, quæ non poteſt alienari, vt *in l. fi. §. ſin autem auaritia,* & in *Authen. res quæ C. commun. de leg.* nam intelligitur niſi fuerit facta venditio ab eo, qui iuſtam habuit cauſam ignorantiæ: vt emptor, qui ignoranter emit & vẽdit, text. eſt *in l. fin. § fin. & ibi per gloſſ.* & Barto. *ff. de leg.* 2. ſimiliter dicimus in domino emphyteuſis: quia poſtquàm emphyteuta inciderit in commiſſum propter canonem non ſolutum, ſi recipiat ignorans, propter hoc cenſetur remiſiſſe ius ſuum emphyteuticum: quod ſecùs eſſet, ſi ſcienter, vt not. ex dictis Barto. & Bald. *in l. auus. §. duobus ff. de legat.* 2. gloſſ. & Bartol. *in d. l. 2. C. de iure emphyt.* videtur indiſtinctè tenere, quòd recipiendo penſionem, videatur remittere ius ipſum expellendi.

Secundò fallit, quando eſſet adiectum pactum, vt emphyteuta ipſe poſsit vendere rem emphyteuticam: quia tunc poterit vendere, etiam ſine eius conſenſu, ita tenet Ludou. Roma. in quodam ſingul. ſuo, quod habeo *in num. 460. incip. emphyteuta non poteſt,* &c. licèt Specul. teneat contrarium *in titul. de locato. §. nunc, verſi. 94.* qui dicit, quòd hæc facultas conceſſa ſibi intelligitur ſecundùm iuris diſpoſitionem, alleg. *l. ſi quando C. de inoffic. teſtamen.* ſed ipſe Ludou. Roman. *in d. loco* iſtud dictum Specul. reprobat, & aſſignat rationem: nam creditor poteſt vendere rem pignoratam, licèt fuerit actum in contrarium, ſi tamen præcedat trina monitio. *l. ſi conuenerit. ff. de pignorat. actio.* ſi autem nullum pactum, tunc creditor poteſt vendere, præcedente tantùm vnica monitione, caſus eſt *in l. fin. de mutu. peti.* & tamen ſi factum eſt pactum, quòd creditor poſſet vendere, nulla requiritur admonitio, vt eſt caſus *in d. l. ſi conuenerit.* 1. *reſponſ.* ſimiliter videmus,

mus, quòd licèt habens ſeruitutem, non poſſit illam cedere in alium, niſi cum fundo, *vt in l. viam conſtituti.* §. *ſi fundum ff. ſi ſeru. ruſt. præd.* tamen ſi conſtituens dedit ſibi licentiam, quòd poſſit in alium transferre, tunc poterit abſque fundo cedere vigore pacti. caſus eſt ſingul *in l. capitulum.* §. 1. *ff. de ſeruit. ruſt. præd.* nec obſt. ſecundùm eum, *l. ſi quando*: quia ibi priuilegium poterat operari aliud, vt eſt, ſi habilitat quem ad teſtandum. meritò non operatur contractus contrarius: quod ſecùs eſt in caſu noſtro. & idē ipſe Ludou. Roman. quod ipſe miratur Dom. Ioan. And, in addit. quod non reprobauerit Specul.

Tertio fallit, quando emphyteuta vendit rē emphyteuticam non ſeruata ſolemnitate, quæ per formā conſuetudinis, vel ſtatuti requiritur, vtputà, quia vēdidit mulier ſine præſentia vel ſcientia propinquorū, vel non ſeruata alia iuris ſolennitate, ita not. tenet Bald. *in l. 2. in princip in 2. colum. C. de Epiſco. audien.* quia verbum, alienatio, abſolutè prolatum, non comprehendit alienationē, quæ eſt nulla ex defectu ſolennitatis, allegat. text. in argum. *in l. 4.* §. *condemnatum. ff. de re. iudi.* text. *in l. alienum, in princ. ff. de verbor ſignif.* & idē etiā tenuit Bart. & magis clarè *in l. ſeruum.* §. *ſi quis bonorū, in fi. ff. de leg. præſtand.* vbi obijcit ꝙ ſi extat ſtatutū ꝙ ſi quis ceſſerit actionē alicui nobili, cedat à iure ſuo, & aliquis ceſſit ei, cui cedere nō potuit, vel ceſſio fuit inutilis, & inualida, quod talis cedēs non cadit à iure ſuo, ꝙ tene menti. & alle. tex. *in l. continuus, in* §. *antepen ff. de verb. oblig.* & idem tenuit Dom. Ioan. Alua. *in vſibus feud in tit. quid iuris ſit ſi poſt alien. feu. vaſ. recup* facit tex. not. *l. non putaui. in* §. *non quæritur ff de contra. tabul.* & ibi apertè tenuit etiā Barto. vbi inter alias ſimiles quæſtiones. & primo ſimiliter facit text. & ꝙ ibi not. *præalleg. l. 4* §. *hoc autem videndum ff de dam. infect.* vbi ſtatutum loquens quod exbannitus poſſit impunè offendi, intelligitur de ritè exbannito. accedit in ſimili dictū Bart. *in l. ſi quis legatum. in fin. principi. ff. de fal.* vbi dicit, quod teſtis depo-

nit falſum teſtimonium, & eius dictum non valeat, & ſit nullum ex defectu formæ, quòd tunc talis teſtis nõ debet puniri de falſo: quia teſtimonium iſtud non eſt teſtimonium: ergo debet ceſſare pœna. alleg. nor. *in l. hac conſultiſſima. § penul. C. de teſtam.* & dicit etiam ibi Barto. iſtud tenuiſſe Ric. Malumb. in quadam ſua diſputa. & tene menti, quia hanc quæſtionem habui de facto in cauſa fratrum eremitarum, qui erant prohibiti alienare ſub pœna priuationis, & alienauerunt non ſeruata iuris ſolennitate.

REGVLA CLIIII.

Emptor in euictionis cauſa venditori etiam ante litem motam denunciare tenetur. tenet Bar. *in l. renunciatio. ff. de adult.* & *l. non ſolum. ff. ſolut. matrim.* & *l. empti. C. de euict.* & *l. non eſt. C. quæ res pig. oblig. po.* & *l. non ſolum. §. de morte. de oper. no. nuncia.*

Primò fallit, ſi emptor ſciuerit rem alienam, & illam vendiderit: text. eſt ſing. *in l. ſeruus quem. § ſciens. ff. de acti. empt.* & vide Bald. *in l. 1. C. de peric. & commodo rei vendita.*

Secundò fallit, niſi emens eſſet minor vel creditor: quia committitur mora irregulariter: vt *l. in minor. C. in quib. cauſ. reſtit. in integ. non eſt neceſſaria.*

Tertiò fallit, niſi venditor eſſet in dolo: quia ſciens litem moueri contra emptorem, non dedit ei inſtrumenta ſi habuiſſet. *l. Titius. la. 2.* & *l plus. §. videamus. ff. de act. empt.*

Quartò fallit, quando notorium eſſet quòd cauſam ademiſſet ſiue denunciaſſet, ſiue non. facit gloſſ. ſingul. *in d. l. empti. C. de euict. l. cùm quæſtio. ff. eod.* ita Raph. Fulg. *in l. emptioni. ff. de act. empt.*

Quintò fallit, ſi iuri denunciandi eſſet renunciatum. caſus eſt in l. hæredibus. ff. de euict. Saly. *in l. 1. C. de peric. & com. rei vend.* tu vide Angel. ſing. loquentem *in l. qui abſente. in 1. col. ff. de procur.* & *in conſilio ſuo* 114.

Sexto

Sextò fallit, a ſi iuraſſet venditor defendere emptorem in lite: quia tunc ſi ſciret litem motam, teneretur venditor ad defendendum hoc iure procuratorio. tex. eſt *in c. breui. & ibi per Ioan. Andr. de iureiurando.*

ADDITIO.

a Fallit. *Vide And. Barb.* in c. fi. de empt. vend.

REGVLA CLV.

EMPTORVM duorum ille prior eſt, cui primò poſſeſſio tradita fuit. *l. quoties.* C. *de rei vendi.* & *in l. ſiue.* §. *ſi duobus.* & *ibi gloſſ. magna, in princ. ff de publ. in rem act.* & *in l. ſi ea res.* §. *neque. ff. de act. empt.*

Primò fallit, niſi primus emptor eſſet priuilegiatus, vt Eccleſia, in quam dominium tranſit abſque traditione. *l. fi. C. de ſacroſan. eccl.* gl. ponit *in d.* § *ſi duobus.* & Innoc. *in c. continebatur, de his, quæ fiunt à præl. ſine conſen. cap.*

Secundò fallit, niſi dominus conſtituiſſet ſe precario nomine poſſidere vice emptoris primi, *vt l. quadam mulier ff de rei vendi.* & not. gloſſ. *in l. ab emptore. ff. de pact.* & not. Bald. *in Rubric. de empt. & vendi.* 115. *quæſt.* & Oldrad. *in conſ.* 116.

Tertiò fallit, niſi dominus ſe inſtrumento obligaſſet & omnia bona ſua, & cæt. vt dicit Bald *in Rubric. C. de reuoc. his quæ in fraud. credit. alien. ſunt.* ex quo ſequitur, quod cùm in alienationibus hodie fiant huiuſmodi obligationes vt plurimùm per venditorem, non habebit locum *d. l. quoties.*

Quarto fallit, niſi ille, cui primo fuit res vendita & tradita, rem mala fide emiſſet, vt per Bald. *in d. Rubri. C. de reuoc. his quæ in fraud. creditorum.*

Quintò fallit, ſi primus emptor rem emiſſet titulo lucratiuo: ſecùs autem, ſi titulo oneroſo, ſecundùm Bald. *in d. Rubr.*

Sexto fallit in beneficialibus, in quibus attenditur interpretatio, de qua per Bald. *in d. l. quoties.*

Septimo fallit, quia ſi duobus eſſet facta traditio, & dubitatur cui primo ſit facta, præſumitur quod prius fuerit primo ementi tradita, ita Bald. *in d. l ſiue autem §. ſi duobus. ff. de Public.*

Octauo fallit, quando venditor eſſet eccleſiaſtica perſona: cum in eccleſiaſticis perſonis, ſiue in eccleſijs, reprobata ſit deceptio, vt *in d. c. continebatur*. & per Bald *in repet. Auth ſimiliter. C. ad leg. Falcid.*

Nono fallit in hypotheca, quia transfertur dominium, licet non ſua ſequatur traditio. *l. prior. §. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* ſed quid in donationibus, quando duobus res eædem donatæ fuerunt, quis ſit potior? vide Bald. *in Rubric. de contrahen. emptio in 15. quæſt.* & Bartol. *in conſil. ſuo, quod. incip. Lucius*. & vide *in l. quoties. C. de rei vendic. in fin.* & quid in locatione eiuſdem rei pluribus facta, vide magnam gloſſ. *in l. operibus ff. de locat.* & per Dominos de Rota *in deciſ. 378.* ſed cui in dubio præſumatur primo tradita, & quando vide Bald. *in d l. ſiue. §. ſi duobus de Publiciana.*

REGVLA CLVI.

EPISCOPVS debet prouidere Eccleſijs, quæ ſubſunt plebibus, vel alijs inferioribus Eccleſijs ſpectantibus ad ipſum. Innoc. *in c. cum venerabilis, de except.*

Amplia primo, etiam ſi aliquis Epiſcopus conſtituerat Eccleſiam de nouo in aliena diœceſi, quia reſeruatur ſibi ſola præſentatio, vt probatur per tex. ſing. *in c. 1. 16. quæſt. 5.* & not. *in c. ſignificaſti, de iure patron.*

Amplia ſecundo, etiamſi fundator Eccleſiæ ordinaret, quod inſtitutio ipſius non ſpectaret ad Epiſcopum, ſed ad inferiorem, vt per Innoc. *in c. in Lateranenſi, circa fin. de præbend.*

Primo fallit in Eccleſijs, quæ ſunt de titulis Cardinalium: quia in illis Cardinalis, etiam non Epiſcopus vtitur pleno iure Epiſcopali, ita not. per Ioan. Mona. *in c. 1. de maior. & obed. in 6* & ibi Domi. & Imo. *in Cle. ne Romani, de elec.* & eſt tex. *in c. his, quæ. de maior. & obedien.* & ibi latè per Felinum.

Secun-

Secundo fallit, niſi plebs vel alia Eccleſia inferior haberet ius inſtituendi ex cauſa ſpeciali, vel priuilegio vel præſcriptione: vt per Domi. *in ſumma* 21. *diſtinct.*

Tertiò fallit, quando Eccleſiæ ſunt ſitæ in parochia alterius Eccleſiæ, & ita limitat Dominicus *dicta ſumma* 21. *diſtinct.*

Quinto fallit in Eccleſijs collegiatis ſecularibus: nam inſtitutio vel confirmatio in præbendis ſpectat ad Epiſcopum, ſed electio ſpectat ad prælatum, & capitulum illius Eccleſiæ, vt per Fredericum *in conſil.* 34. *incipiente, quaritur ad quem.*

REGVLA CLVII.

EPISCOPVS diſpenſat in adulterio & minoribus criminibus, niſi prohibeatur à Canone: capitulo, at ſi Clerici. & ibi Doct. de iudicijs.

Primo fallit, quando Canon imponit pœnam ipſo iure: vt per Archid. *in c. licet Canon. de elec. in* 6. & ratio eſt: quia ſicut non poteſt diſpenſare poſt ſententiam à ſe latam ſuper pœna, *vt in c. ideo* 2. *q.* 7. & *in l. diui fratres ff. de pœn,* tanto minus poterit diſpenſare quando eſt impoſita pœna ipſo iure à Canone.

Secundo fallit niſi verba Canonis tollant actualiter diſpenſationem, quando diceret, quod Clericus conuictus de adulterio, vel minoribus criminibus perpetuo ſit priuatus: quia tunc non poſſet Epiſcopus diſpenſare: vt eſt gl. *in c. cupientes* §. *cæterum. de elect. in* 6. quam dicit ſingul. Car. *in Clem.* 2. *de vita & honeſtate Cleric.*

Tertio fallit, niſi ex diſpenſatione dubitaretur de ſcandalo: vt per Abb. *in c qualiter. el.* 2. *de accuſa.* de quo etiam vide per Sec. *in tit. de lega.* §. 1. *verſ. nunc de Epiſcoporum.*

REGV-

REGVLA CLVIII.

Error in nomine proprio, cognomine, aut agnomine non vitiat, ſi de corpore conſtet. *l. ſi in nomine. C. de teſtam. & ibi gloſſ.*

Primò fallit, niſi erret in nomine proprio diſponẽtis: nam ex tali errore reſultat fatuitas, vt *l. ſi. c. de hæred. inſtit.* quæ procedit etiamſi conſtet de corpore, vt ibi.

Secundò fallit pari ratione, niſi erretur in nomine filij, cum cenſeatur eadem perſona. C. *de impu. & alijs ſubſti. l. fin.* & eſt glo. *in l. 2. C. qui ætate. lib. 12.* & gl. *in l. ſi mater. §. ſi quis homines ff. de except. rei iudi.* & not. per Bald. *in l. 1. §. ſerui. ff de ſenat. Sillan.*

REGVLA CLIX.

Error in nomine appellatiuo generali vitiat, *a*, etiamſi de corpore conſtet. *l. ſi quis in fundi vocabulo. & ibi per gl. in ver. vocab. de leg. 1.*

Additio.

a Vitiat. *Vide Fran. Aret.* in d. l. ſi quis. de leg. 1.

Ratio quare error in nomine appellatiuo ſeu deſignatiuo perſonæ ſingularis ſiue rei vitiat diſpoſitionem, & in proprio nomine, cognomine, vel agnomine: ſecùs, ſi dicitur eſſe, quia in nomine appellatiuo generali error generaliter ſupponitur contra ſuppoſitionem hominis, ſed nomen proprium deſignat propriam ſubſtantiam cuiuſque rei: vt *d. l. ſi quis in fundi* ideo eius corruptio vitiat formam ſubſtantialem, & quod eſt intellectu non poteſt percipi ſenſu: vnde intollerabilis error vitiat, quia conceptum mentis non exprimit, ſecundùm Bald. *in l. ſi nomine*; ſed primò errore in nomine appellatiuo ſingularis perſonæ vel rei non conſiſtit ſubſtantia rei, ſed demonſtratio rei quæ

poteſt

pluribus modis haberi, *vt l. qui habeat. ff de reb. dub. & not. in l. quoties, de hæred. inſtit.*

Primò limita, niſi res eſſet præſens, & ad digitum ſeu ad oculum demonſtraretur, gloſſ. eſt ſingul. *in l. quaſi extrinſecùs, de verbor. obligat.* ſed quæ eſt ratio, quòd hoc caſu error non vitiat, & tamen quando probaretur de corpore vitiat: & vt dicit glo. not. *in d. l. ſi quis, de lega. 1. in verſic. ibi, licèt hoc conſtet,* & cæt. relata ad illum text. dico quòd hoc vltimo caſu à principio negatur & corrumpitur ſubſtantia, & diſpoſitio & probatio voluntatis non habent diſpoſitionem præexiſtentem, ſuper qua fundetur. facit *l. ſunt duo Titij. ff de teſta. tut.* & quòd ſupra dixi de ratione differentiæ. ſed ſuperiori caſu valet à principio propter principalem demonſtrationem.

Secunda limitatio eſt, vbi conſuetudo loquendi excuſaret. *l. Labeo §. Tubero. ff. de ſup. leg.* quia vniuerſitas hominum, quæ inducit appellationem quandam naturali conſideratione, vt ſuprà, illam poteſt mutare, vt voluit glo. *in d. l. ſi quis in fundi vocabulo.*

Tertia limitatio eſt, niſi eſſet aliqua conformitas, licèt non omnimoda ſimilitudo. *l. liberorum. §. quod tamen Caſſius, de legat. 3. & ibi not.* vt eſt inter liberos & liberas: quia tunc omnino veritate caret. *l. cùm filius. §. literas, de leg. 1.* quod fortè eſt verum, quando diſponens ſic erat ſolitus dicere, vt per textum *in d. §. quod tamen Caſſius.* & *in l. ſi quis Titium. ff. de vino, tritico, & oleo legato.*

Quarta limitatio eſt, vbi conſtaret de mente contrahentium per teſtationem primo annullatam, gl. not. *in d. l. ſi quis in fundi vocab. in verbo, vocabulo, ibi, in fin. ibi, hæc actio eſt probabilis. ff. de hæred. inſtit.* & *in d. l. quoties. §. 1.* & *2.* ſecùs, ſi non eſſet actum, ſed tantùm cogitatum per teſtatorem, *vt in d. l. ſi quis in fundi, verſ. ſi quis. & ibi in d. gloſſ. in verb. vocabulo, & in princip. & ibi, & ſi ego legarem, &c.*

Quinto limita, quando nomen appellatiuum eſſet adiectum, vt nigrum, album, & ſimilia. vt eſt gloſſ. not.

in l.

in l. ſi quis in fundi, in verſic. hominem, in fine.

Sexta limitatio eſt, quando nomen appellatiuum denotat artificium, *vt d. l.*

Septima limitatio eſt, quando denotat aliquam qualitatem demonſtratiuam, non autem ſubſtantiam, ſi error eſſet de confinibus, & conſtaret de corpore. *l Lucius. §. Sempronius. & in l. patronus. §. 1. & 2. ff. de lega. 3.* & not. *in l. formam de cenſib.* nunquid autem defectus literæ vel figuræ vitiet? dicas quod non, vt eſt text. *in c. ex parte, extra, de fide inſtrumen.* ſic nec defectus ſyllabæ vel dictionis, ſi appareat de ſēſu, vt ibi per Doctor. & in text. not. *l. ſi habeant ff. de manu. teſta.* vide etiam Bald. *in l. pa. ff de ſtat. homin.* & *in l. ſi cum ante. ff. de bonor. poſſeſ.* Abb. *in c. inter dilectos. de fide inſtrumen.* quid ſi erratur in nomine proprio, puta Imperator vel Papa in reſcriptis, dum aliquid concederetur vni, incautè ſcripſerunt tali Vincentio concedimus. vide text. *in l. his verbis. §. ſin. ff. de hared. inſtit.* text. *in c. ſignificante, de reſcript.* & Spec. *in tit. de reſcript. in §. ratione autem cauſa. ver. quid ſi indubitanter conſtat.* item in ſimili, quid ſi erratur in regionis nomine: vide tex. *in cap. ſignificante. & ibi Doctor. Canoniſtas.* Item quod ſi notarius cum debuiſſet aliquid ſcribere diſtinctum, puta pœnam dupli, abbreuiauit, & ſcripſit pœnam tripli, vide Bald. in *l. verbum volo. C. de fide.* nec defectus, raſura vel aliquid in loco non ſuſpecto vitiat. *vt in c. ex literis. de fide inſtrum. & in c. ſi. de elect.* Bald. ſecundum Hoſt. & Ioan. Andr. *c. ad audientiam. re reſc.* & text. eſt *in l. ſi. ex falſis. C. de tranſ.* Bart. & alij *in l. ſi vrus. §. 1. & pen. C. de teſt.* & eſt bonus text. & ibi not. *in l. 1. de edict. Diui. Adr. tollen.* Bart. *in d. l. 1. §. ſi roſa. ff. de bo. poſ. ſecundum tab in l. eleganter. ff. de his qua in teſt delen.* Nunquid autem vitium in orthographia vitiet, *a,* dicas ſecundum Petr. de Anc. poſt Bald. *d. c. ad audientiam.* quod non, quia non eſt ſcientiæ. & vide Bald. *in l. pa. ff. de ſtatu homin.* an libellus & dicta teſtium ſuſtententur non obſtante mala

mala latinitate? dicas quod ſic. Ange. *in l. 1. ff de hæred. inſtituend.* & idem dico in alijs actibus iudicialibus. facit *l. Plautius. de auro & arg. leg.* licet bene vitiet literas, quæ fruſtrantur per multas manus, vt putà in reſcriptis & priuileg. principum : quoniam etiam defectus in vna litera vitiat. *c. ex parte chariſſime. extrà. de fi. inſtru. & ibi Do. gloſſ. & Docto. in c. inter dilectos. eod. tit.* & maximè Ant. & But. *in c. ex literis. eod. titu.* quia non præſumitur, quod vitium conceſſum fuerit iuſſu ideo præſumitur falſum : vt *in d. c.* ad audientiam. vide ibi. quid ſi fuiſſet error in nomine imponendo tempore baptiſmi, ita vt cum deberet imponere nomen maſculinum impoſuerit fœmininum, vel vno modo pro alio? dic quod propterea nullo modo poteſt iterum baptizari, vt in ſing. vult Spec. *in lib. natural. diuinorum li. 6.* & ita fuit iudicatum per Epiſcopum Veronenſem ſuperioribus diebus, cum caſus contigiſſet. licet Hoſtien. *in ſumma in titul. de baptiſmo,* teneat contrarium. Item error in conditione perſonæ, quia appellat eum Doctorem, cum eſſet literatus, non vitiat. *l. his verbis. §. fi. de hæred inſtitu. & l. 3 C eod. tit.* hoc verum ſecundùm Raph. Fulg. *in d l ſi in nomine. C. de teſtam.* niſi illa cognitio deſignaret finalem cauſam, *vt l. neque confeſſio. eod. titu.* & *l ſi pater. C. de hæredit inſtitu.* quæ omnia tenementi, quia ſatis abundè in me deductæ ſunt, & ſic ſequitur alia regula.

ADDITIO.

a Vitiet. *Vide eundem Dom. Bartol. Socin.* in conſil. 746. incip. viſo proceſſu. verſi. præterea ex prædictis. in 1. parte. *vbi ponit, quid ſi erratur in litera, puta quia debuiſſet ſcribere ſine D. & ſcripſit cum D. an vitiat in libello ſeu reſcripto.* Bened. Vad.

REGVLA CLX.

Exceptio ſuperueniens poſt litem conteſtatam

ſtatam poteſt opponi poſt, & idem operatur ac ſi fuiſſet oppoſita ante litem cõteſtatam. *l. 2. & ibi Doct. C. de conſortibus eiuſdem. & c. inſinuante. de offic. deleg.*

Primo fallit, niſi talis exceptio ſuperuenerit ex facto aduerſarij, vt probatur *in l. 2. §. numerum. & ibi per Bartol. ff. de excuſationibus tutorum.*

Secundo fallit, niſi talis exceptio opponatur antequam fiat alius actus: alias primus actus, qui fieret, haberet vim litis conteſta. *c. inſinuante. & ibi Bald. de offi. deleg.*

Tertio fallit, niſi opponeretur poſt concluſionem in cauſa, vt per Abb. *in c. cum dilectus, de ordine cognit.*

REGVLA CLXI.

EXCEPTIO & venditio, vbi mentio pretij fit, ibi ſemper præſumuntur, gloſſ. eſt *in l. fina. C. de præd. decur. libr. 10. & in l. illicitas. ff. de offic. præſid.* & *l. apud Celſum §. fin. ff. de do. excep. l. ſi. inter virum. ff. de iure doti.* & *in l. ſi cum dotem. eod. tit.*

Primo fallit, vbicunque hoc non ageretur in contractu, vbi agitur, vt dominium transferatur: quia tunc æſtimatio non facit emptionem, ſed operatur, vt periculum rei tranſeat ad recipientem. de quo per Gul *in l. ſi vt certo loco. §. 1. ff. de pact.* & elegantiſſimè vltra alios per Barto. *in l. ſi paſcenda C. de pact. & in l. ſi. cum dotem. & in l. quoties.* & *in l. ſi. inter ff. de iur. dot.*

REGVLA CLXII.

Exceptio nullitatis contra tres ſententias conformes latas, opponi non poteſt, *vt in Clem. vt calumniis, de ſenten. & re iud.*

Primo fallit, quando illa nullitas excuſaretur ex defectu iuriſdictionis, vt not. Bal. *in l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. qui ſe fundat per glo. in Clem. 1. de ſeq. poſſ. & fruct.*

Secun-

Secundo fallit, ſi de illa nullitate conſtaret ex act. product. coram iudice. nam tunc haberet locum d. Clem. & ita conſuluit Oldrad. *in conſ. ſuo* 106. & ad hoc facit glo. ſingul. *in l* 1. §. *pen. de tab. exhibend.*

Tertio fallit, quando nullitas deriuat ex diſpoſitione iuris naturalis, vt conſuluit Oldr. *in conſ.* 112. *& conſ.* 150. vbi omnino vide.

REGVLA CLXIII.

EXCEPTIO nullitatis regulariter ſententiæ *a* executionem non impedit, Innocent. *in c. cum in iure, de offic. de lega.* quem ſequi videtur Ioan. Andre. *in Specul. in fin. in titul. de execut. ſenten. verſ.* 16. & Bart. diſtinguẽs *in l.* 4. §. *condemnatum, de re iudic.*

ADDITIO.

a Sententiæ. *Vide Lanfranc.* in c. quoniam contra, de probat. in verſ. exceptionem, in 2. col. in verſ. ſed eſt aduertendum.

Primo fallit, ſi incontinenti probari poteſt: quia tunc talis exceptio nullitatis exceptionem impedit, vt per Bartol. *in d* §. *condemnatum.* & doctrina fuit Guid. de Suza. *in l.* 1. *C. de iur. & fact. ignor.* hoc etiam videtur tenere Ioan. Andr. *in addi. Specul. in tit. de execut. ſentent.* §. *fin.* & Specul. *in tit. de lite conteſta. in* §. *quando, verſic. quid de cauſa nullitatis, & de libelli concep.* §. *nunc videndum, verſ.* 23. idem ſequitur Bartol. *in l ſi feriatis. ff de fer.* idem voluit *in l* 1. *C. ne lice. ter. prouoc. in vna eademq́ue cauſa.* & adde not. *in c.* 1. *de ord. cog.* & Raph. *in d* §. *condemnatum.*

Excvssio antequàm ad fideiuſſorem vel poſſeſſorem deueniatur, prius contra principalem debitorem fieri requiritur a. *Authent. præſente. C. de fideiuſſ.* & *in Authent. hoc ſi debitor. C. de pigno*

ADDITIO.

a Requiritur. *Vide Iaſ. Mayn.* Inſtitut. de act. §. item ſi quis, num. 67. *& remiſſiones quas ego Benedict. Vad. ibidem dedi* in Apoſt. *quibus adde Dom. Pet. Phil. Corn.* in conſ. 109. incip. viſo, in prin. in litera A. & B. in 1. parte.

Primo fallit, quando fideiuſſor interponeret iuramentum de ſoluendo pecuniam creditori: tunc enim vt iuramentum aliquid operetur, non poteſt fideiuſſor opponere, quod prius debeat fieri excuſſio in bonis principalis debitoris. hoc ſingulariter probat text. *in c. ex reſcripto. & ibi not. de iureiuran.*

Secundo fallit, ſi debitor pendente iudicio cum creditore alienat rem hypothecatam: quia tunc hoc caſu etiam abſque alia excuſſione & ordine poterit creditor agere hypothecaria contra emptorem ipſius rei poſſeſſorem, *vt in l. diſtractis.* & *in Authent. hoc ita C. de pignor.* quod eſt intelligendum ſecundum gloſſ. & Barto. *in d. Authen. hoc ſi debitor.*

Tertio fallit, vbicunque debitor principalis eſſet abſens: quia tunc aliquo pacto non poſſet excuſſio fieri contra poſſeſſorem bonorum ſuorum, vt voluit gloſſ. notabilis *in d. Authent. hoc ſi debitor.*

Quarto fallit, quando debitor ſe conſtituit, & obligauit precario nomine creditoris ſui poſſidere, per

text *in l.fin.C.de acquir.poſſ.* & ibi not. Angel. quod intelligit ibi Bald. quando ageretur condictione ex illa lege: ſecus autem, ſi ageretur hypothecaria, vt ipſe not. *in l.1.C.de reuocan.his quæ in fraud.credit.*

Quinto fallit, quando eſſet certum & indubitatum principalem non eſſe ſoluendo, vt eſt gloſ.not. *in l. filius familias ſi certum pet.* & *in l decem.ff de verbor. obligat* quam nota notabiliter nota. ſufficit enim, quod adſit tempore litis conteſt. contentio poſſeſ. vnde ſi poſtea pendente iudicio principalis ſoluendo efficiatur, non redditur iudicium nullum, nec eſt amplius neceſſaria excuſſio, vt not. Paulus de Caſtro *in d.l.fin.* poſt Ange. Bald. *in l.peremptorias C.ſentent reſcind. non poſſ.* Et eſt ratio, quia quando negatiua eſt vera tempore probationis nõ poteſt poſtea probari cõtrariũ, vt dicit Bald. *in l.qui hypothec.C.ſi vendi.pignorat.agatur.* & facit text. *in l. litis conteſtata.ff de negoc.geſt.* & eſt gloſſ. *in l.illicitas, in fin de offic.præſid.* & *in l.niſi. hoc actum.ff. de pactis.* licet Ludouic.de Roman. *in l.ſtipulatio ff. de noui oper. nunciat.* teneat contrarium, de quo vide ibi per eum: nam abundè omnia diſcutit.

Sexto fallit, quando conuentus hypothecaria non opponit de excuſſione non facta, quia procedit iudicium, ex quo eſt conuentus, vt not.gl.Bartol. & Rapha. *in l.ſi mancipium ff de euict.* & Bartol. & Paulus de Caſtro *in d l final.* & etiam tenet Iacob. Butr. in quodam ſuo tracta, quem fecit in materia excuſſionum. & Angel. *in Authent.de fideiuſſoribus, in § ſed ne quid. collat.1.* & Bald. *in l.cum teſtamento C.de manumiſ. teſtamen.* tamen hoc caſu ipſe agens non poterit agere ſeu opponere, niſi in dubio ille probet principalem debitorem non eſſe ſoluendo. & ita notant Bald. & Bartol. *in l.2.C. de ſententijs.* & plene Paulus. de Caſtro. *in d.l decem. de verborum obligatio.* & *in d l fina.* & probat gloſſ. ſingul. *in d. l. niſi de pactis.* Si autem fuit oppoſitum excuſſionem non factam, & ea non obſtante iudex proceſſit ad vlteriora, iudicium erit nullum: quia

non

cuius non eſt in iudicis poteſtate, quod vigore legis permiſſum nõ videtur. *in l.1. § penult ff de pœn.* ſed ſi fuit appoſita, & replicauit agens, quòd non eſſet neceſſaria, etiamſi iudex nullo alio declarato proceſſit in cauſa, valet proceſſus: quia videtur illam exceptionem excepiſſe propter replicationem. ita not. Paulus de Caſtr. *in d.l fin. eod. tit.*

Septimò fallit dicta regula, quando creditor agit contra commodatarium vel diſpoſitarium rei ſibi hypothecatæ, vt eſt gloſſ. & ibi hoc notat Angel. *in d. §. ſed neque.* ſequitur Bald. *in d. Authent. hoc ſi debitor.*

Octauò fallit, quando bona debitoris ſunt extra territorium, ita quod de facili creditor illa conſequi non poteſt: ſecùs autem, ſi de facili habere poſſet. *l. præſenti. §. nunc autem, C. de his qui ad Eccl. confug.* & not. Ang. *in d. §. ſed neque.*

Nonò fallit, quando debitor habet bona in aliquo fortilitio, & propter eius poteſtatem non poſſunt capi, vt per gl. *in l. 2 ff qui ſatiſda. cog.* & not. Angel. *in d. §. ſed neque.* & *in d. l. 2.* vbi etiam not. Paul. de Caſt. & Bart.

Decimò fallit, quando debitor eſt adeò rixoſus, quòd difficulter poteſt ipſum conuenire, quia idoneus dicitur, & hbetur non tantùm ex facultatibus, ſed etiam ex fide, & conueniendi facilitate, vt *in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum aut Pamphylum ff. de verb. oblig. in § fi.* quod tenet Ang. & Raph. & Io. de Imo. *in d. l* 2. pro quo eſt tex *in l. ſi conuenerit, in § fi. ff pro ſoc.*

Vndecimo fallit, quando excuſatio fuit ſemel facta per vnum ex creditoribus: quia ſi alter vellet agere, non eſt opus noua excuſſione: cùm ſententia faciat notorium non eſſe ſoluendo, *vt l. emptorem. ff de actio. emp.* Ita tenet Iacob. de Aretin. & Angel. *in Authent. hoc ſi debitor.* qui idem dicit, ſi debitor pendente iudicio cum creditore alienauit rem hypothecatam, vt tunc non requiratur excuſſio. pro quo facit *l. 1. & 2. ibi poſita.* & *l. fi. de pignorib.*

Vltimò fallit, quando ex forma ſtatuti poteſt procedi,

cedi, vt fiat ſolennitate omiſſa, vt notat Bald. *in l. mancipium. §. 1. de euict. & per gloſſ. ibi.* pro quo facit text. *in gloſſ. in Authent. de fideiuſſ. in §. argentariorum.* quam allegat Angel. Aretin *in §. ſi quis in fraudem. Inſtit. de actio.*

REGVLA CLXXVIII.

EXECVTIO ſententiæ vel inſtrumenti, ex forma ſtatuti executionem habentis, contra ſingularem ſucceſſorem condemnati vel obligati peti non poteſt, ſed contra condemnatum ſeu obligatum, & eius hæredes ſic: etiamſi de his in eo mentio expreſſa facta non ſit: quia Titio nominato, & eius hæres nominatus eſſe videtur. Bald. *in l. 1. C. quor. legat.* & eſt gloſſ. *in l. ca lege. C. de condit. ob turp. cauſ.* & per Angel. *in l. ſi debitori. C. ſi aduerſ. credito.*

Primo fallit, niſi ipſe condemnatus vel obligatus in inſtrumento conſtituiſſet ſe creditoris nomine poſſidere: eo enim caſu etiam contra ſingularem ſucceſſorem poſſet exequi ſententiam vel inſtrumentum, etiam nõ excuſſo ſimpliciter vel principaliter obligato, vt not. Angel *in l. fin. ff. de acquir. poſſeſ.* per *Authen. hoc ſi debitor. C. de pignor.* debet tamen creditor prius probare illud ius executorium ſibi competere: & ideo oporteret prius ſingularem ſucceſſorem citare, & etiam docere quòd ſit talis, contra quem ſibi competat executio, vt not. Innocent. *in c. quia, extra, de iudic.* & Bald. *in l per diuerſas. C. mand.* Idem vult ſi vult exequi contra hæredem obligati, quia debet ipſum citari facere, & diſcutere, an ſit hæres ipſius vel ne, aliter autem non poſſet fieri executio, vt dicit Bald. *in d. l. per diuerſas.* Et per hoc limitatur dictum Bart. *in l. poſtulante. ff. ad Trebel* qui dicit, quod ſtatutum dictans quod ad petitionem creditoris debitor capi poſſit, debet intelligi

ligi prius diſcuſſ , an ſit hæres debitoris, vel non, alias captura ſaperet iniuriam, vt dicit Bald. *in d. l. per diuerſas*: ſecus autem eſſet in pacto: quia ſi per inſtrumentum debitor ſe obligat, vt poſſit capi ad inſtantiam creditoris, etiam præſuppoſito quòd tale pactum valeat, non poſſet hæredes debitoris virtute ipſius pacti capi, ita not. Bartol *in l. ſi fideiuſſerit. qui ſatiſd. cog.* & quæ ſit ratio differentiæ, quod ſtante ſtatuto debitor poſſit capi, & hæres eius poſſit capi. & ſtante pacto etiam valido non poſſet hæres capi, cogitabis. Et ad prædicta vide quod not. Barto. *in l. creditor. C. de pignor.*

REGVLA CLXXIX.

EXEMPLVM non probat. *c. 1. & ibi per glo. in fin. & Doct. extra, de fid. inſtrum.*

Primo failit, quando fuiſſet exemplatum authoritate iudicis, vt patet in d. glo. circa quod dic. vt per Canon. *in c. Alberi. extra, de teſtib.* & per eoſdem, *de fide inſtrum. c. fin. & C de eden. Authen. ſi quis in aliquo. C. de diuerſ. reſcrip. l 3.*

Secundo fallit in aliquibus alijs caſibus, de quibus per Dominum Ant. & Imol. *in d. c. 1. & in d. c. fina.*

REGVLA CLXXX.

EXPENDENS aliquid pro vno contra eius expreſſam voluntatem, etiam ſi in ſui vtilitatem vertatur, repeti non poteſt. *l. fin. C. de nego. geſt.* & *l. ſi propter. ff. mand.* & Bart. *in l. quamuis. ff. ſolut. matrimon.*

Primo fallit, quando quis mutuat aliquid filio alterius exiſtenti in ſtudio, & diligenter operam danti, vt peritus efficiatur, licet etiam contradicetur, vt eſt glo. ſing. *in l. item ſi §. quod. dicitur ff ad Maced. C. ad Macedo*[illegible] publice intereſt ſtudioſos in ciuitate habe[illegible] *proœm. Inſti. in § fin.* & Bart. *in l. 1, ad fin. ff. ſol. matrim.*

Secundo fallit, quando expenditur in fundo defuncti, licèt hæres contradicat, caſus eſt ſingul. *in l. ſed & ſi quis §. item Labeo ff. de relig.* vbi per Bald.

Tertio fallit, quando ſoluitur pro alio liberando à pœna perſonali, licèt contradicatur, ſecundùm Ioan. Andr. *in c. cùm laicus, de for. comp. lib. 6.* per Bart. *in l. Stichus, de pec. leg.*

Quarto fallit, ſi accedat medicus ad infirmum grauiter infirmatum, licèt contradicentem, ſeu alias impenſas in medicinis faciat: quia vtraque cauſa petitur merces, & repetuntur impenſæ. caſus eſt ſing. *in 83 diſt. in princ. in §. qui alias incipit, prouidendum.*

Quinto fallit, *in l. ſi quis mancipijs. §. ſi ille. ff. de inſtit.* ſecundùm Lud. de Rom. *in d. l. quamuis ff. ſol. matrim.*

Sexto fallit in caſu *d. l. quamuis.* licèt Rapha. Cuman. contradicat Bartol. dicens, quod eſſet in libertate contradicentis, vt maritus poſſit ſoluere dotem vnà ex illis cauſis, de quibus ibi limitando *d. l. 1. C. de negoc. geſt. ſecundùm eum.*

REGVLA CLXXXI.

EXPENSARVM condemnatio contra in ciuilibus cauſis ſuccumbentem fienda eſt, etiamſi de calumnia iurauerit, gl. & Doct. *in c. finem litibus. extrà, de dol. & contuma.* & *in l. eum quem temerè, de iud. cum ſimilib.*

Primo fallit, quando habuiſſet iuſtam cauſam litigandi: vt quia interueniſſet iuſſus Papæ, vt voluit Gul. *in Speculat. de expen. §. autem.* & voluit Ioan. Andre. *in d. c. finem litibus.* vel ſubeſſet alia rationabilis cauſa, ſeu iuſta ignorantia probata, aliter quàm per iuramentum: quia tunc excuſatur à condemnatione expenſarum, vt voluit gloſſ. & Hoſtien. *in d. c. finem litibus.* de quibus ibi latiùs per ipſum.

Secundo fallit, quando ipſe ſuccumbens probaſſet ali-

aliquid de intentione ſua, non tamen plenè, ſed ſemiplenè, vt in c. mulieri, de iureiurand. ſecundùm Ioan. Andre. pro quo facit quod habetur *in c. 2. extrà, de iuramen. calum.* & *l. actibus ff. de falſ.* cum ibi not. per Bartol. quod eſt verum, quando erat cauſa, in qua poterat deferri iuramentum: aliâs imputandum videtur ipſi mouenti litem, ex quo videbat ſe non poſſe probare, ſecundùm Imol. quod etiam videtur velle Bald. *in Authen generaliter. C. de Epiſcop. & cleric.* & dicitur idem eſſe, ſi alter probaſſet, vt ibi pleniùs per eum.

Tertio fallit *a*, quando perſona ſuccumbens eſſet religioſa & honeſta, ita quod non ſit veriſimile, quod iniuſtè petat, *extrà, de noui oper. nunciat. c. 2.* in hoc enim caſu & ſimilibus fit abſolutio ab expenſis, ſecundùm Ioan. Andre. *in d. c. finem litibus.* qui tamen dicit, quod cauſa, per quam fit abſolutio ab expenſis, eſt exprimenda, aliâs non valet, *vt in Authent de iudic. §. oportet, col 6.* quod dic, vt pleniùs *in c. examinata, extra, de iudic.* & *extrà, de re iudic. c. ſicut.* & hoc idem, vide quòd perſona religioſa & honeſta excuſatur ab expenſis, ſequitur Dom. Anton. *in d. c. finem litibus.* ſed Dom. Flor. in hoc tenet oppoſitum: quia ſi non apparet iuſta cauſa, ex qua ſuccumbit, præſumptio eſt contra eum, vt refert Ioan. de Imol. ſecundùm quem tamen videtur ſatis æqua opinio Ioan. Andre. quia tunc debet præſumi, quod fuit calumniator, etiamſi aliquis fuit vitæ honeſtæ, & magnæ conditionis, quod not. *ad d. c. 2.* ſed licèt non præſumatur, quod fuerit calumniator, tamen præſumitur quòd temerè egerit *b*, propter quod non excuſatur ab expenſis, *vt d. l. eum quem temerè. ff. de iudic.* & ideò verior videtur opinio ipſius Floriani.

ADDITIONES.

a Tertiò fallit. *Vide Franciſ. de Aret.* in conſil. 114. in vltimis verbis. *Bened. Vad.*

b Egerit. *Vide Abb.* in conſil. 85. in fin. *Bened. Vad.*

Quartò fallit quando fertur ſententia pro contumace abſente. *l. properãdum.* § *ſin autem. C. de iudic.* ſecundùm Imol. *in d. 4. fin. circa quod dic vt ibi not.*

Quintò fallit *c*, quando habens communem opin. pro ſe, ſuccubuiſſet, cùm talis dicatur habere iuſtam cauſam litigandi, propter quam excuſatur ab expenſis, *vt not. extrà, de elect. c. Romana.* Dom. Anton. quia hoc ſequitur *in d. c. finem litibus.* & infertur, quòd ſententia lata contra communem opinionem, valet ſecundùm Dom. Anto. & Nicol. ibid. circa quod dic, vt pleniùs not. *extr. de conſtit.*

ADDITIO.

c Quintò fallit. *Amplia hoc procedere etiamſi ſit opinio vnius Docto. excellentis, vt tenet Pet. de Anch.* in conſilio. 123. in fin. *pro vide etiam Do. Pet. Phil. Corn.* in conſil. 181. incip. viſa in litera R. in 3. parte.

REGVLA CLXXXII.

EXPENSÆ termino tranſacto negotij peti non poſſunt, niſi in fine de his mentio expreſſa habita ſit *l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſis.*

Primò fallit, vbi negocium ſit extractum à caſu: quia non eſt quod imputetur ipſi petenti ſi non petierit. *l. vtique. & ibi gl. ff. de rei vend.* Innocent. *in c. fin. extrà, de iuram. calum.*

Secundò fallit, vbi debetur vi actionis, non officio iudic. *l. 3. §. ſi rem. ff. de leg. 1.*

Tertio fallit, vbi eſt *d*, ſtatutum quod victus victori condemnetur in expenſis. gl. eſt ſing. *in d. §. ſi rem. in verbo, fortaſſis. de leg. 3.*

ADDITIO.

d Vbi eſt. *Qualiter autem taliter ſtatutum diſponens*

nens intelligitur, vide do. Iaſ. May. Inſt. de act. in §. actionum. nu. 53. *Benedict. Vad.*

Quarto fallit in ſententia interlocutoria: quia non expirat officium iudicis. ideo vbi talis eſt interlocutoria, quæ finiret negotium totaliter, non poſſent peti ſecundùm Bartolum.

Quinto fallit, vbi iudex ſupplere vellet ſecundum gl. *in d. l. terminato.* per *l. Paulus. de re iudi.* quod limita, quod tunc ſupplere poteſt, ſi ſit ſententia principalis: ſecùs ſi ſententia appellationis. quia ibi vertitur maius præiudicium ſecundùm Spec. *in tit. de expen §. poſtremo verſ.* 1.

Sexto fallit in caſu ſpeciali *l. cum qui. §. Iul. ff de conſtit. pec.* vbi intereſſet actori ſoluere priùs in vno loco, quàm in alio.

REGVLA CLXXXIII.

EXPENSÆ tam ante litem conteſtatã, quàm poſt *a*, officio iudicis petuntur, glo. & Doct. *in c. finem litibus. extrà de dolo & contu.* facit text. *in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen.*

ADDITIO.

a. Quàm poſt. *Sed quid ſi à iudi. poſt detentionem app. ibi omiſſæ fuerint, an tunc per victorem officio iud. peti poſſunt? vide* Felin. in c. ſignificauerunt. de except. in 6. col. verſ. demum, circa med. verſ. vbi refert Rotam tempore ſuo conſuluiſſe, *& quo iure petantur, vide per eum* in c. penul. in fin. 3. col. verſic. ad illud. de petit. eod. titu.

Primo fallit, quando eſſent promiſſæ in inſtrumẽto: cum tunc peti poſſint iure actionis *b*, etiã poſt ſententiam latam ſuper principali, *l. 3. §. fin. ff de leg. 3.*

ADDITIO.

b Actionis. *Et cuius importantiæ & effectus ſit, quãdo magis iure actionis quã officio iudicis peti poſſint. Vide dom. Iaſo. May.* Inſt. de actio. in §. actio. nũ. 53.

Secun-

REGVLA CLXXIIII.

Excommunicatus vel ſuſpenſus iniuſtè ſeu nulliter debet recuperare fructus. *c. ſuper cauſa.* 2. *quæſt.* 5. & ibi Dominic. & Specu. *in tit. de fruct. & inter.* § *fin. in fin.*

Primò fallit, niſi taliter excommunicatus vel ſuſpenſus eligeretur extra territorium ſuſpenderis, vel adminiſtraret in beneficio, quod habet alibi, vt per Card. *in Clem. vt hi qui, de æta. & qualit.* ſecùs in ſuſpenſo ab officio: quia vbique operabitur illa ſuſpenſio, vt per Imo. *in Clemen.* 1. *de vita & honeſt cler.*

Secundò fallit, niſi eſſet ſuſpenſus ab officio & beneficio ſimul, vt per gl. *in c. presbyterorum.* 28. *diſtinct.*

REGVLA CLXXV.

Excommunicatus regulariter agere non poteſt, *c. intelleximus* a. *de iudic.*

ADDITIO.

a Intelleximus. *Vbi omninò vide Feli.* qui hanc reg. per 14. declarat. no. expedit. *Ben. Vad.*

Primo fallit, quando reus eſt contentus, vt agat: quia tunc non debet eum repellere: nam ſi excommunicatus diffamaret me, quod eſſem debitor ſuus, poſſum facere quod iudex præfigat ſibi terminum, vt agat contra me & probet me debitorem ſuum: vt per Hoſt, *in c. exceptionem. de exceptionibus.*

Secundo fallit, quando debitor excommunicatus eſſet ſuſpectus: quia tunc poſſet agere, vt not. Abb. *in c. cum inter. de exceptionib.*

Tertio fallit, quando excõmunicatus poteſt cedere actiones ſuas alteri non excommunicato contra debitorem ſuum: vt eſt gl. *in c.* 1 *de iure patronat. lib.* 6.

Quarto fallit *b* quia poteſt implorare officium iudi, facit quod not. *in l.* 1. §. 4. *ff. quod vi aut clam.* & *in l.* 1. *C. de iur. & facti ignor.*

ADDI-

ADDITIO.

b Fallit. *Huic fallent. adde* Felin. in c.cùm inter. in fin. de col. de excep. *vbi etiam* in 9. col. *ponit. an audiatur ſi actio ſit tempore peritura.* & *vide eum* in c. ſi aliquando. poſt prin. verſ. 2. quærit. circa princ. verſ. ibi item in materia. de ſentent. excommun. *vbi ponit, an habilitari videatur vt agere poßit, ſi Papa det ſibi iudicem.*

REGVLA CLXXVI.

EXCOMMVNICATVS etiam maiori excommunicatione regulariter teſtari poteſt *c*, tenet Barto. *in l. ſi quæramus. in fin. ff. de teſtament.* & Petr. de Anchar. *in c. pia. de excepti. in 6.* & Iacob. de Bel. *in Authen. de ſanc. epiſco. §. omnis.* & Ioann. de Imol. *in c. decernimus, de iudic.* & Freder. de Sen. *in conſil. 72. & in conſil. 53.* & Bald. *in d. l. ſi quæramus,* & *in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſi.* & Cardin. Zaba. *in c. perpendimus. de ſententia excommunicationis.*

ADDITIO.

c Poteſt. *Vide* Feli. in c. cum voluntate. in 2. colum. poſt prin. verſi. extra glo. tangit hoc Imol. de ſent. excom. *&* in c. ad probandum de re iudi. in 1. col. in verſicu. de geſtis. *Ben. Vad.*

Primò fallit niſi quis fuiſſet excommunicatus in crimine hæreſis, & in ea excommunicatione ſtetiſſet per annum: quia tunc talis excommunicatus nullo modo poterit teſtari: vt eſt caſus *in Authen. credentes. C. de hereticis.* & tenet Bart. *in l. is. cui. §. ſi quis ob crimen. ff. de teſtamentis.*

Secundò fallit, niſi quis eſſet excommunicatus

propter vſuras: quia erat vſurarius: nã tunc talis excõmunicatus non poterit teſtari, etiam ad pias cauſas. ita quod talia relicta non habeant priuilegium, quod datur in relictis ad pias cauſas, de quibus *in Auth. ſi quã mulier. C. ad leg. Falcidiam.* niſi præſtita cautione. de qua *in c. quanquam de vſuris. in* 6. ita tenuit Bartol. *in l. 1. in* 10. *col. C. de ſacroſanct. eccleſiis.* quia conſtat ipſum in peccato mortali eſſe mortuum: & ideò relicta per eum ad pias cauſas non ſunt recipienda, nec ea relicta admittit eccleſia, *vt in c. in omnibus. de vſuris.* vnde non poteſt pio loco relinquere, cum relinquens non ſit in vnitate eccleſiæ: nec tale teſtamentum valet, niſi præſtita cautione, de quo per Bald. *in l. executorem. in* 2. *colu. de excepti. rei iudic.* ſed contrarium conſulendo tenuit Anton. de Butr. *in conſil. incip. in nomine Patris, ad primum dubium.* & Innocen. *in c. conſideres, de ſentent. excommun. lib.* 6. vbi tenet, quòd licèt excommunicatus prohibeatur teſtari, pro anima tamen tale teſtamentum valet, quod etiam videtur tenere Bald. qui in hoc fuit ſibijpſi contrarius *in d. c conſideres, de ſentent. excommun.* & *d. l.* 1. *de ſacroſanct. eccleſ.* vbi dicit, quod valet tale relictum, & gaudet priuilegio relictorum ad pias cauſas: cùm tale priuilegium detur non ratione relinquentis, ſed ratione eius cui relinquitur. & allegat ad hoc text. *in l. ſi non lex. ff de hared. inſtituen.* de materia vltrà prædicta habetur per Abbatem *in Rubric. de teſtament.* & per Innocen. *in c. quia ingredientibus, eodem tit.* & *per gl. in Clement.* 1. *in verbo, manifeſt. de ſepult.* Bald. *in l. hac conſults. C. de teſtib.* vbi dicit, quod non valet ſtatutum, quod vſurarius poſſit liberè teſtari. & habetur per Ioan. Andr. *in Clement. peccatum, in mercurialib.* & per Federic. de Sen. *in ſuo conſil.* & vltimò habetur per Fulgoſ. *in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinit. & fide Cathol.* Bald. *in l. 1. C. de conſtit. pecun. per Specul. in tit. de inſtrum. edit. in §. compendiosè, in verſi.* 21. per Bald. *in repet. l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

per

per Innoc. *in c. plerique, de immun. eccleſ.* per glo. Pet. de Anch. & per Paul. de Leazar. *in Clement. de vſuris.* & de aliis concordantibus.

REGVLA CLXXVII.

Excvssio antequàm ad fideiuſſorem vel poſſeſſorem deueniatur, prius contra principalem debitorem fieri requiritur a. *Authent. præſente. C. de fideiuſſ.* & *in Authent. hoc ſi debitor. C. de pigno*

Additio.

a Requiritur. *Vide Iaſ. Mayn.* Inſtitut. de act. §. item ſi quis, num. 67. *& remiſsiones quas ego Benedict. Vad. ibidem dedi* in Apoſt. *quibus adde Dom. Pet. Phil. Corn.* in conſ. 109. incip. viſo, in prin. in litera A. & B. in 1. parte.

Primo fallit, quando fideiuſſor interponeret iuramentum de ſoluendo pecuniam creditori: tunc enim vt iuramentum aliquid operetur, non poteſt fideiuſſor opponere, quod prius debeat fieri excuſſio in bonis principalis debitoris. hoc ſingulariter probat text. *in c. ex reſcripto. & ibi not. de iureiuran.*

Secundo fallit, ſi debitor pendente iudicio cum creditore alienat rem hypothecatam: quia tunc hoc caſu etiam abſque alia excuſſione & ordine poterit creditor agere hypothecaria contra emptorem ipſius rei poſſeſſorem, *vt in l. diſtractis* & *in Authent. hoc ita C. de pignor.* quod eſt intelligendum ſecundum gloſſ. & Barto. *in d. Authen. hoc ſi debitor.*

Tertio fallit, vbicunque debitor principalis eſſet abſens: quia tunc aliquo pacto non poſſet excuſſio fieri contra poſſeſſorem bonorum ſuorum, vt voluit gloſſ. notabilis *in d. Authent hoc ſi debitor.*

Quarto fallit, quando debitor ſe conſtituit, & obligauit precario nomine creditoris ſui poſſidere, per

text. *in l. fin. C. de acquir. poſſ.* & ibi not. Angel. quod intelligit ibi Bald. quando ageretur condictione ex illa lege: ſecus autem, ſi ageretur hypothecaria, vt ipſe not. *in l. 1. C. de reuocan. his quæ in fraud. credit.*

Quinto fallit, quando eſſet certum & indubitatum principalem non eſſe ſoluendo, vt eſt gloſ. nor. *in l. filius familias ſi certum pet.* & *in l. decem. ff. de verbor. obligat.* quam & notabiliter nota. ſufficit enim, quod adſit tempore litis conteſt. contentio poſſeſ. vnde ſi poſtea pendente iudicio principalis ſoluendo efficiatur, non redditur iudicium nullum, nec eſt amplius neceſſaria excuſſio, vt not. Paulus de Caſtro *in d. l. fin.* poſt Ange. Bald. *in l. peremptorias. C. ſentent. reſcind. non poſſ.* Et eſt ratio, quia quando negatiua eſt vera tempore probationis nō poteſt poſtea probari cōtrariū, vt dicit Bald. *in l. qui hypothec. C. ſi vendi. pignorat. agatur.* & facit text. *in l. litis conteſtatæ. ff. de negoc. geſt.* & eſt gloſſ. *in l. illicitas, in fin. de offic. præſid.* & *in l. niſi. hoc actum. ff. de pactis.* licet Ludouic. de Roman. *in l. ſtipulatio. ff. de noui oper. nunciat.* teneat contrarium, de quo vide ibi per eum: nam abundè omnia diſcutit.

Sexto fallit, quando conuentus hypothecaria non opponit de excuſſione non facta, quia procedit iudicium, ex quo eſt conuentus, vt not. gl. Bartol. & Rapha. *in l. ſi mancipium. ff. de euict.* & Bartol. & Paulus de Caſtro *in d. l. final.* & etiam tenet Iacob. Butr. in quodam ſuo tracta. quem fecit in materia excuſſionum. & Angel. *in Authent. de fideiuſſoribus, in § ſed ne quid. collat. 1.* & Bald. *in l. cum teſtamento. C. de manumiſ. teſtamen.* tamen hoc caſu ipſe agens non poterit agere ſeu opponere, niſi in dubio ille probet principalem debitorem non eſſe ſoluendo. & ita notant Bald. & Bartol. *in l. 2. C. de ſententijs.* & plene Paulus. de Caſtro. *in d. l. decem. de verborum obligatio.* & *in d. l. fina.* & probat gloſſ. ſingul. *in d. l. niſi de pactis.* Si autem fuit oppoſitum excuſſionem non factam, & ea non obſtante iudex proceſſit ad vlteriora, iudicium erit nullum: quia non

quia non eſt in iudicis poteſtate, quod vigore legis permiſſum nõ videtur. *in l.* 1. *§ penult ff. de pœn.* ſed ſi fuit admiſſa, & replicauit agens, quòd non eſſet neceſſaria, et [illegible] nullo alio declarato proceſſit in cauſa, valet proceſſus: quia videtur illam exceptionem excepiſſe propter replicationem. ita not. Paulus de Caſtr. *in d. l. fin. eod. tit.*

Septimò fallit dicta regula, quando creditor agit contra commodatarium vel diſpoſitarium rei ſibi hypothecatæ, vt eſt gloſſ. & ibi hoc notat Angel. *in d. §. ſed neque.* ſequitur Bald. *in d. Authent. hoc ſi debitor.*

Octauò fallit, quando bona debitoris ſunt extra territorium, ita quod de facili creditor illa conſequi non poteſt: ſecùs autem ſi de facili habere poſſet. *l. præſenti. §. nunc autem, C. de his qui ad Eccl. confug.* & not. Ang. *in d. §. ſed neque.*

Nonò fallit, quando debitor habet bona in aliquo fortilitio, & propter eius poteſtatem non poſſunt capi, vt per gl. *in l.* 2 *ff qui ſatiſda. cog.* & not. Angel. *in d. §. ſed neque.* & *in d. l.* 2. vbi etiam not. Paul. de Caſt. & Bart.

Decimò fallit, quando debitor eſt adeò rixoſus, quòd difficulter poteſt ipſum conuenire, quia idoneus dicitur, & hbetur non tantùm ex facultatibus, ſed etiam ex fide, & conueniendi facilitate, vt *in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum aut Pamphylum. ff. de verb. oblig. in § fi.* quod tenet Ang. & Raph. & Io. de Imo. *in d. l* 2. pro quo eſt tex. *in l. ſi conuenerit, in § fi. ff pro ſoc.*

Vndecimo fallit, quando excuſatio fuit ſemel facta per vnum ex creditoribus: quia ſi alter vellet agere, non eſt opus noua excuſſione: cùm ſententia faciat notorium non eſſe ſoluendo, *vt l. emptorem. ff de actio. emp.* Ita tenet Iacob. de Aretin. & Angel. *in Authent. hoc ſi debitor.* qui idem dicit, ſi debitor pendente iudicio cum creditore alienauit rem hypothecatam, vt tunc non requiratur excuſſio. pro quo facit *l.* 1. *&* 2. *ibi poſita.* & *l. fi. de pignorib.*

Vltimò fallit, quando ex forma ſtatuti poteſt procedi,

cedi, vt fiat ſolennitate omiſſa, vt notat Bald. *in l. mancipium. §. 1. de auict.* & *per gloſſ. ibi.* pro quo facit text. *in gloſſ. in Authent. de fideiuſſ. in §. argentariorum.* quam allegat Angel. Aretin *in §. ſi quis in fraudem. Inſtit. de actio.*

REGVLA CLXXVIII.

EXECVTIO ſententiæ vel inſtrumenti, ex forma ſtatuti executionem habentis, contra ſingularem ſucceſſorem condemnati vel obligati peti non poteſt, ſed contra condemnatum ſeu obligatum, & eius hæredes ſic: etiamſi de his in eo mentio expreſſa facta non ſit: quia Titio nominato, & eius hæres nominatus eſſe videtur. Bald. *in l. 1. C. quor. legat.* & eſt gloſſ. *in l. cæ lege. C. de condit. ob turp. cauſ.* & per Angel. *in l. ſi debitori. C. ſi. aduerſ. credito.*

Primo fallit, niſi ipſe condemnatus vel obligatus in inſtrumento conſtituiſſet ſe creditoris nomine poſſidere: eo enim caſu etiam contra ſingularem ſucceſſorem poſſet exequi ſententiam vel inſtrumentum, etiam nõ excuſſo ſimpliciter vel principaliter obligato, vt not. Angel *in l. fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* per *Authen. hoc ſi debitor. C. de pignor.* debet tamen creditor prius probare illud ius executorium ſibi competere: & ideo oporteret prius ſingularem ſucceſſorem citare, & etiam docere quòd ſit talis, contra quem ſibi competat executio, vt not. Innocent. *in c. quia, extra, de iudic.* & Bald. *in l per diuerſas. C. mand.* Idem vult ſi vult exequi contra hæredem obligati, quia debet ipſum citari facere, & diſcutere, an ſit hæres ipſius vel ne, aliter autem non poſſet fieri executio, vt dicit Bald. *in d. l. per diuerſas.* Et per hoc limitatur dictum Bart. *in l. poſtulante. ff. ad Trebel.* qui dicit, quod ſtatutum dictans quod ad petitionem creditoris debitor capi poſſit, debet intelligi

ligi prius diſcuſſ , an ſit hæres debitoris, vel non, alias captura ſaperet iniuriam, vt dicit Bald. *in d, l. per diuerſas:* ſecus autem eſſet in pacto: quia ſi per inſtrumentum debitor ſe obligat, vt poſſit capi ad inſtantiam creditoris, etiam præſuppoſito quòd tale pactum valeat, non poſſet hæredes debitoris virtute ipſius pacti capi, ita not. Bartol *in l. ſi fideiuſſerit. qui ſatiſd. cog.* & quæ ſit ratio differentiæ, quod ſtante ſtatuto debitor poſſit capi, & hæres eius poſſit capi. & ſtante pacto etiam valido non poſſet hæres capi, cogitabis. Et ad prædicta vide quod not. Barto. *in l. creditor. C. de pignor.*

REGVLA CLXXIX.

EXEMPLVM non probat. *c. 1. & ibi per glo. in fin. & Doct. extra, de fid. inſtrum.*

Primo fallit, quando fuiſſet exemplatum authoritate iudicis, vt patet in d. glo. circa quod dic. vt per Canon. *in c. Alberi. extra, de teſtib.* & per eoſdem, *de fide inſtrum. c. fin. & C de eden. Authen. ſi quis in aliquo. C. de diuerſ. reſcrip. l 3.*

Secundo fallit in aliquibus alijs caſibus, de quibus per Dominum Ant. & Imol. *in d. c. 1. & in d. c. fina.*

REGVLA CLXXX.

EXPENDENS aliquid pro vno contra eius expreſſam voluntatem, etiam ſi in ſui vtilitate n vertatur, repeti non poteſt. *l. fin. C. de nego. geſt.* & *l. ſi propter. ff. mand.* & Bart. *in l. quamuis. ff. ſolut. matrimon.*

Primo fallit, quando quis mutuat aliquid filio alterius exiſtenti in ſtudio, & diligenter operam danti, vt [illegible] efficiatur, licet etiam contradicetur, vt eſt glo. ſin. *in l. item ſi §. quod. dicitur ff ad Maced. C. ad Macedo-* [illegible] ia publice intereſt ſtudioſos in ciuitate habere, [illegible] *proœm. Inſti. in § fin.* & Bart. *in l. 1. ad fin. ff. ſol. matrim.*

Secundo fallit, quando expenditur in fundo defuncti, licèt hæres contradicat, caſus eſt ſingul. *in l. ſed & ſi quis §. item Labeo ff. de relig.* vbi per Bald.

Tertio fallit, quando ſoluitur pro alio liberando à pœna perſonali, licèt contradicatur, ſecundùm Ioan. Andr. *in c. cùm laicus, de for. comp. lib. 6.* per Bart. *in l. Stichus, de pec. leg.*

Quarto fallit, ſi accedat medicus ad infirmum grauiter infirmatum, licèt contradicentem, ſeu alias impenſas in medicinis faciat: quia vtraque cauſa petitur merces, & repetuntur impenſæ. caſus eſt ſing. *in 83 diſt. in princ. in §. qui alias incipit, prouidendum.*

Quinto fallit, *in l. ſi quis mancipijs, §. ſi ille. ff. de inſtit.* ſecundùm Lud. de Rom. *in d. l. quamuis ff. ſol. matrim.*

Sexto fallit in caſu *d. l. quamuis.* licèt Rapha. Cuman. contradicat Bartol. dicens, quod eſſet in libertate contradicentis, vt maritus poſſit ſoluere dotem vnà ex illis cauſis, de quibus ibi limitando *d. l. 1. C. de negoc. geſt. ſecundùm eum.*

REGVLA CLXXXI.

EXPENSARVM condemnatio contra in ciuilibus cauſis ſuccumbentem fienda eſt, etiamſi de calumnia iurauerit, gl. & Doct. *in c. finem litibus. extrà, de dol. & contuma. & in l. eum quem temerè, de iud. cum ſimilib.*

Primo fallit, quando habuiſſet iuſtam cauſam litigandi: vt quia interueniſſet iuſſus Papæ, vt voluit Gul. *in Speculat. de expen. §. autem.* & voluit Ioan. Andre. *in d. c. finem litibus.* vel ſubeſſet alia rationabilis cauſa, ſeu juſta ignorantia probata, aliter quàm per iuramentum: quia tunc excuſatur à condemnatione expenſarum, vt voluit gloſſ. & Hoſtien. *in d. c. finem litibus.* de quibus ibi latiùs per ipſum.

Secundo fallit, quando ipſe ſuccumbens probaſſet ali-

aliquid de intentione ſua, non tamen plenè, ſed ſemiplenè, vt in c. mulieri, de iureiurand. ſecundùm Ioan. Andre. pro quo facit quod habetur *in c. 2. extrà, de iuramen. calum.* &. *l actibus ff. de falſ.* cum ibi not. per Bartol. quod eſt verum, quando erat cauſa, in qua poterat deferri iuramentum: aliâs imputandum videtur ipſi mouenti litem, ex quo videbat ſe non poſſe probare, ſecundùm Imol. quod etiam videtur velle Bald. *in Authen. generaliter. C. de Epiſcop. & cleric.* & dicitur idem eſſe, ſi alter probaſſet, vt ibi pleniùs per eum.

Tertio fallit *a*, quando perſona ſuccumbens eſſet religioſa & honeſta, ita quod non ſit veriſimile, quod iniuſtè petat, *extrà, de noui oper. nuntiat. c. 2.* in hoc enim caſu & ſimilibus fit abſolutio ab expenſis; ſecundùm Ioan. Andre. *in d. c. finem litibus.* qui tamen dicit, quod cauſa, per quam fit abſolutio ab expenſis, eſt exprimenda, aliâs non valet, *vt in Authent. de iudic. §. oportet, col 6.* quod dic. vt pleniùs *in c. examinata, extra, de iudic.* & *extrà, de re iudic. c. ſicut.* & hoc idem, vide quòd perſona religioſa & honeſta excuſatur ab expenſis, ſequitur Dom. Anton. *in d. c. finem litibus.* ſed Dom. Flor. in hoc tenet oppoſitum: quia ſi non apparet iuſta cauſa, ex qua ſuccumbit, præſumptio eſt contra eum, vt refert Ioan. de Imol. ſecundùm quem tamen videtur ſatis æqua opinio Ioan. Andre. quia tunc debet præſumi, quod fuit calumniator, etiamſi aliquis fuit vitæ honeſtæ, & magnæ conditionis, quod not. *ad d. c. 2.* ſed licèt non præſumatur, quod fuerit calumniator, tamen præſumitur quòd temerè egerit *b*, propter quod non excuſatur ab expenſis, *vt d. l. eum quem temerè. ff. de iudic.* & ideò verior videtur opinio ipſius Floriani.

ADDITIONES.

a Tertiò fallit. *Vide Franciſ. de Aret.* in conſil. 114. in vltimis verbis. *Bened. Vad.*

b Egerit. *Vide Abb.* in conſil. 85. in fin. *Bened. Vad.*

nens intelligitur, vide do. Iaſ. May. Inſt. de act. in §. actionum. nu. 53. *Benedict. Vad.*

Quarto fallit in ſententia interlocutoria: quia non expirat officium iudicis. ideo vbi talis eſt interlocutoria, quæ finiret negotium totaliter, non poſſent peti ſecundùm Bartolum.

Quinto fallit, vbi iudex ſupplere vellet ſecundum gl. *in d. l. terminato.* per *l. Paulus. de re iudi.* quod limita, quod tunc ſupplere poteſt, ſi ſit ſententia principalis: ſecùs ſi ſententia appellationis. quia ibi vertitur maius præiudicium ſecundùm Spec. *in tit. de expen §. poſtremo verſ. 1.*

Sexto fallit in caſu ſpeciali *l. cum qui. §. Iul. ff. de conſtit. pec.* vbi intereſſet actori ſoluere priùs in vno loco, quàm in alio.

REGVLA CLXXXIII.

EXPENSÆ tam ante litem conteſtatã, quàm poſt *a*, officio iudicis petuntur, glo. & Doct. *in c. finem litibus. extrà de dolo & contu.* facit text. *in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen.*

ADDITIO.

a. Quàm poſt. *Sed quid ſi à iudi. poſt detentionem app. ibi omiſſæ fuerint, an tunc per victorem officio iud. peti poſſunt? vide* Felin. in c. ſignificauerunt. de except. in 6. col. verſ. demum, circa med. verſ. vbi refert Rotam tempore ſuo conſuluiſſe, *& quo iure petantur, vide per eum* in c. penul. in fin. 3. col. verſic. ad illud. de petit. eod. titu.

Primo fallit, quando eſſent promiſſæ in inſtrumẽto: cum tunc peti poſſint iure actionis *b*, etiã poſt ſententiam latam ſuper principali, *l. 3. §. fin. ff. de leg. 3.*

ADDITIO.

b Actionis. *Et cuius importantiæ & effectus ſit, quãdo magis iure actionis quã officio iudicis peti poſſint. Vide domi. Iaſo. May.* Inſt. de actio. in §. actio. nũ. 53.

Secun-

De litera F.

REGVLA CLXXXV.

FACERE quod mihi prodeſt & ſibi non nocet, ſi contractus de iure præceſſit, quis cogi poteſt. ſecus autem ſi lucrari aut damnum euitare volo. *l. in creditore. ff. de euictio. dot. in gloſſ. l. 2. ff. ſolu. matri.* & *in l. fi. ff. de vſu & hab.* & *l. nec creditoris. C. de nouat.*

Primo fallit fauore vltimæ voluntatis. *l. quia poterat. ff ad Trebell.* & etiam fallit in dote *d. l. 2.* Secundo autẽ caſu aut ad finem reformandi ꝙ primo erat. & tunc cogor. *l. chirographis. cum glo. ff. de admin. tut.* & *l. 2. §. idem Varus. ff. de aqua plu. ar.* aut vt de nouo faciam, & non cogor, vt puta vult quod vendam ſibi viam ad fundum, cum aliunde ire non poſſit. *l. binas. ff. de ſerui. ruſti. præd.*

Secundo fallit fauore religionis & ſumptuum funerum: & hoc eſt argum. an vaſallus ad petitionem domini cogatur alteri promittere fidelitatem: vt per Bartol. & Imol. *in d. l. 2.* vnde hæc attendenda ſunt, quia nedum in vltima voluntate & in dote, ſed etiam in his & in alijs caſib. compellatur quis vendere rem ſuam ſeu ius ſuum transferre.

REGVLA CLXXXVI.

FACTVM à maiori parte regulariter ab omnibus factum eſſe cenſetur. tex. gl. & Bart. *in l. quod maior. ff. ad municipalem.*

Primo fallit in datione coadiutorum: quia in ipſa datione non ſufficeret maior pars, ſed requiruntur duæ partes ipſius capituli: vt eſt tex. *in c. 1. circa prin. de cleric. ægrot. lib. 6.*

Secun-

Secundò fallit, dicta regula in poſtulatione, quæ concurrit cum electione: quia tunc etiam illo caſu requiruntur duæ partes: vt eſt tex. *in c. ſi. ſcriptum. de elect.* & tenet gloſſ. *in d. c. 1. de cleri. ægrot.*

Tertiò fallit in confirmatione officialis, quæ non poteſt fieri à maiori parte, niſi omnes, ad quos ſpectat dicta electio, ſint concordes. vt eſt text. not. *in Auth. de defen. ciui. §. fin.* & illum text. allegat Ang. pro ſingulari *in l. iuris gentium. §. ſi. ff. de pactis.*

Quartò fallit vbicunque maior pars aliquod contrarium faceret de iure communi: quia tunc omnes debent conſentire ſecundùm Innoc. *in c. humilis. de maior. & obedien.* pro quo facit text. *in c. cùm omnes. de conſtitu.* & ibi hoc tenent Docto. licèt Bald. tenuerit contrarium *in l. 1. C. de authoritate præſtanda.*

Quintò fallit vbicunque maior pars vniuerſitatis vellet extrahere aliquem de banno, vel aliam gratiam voluntariam facere: quia hoc etiam caſu omnes deberent conſentire. ita tenēt communiter Doct. *in d. c. cùm omnes. de conſtitutionib.* quamuis Abb. Sicu. & Cardin. ibi teneant contrarium.

Sexto fallit in pluribus creditoribus remittentibus partem debiti: quia iſta remiſſio facta à maiori parte, non habet nocere vni fideiuſſori habenti fideiuſſorem vel mandatorem, vt eſt caſus not. *in l. fin. in § 1. ff. mand.* Aliæ limitationes traduntur per gloſſ. & Doct. *in d. l. quod maior.* & de iſta materia quotidiana habetur per Bart *in l. omnes populi. in 1. quæſt in verſic 3. quæritur. ff. de iuſt. & iure.* & per gloſſ. & Docto. *in d. c. cùm omnes* & per Bald. *in Auth. hoc ius porrectum. in 3. colu C. de ſacr. ſanct. eccleſ.* & per Bald. & Ange. *in l. non ambigitur ff. de leg.* & per Bald. *in addit. Specul. in tit. de inſtrum. edit. in vltim. col.* & per Bald. *in l. fin. in princi. C communia de leg* & *in l vidua. C. de nup.* & *in l id quod pauperibus. C. de epiſc. & cler.* & per Doct. *in c. fin de maio. & obed.* & per Docto. *in c. quapropter. de ætate & qualitate.* & per omnes canoniſtas *in c. coram. & in c. ingreſſi. de elect.* & ſingulariter per Paul. & Bart *in l Marcellus. ff. de fideiu.* &

per

[illegible] *in c. cum apoſtolica. 16 diſtinct. & in c. 1. de iudic. in* [illegible] *in c. canoni. 18. diſtincti. & in c. 2. de noui operis* [illegible].

ADDITIO.

a Cum omnes. *Vbi vide omnino* Feli. in 10. col. *qui ponit 14. fallent. ad prædictam regulam. Ben. Vad.*

REGVLA CLXXXVII.

FAMA cum vno teſte in ciuili cauſa probat *b*, ſed ſine teſte probationem ſemiplenam inducit. gloſſ. *in c. 1. extrà de appella.* & *l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſtib.* & gloſſ. & Docto. *in c. veniens. el* 1. *extrà de teſtibus.*

ADDITIO.

b Probat. *Vide limitationes poſitas per* Feli. in d. c. veniens. circa prin. 2. col. verſi. 1. concluſio, extra de teſtib. *& vide Lud. Rom.* in conſil. 7. *& Felin.* l. cùm oporteat. in 10. col. de accuſ. *& adde Bald.* in conſi. 123. in 3. part. *quod fama debet eſſe efficax, non leuis & nuda. Bened. Vad.*

Primò fallit hæc regula in nonnullis caſibus, quos enumerant canoniſtæ *in d. c. veniens.* vbi etiam ponunt plenè, quando fama probet, & an in criminali cauſa probet: vbi concluditur quod non, per nonnulla iura, de quibus ibi per Doct. Primò igitur fallit, quando ipſa fama non traxiſſet originem ex aliqua præſumptione veriſimili, ſed ex quadam vana voce populi: cùm tunc non probet plenè nec ſemiplenè: cùm ſit potiùs vana vox populi, quæ exaudienda non eſt. *l. decurionum. C. de pœnis.* licèt aliud ſit quando illa fama traxiſſet originem ex indicijs & coniecturis veriſimilibus & apparentibus: cùm tunc ſemiplenam probationē inducat, & in quibuſdā alijs, ſi iudici videbitur: ita quod

iudex

iudex arbitratur an ſemiplenam probationem faciat, quod eius arbitrio relinquitur, vt voluit Bart. *in l. de minore.* § *tormenta ff de quæſtionibus.*

Secundò fallit, quando teſtes deponentes ſuper ipſa fama, non redderent cauſam ſui dicti. debent enim reddere ſufficientem cauſam, ad hoc vt ipſa fama ita probata operetur & ſemiplenam probationem inducat: vt voluit no. Innoc. *in c. cum oporteat. de accuſ.* & hoc voluit Bal. *in l. proprietatis. C. de proba* quod dic vt plenè per Canon. *in c. cùm cauſam. extrà de teſtib.*

Tertiò fallit, quando cum ipſa fama concurrerent ita expreſſa argumenta & indicia coniecturata quæ & ipſa plenè probant, vt voluit Ioa. And. *in addit Spec. in tit. de notorio crimine.* §. *fama. verſi. quod ſi agente.* & not. *in l. indicia C de rei vendicat.*

Quartò fallit in caſibus ciuilibus leuibus, ſeu modici præiudicij: cum in eis fama orta ex veriſimili probatione probet non ſolum ſemiplenè, ſed etiam plenè, vt putà, in reſtitutione dotis marito vergente ad inopiam ex fama: vt voluit gl. *in l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* & not. *in l. ſi conſtante ff. ſolu. matrim.* & *extra de probat. c. cum cauſam.* de quo etiam per Bart. *in l. 2.* § *ſi dubitatur ff. quemadmod. teſtam. aper.*

Quintò fallit, quando eſſet materia, in qua ipſa fama ſeu opinio communis tribuat ex eius verbis certum intellectum: cùm tunc ſufficiat quòd ipſa probetur: vt *l Labe ff. de ſup. leg.* & *l cum de lanionis* §. *aſinam. ff. de fun. inſtruc.* ſecundum dom. Ant, *in d. c. veniens.* in quo autem differat fama à communi opinione, not. per Io. Andr. *in Addit. Spec,* & per Ant. *in c. veniens, extrà, de coha. cleric. & mulier.*

Sexto fallit, vbi aduerſatur fauor publicus præferens opinionem veritati: vt in caſu *l. Barbar. ff. de officio præſidis.* ſecundùm dom. Nicol. *in d. c. veniens.*

Septimo fallit, quando ipſa fama emanat ſuper factis antiquis excedentibus memoriam: vt eſt ſi exce-

dat

dat metam centum anno. cum tūnc plenè probet: *vt ff. de proba. l. ſi arbiter*, & vt nota. *in l. in ſumma. §. ſi idē Labeo ff de aqua pluu. arcen.* & Innoc. *in c. quod per nouale. & c. veniens de verb. ſignificat.*

REGVLA CLXXXVIII.

FAMA in factis antiquis regulariter non plene probat c. *gloſſ. in l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſt.* & quod habetur *in c. tam literis. extra eod. tit.* Innoc. & d. Nicol. *in c. veniens. eod. titu.* & per Io. And. *in c. licet cauſam. extra de proba.* Bald. *in l. emancipatus. C. de fide inſtru.* & *in l. cum ſuper. C. de rei vendic.*

ADDITIO.

c Non plenè probat. *Vide do. Pet. Phil. Corn.* in conſil. 304. incip. rem arduam. per totum. in 3. parte, & in conſil. 48. incip. præſupponitur. in litera F. & G. in 4. parte. *& Ludo. de Rom.* in conſi. 109. & in conſil. 26. & *Feli.* in d. c. veniens. in 4. colum.

Primo fallit in caſibus expreſſis in iure: vt voluit Innoc. *in c. quod per nouale. de verborum ſignificationib.*

Secundo fallit in actis notorijs antiquis: prout voluit *auth. quas actiones. & ibi glo. not. C. de ſacroſanc. eccle.* ad hoc quod nota. *in c penul. extra. de iuram. calum.*

Tertio fallit in antiquis iuriſdictionib. de quarum principijs non eſt memoria, id eſt in vniuerſalibus differentijs regum vel alterius: cum in eis fama probet: vt voluit Bald. *in l. proprietatis. C. de probat.* & *l. conuenticulam. C. de epiſcop.* & *cler. & in l. ſi arbiter. ff. de probat,* & *l. hac ſententia. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt.* & *in l. in ſumma. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arc.* & *in d. c. tam literis. extra de teſtib.* & *in d. c. veniens. cum ſimil.*

REGVLA CLXXXIX.

FEVDA dignitatum vt Marchionatus, Comitatus, Ducatus, vel regni, ſunt indiuidua: vt eſt text. *in c. imperialem. §. præterea. de prohibita feu. alienat.* & *in c. licèt. & ibi gl. fi. vbi Abb. extrà de voto.*

Primò fallit in adminiſtratione iuriſdictionis, & in commoditate talium rerum: quia benè poſſunt tempore diuidi abſque alio conſenſu directi domini: vt per Barto. & Iaſ. *in l. ſtipulationes non diuiduntur. in 1. oppoſitione ff. de verbor. obligat.*

Secundò fallit, quando in diuiſione vni ex fratribus obueniret totus Marchionatus vel Comitatus, alij vero cætera bona allodialia: quia talis diuiſio ſine cõſenſu directi domini valet, quia quo ad Marchionatũ non eſt diuiſio: vt per Bal. *in d. §. præterea. in fin.* quem ſequitur Alex. *conſi. 18. in 2. vol. incip. viſis c.* & *in conſil. 60. in 3. vol. incip. viſis dubitationibus.*

Tertiò fallit ex conſuetudine generali, quæ eſt in Italia & in Longobardia, vbi omnia feuda dictarum dignitatum, excepta regali, poſſunt diuidi abſque conſenſu directi domini, ſecundùm Ioan. And. *in addit. Spec. in tit. de feu. ſuper rubr.* & Oldra. *conſil. 337. incipi. perlectis.* & Andr. de Iſernia *c. omnes. ſi de feu. fuerit contr. inter do. & agnat.*

REGVLA CXC.

FIDEIVSSOR in duriorem cauſam quam principalis regulariter ſe obligare non poteſt. *l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuſſor.*

Primò fallit, vbi iuraſſet: quia iuramentum facit eum principalem. ita dicit Bart. *in l. ſi quis. §. eod. ff. de fideiuſſor.*

Secundò fallit in fideiuſſore de ſiſtendo, qui poteſt promittere pœnam, licèt illam principalis non promiſerit

ſtetit. ita dicit not. Angel. *in l. ſi poſt tres dies. ff. ſi quis cauſ.* gloſſ. eſt *in l. ſicut reus. ff. de fideiuſſor.* & Bartol. *in l. qui ſucceſſionis, eodem titulo.*

REGVLA CXCI.

FIDEIVSSOR qui in fideiuſſione diu ſtetit, ſe de ea liberari petere poteſt. *l. Luci. ff. mand.* & *in l. ſi pro ea. §. 2. C. eod. tit.*

Primò fallit, quando obligauit ſe ſub conditione: cùm dicta regula procedat, quando ſe purè obligauit. eſt tex. not. *in l. facere poſſe. in fi. ff. ſol. matri.* ſecundùm Iac. de Are. Bar. & Bal. & omnes alios. ideo Bald. dicit, quòd vis eſt in forma practicandi & libellandi: quia non procederet libellus, in quo conderetur quòd diu ſtetit in fideiuſſione, ſed bene quòd diu ſtetit in obligatione fideiuſſoria: quia primo caſu poteſt eſſe fideiuſſio ſub conditione. *vt d. l. facere poſſe. in fine.*

Secundus caſus patet in dictis iuribus pro regula. nam tex. *in d. l. Lucius.* dicit quòd reus diu in obligatione ceſſauit: ergo præſupponit quod erat obligatus. *vt l. ſi cui. §. ceſſatum. ff. vt in poſſ. leg.* & *in l. ſi ſtipulatus. de verb. obl.* & *l. lecta. ff. ſi certum petatur.*

Tertiò ſcias quod illa iura ſecundo alleg. non habent locum in procuratore obligante mandato domini: quia tunc non eſt opus, quod diu ſtet in obligatione, ſed ſtatim poteſt petere, vt liberetur. text. *in l. ſi mandato meo. in princ. ff. mandati.*

Quarto fallit dicta regula in obligato de iudicio ſiſti: quia ipſa regula procedit in fideiuſſore contractus, non iudicij, propter executionem paratam. Bart. *in l. 1. ff. de iudic.*

Quinto fallit, quando fideiuſſor eſſet abſentandus ex neceſſaria vel vtili cauſa, vt cauſa ſtudij: quia iſte talis fideiuſſor poteſt ſtatim ſe liberare ſecundùm Guilielm. *in Specu. in tit. de fideiuſſ. verſic. ſi verò fideiuſſor.* arg. *l. filiusfam.* & *l. abſentia longa. ff. de cura.* & *l. ſi longius. in princ. ff. de iudicijs.*

Sextò fallit in promiſſis animo nouandi: quia tunc videtur liberaſſe reum, & per conſequens ſoluiſſe. *l. ſi mandato meo §. in dubio. ff. mandati* quod etiam voluit gloſſa *in d. l. ſi pro ea.* ſed iſta non eſt propria fallentia, ſed bona declaratio.

Septimò fallit ſi interuenit inimicitia inter fideiuſſorem & debitorem, culpa tamen debitoris. ita eleganter dicit Ioan. Andr. *in d. §. ſpecialia, in addit. quæ incipit, hic not. quòd vim ineſſe. argu. l. licèt. de arbitris.* & *Inſti. de act. §. minimè.* ſecùs ſi culpa ipſius fideiuſſoris: quia nemo poſſet ſuo delicto conditionem ſuam reddere meliorem. *l. non fraudantur §. nemo ff. de regu iur. cum ſimilib.* & *c. 2. extrà de reſcript. cum concord.* & quia nemo facto concedentis beneficium fraudari debet. *l. commodo. §. ſicut. ff. commodati.* & *c. 1. extrà de conceſ. præbendo. & eccle. non vacantis.* argumen. *l. ſi quis rem. ff. de arbitr.* & *c. quantò extrà de diuortijs.* & facit ſimilis text. *in l. 1. §. cũ quis. ff de quæſt.* vbi non poteſt quis iniuriari teſti contra ſe inducto, & incidere eius teſtimonium. de quo per Bal. *in l. ſed & ſi quis. §. illud. ff ſi quis cau.* & adidem *l. cum tabulis §. 1. ff. de his qui. vt indi.* quãuis in repellendo tutorem propter inimicitiam, non fiat diſtinctio cuius culpa interueniat. *l athleta. de excuſatio. tutorum.*

Octauò fallit, quia lex, Lucius. & ſimiles, habent locum quando quis fideiuſſit: quia ſtatim poteſt petere ſe liberari. per gloſſ. *in l. ſi videamus. ff. de negotijs geſtis.* quam notanter allegat Angelus in apoſtilla manu ſua propria *in d. l. Lucius.* vbi ſubdit idem eſſe ſi promiſit, non vt fideiuſſor, quia tantum videtur ſibi abeſſe quantum ſoluere oportet. per text. & gloſſ. *in l. 2. ff. de nego geſt.* & text. *in l. ſi quis mandato meo. eodem titul.* & iſta eſt optima conſideratio in iſta materia.

Nonò fallit: nam interpretanda ſunt dicta iura, videlicet, niſi ipſe fideiuſſor ſit obligatus per inſtrumentum, quòd habet paratam executionem ex forma ſtatuti: vt voluit Bartol. *in l. fideiuſſor. ff. de fideiuſſ.* & Bald.

in

in l. certum. ff. fami. erciſcun. vbi etiam idem dicit, quando quis eſt obligatus per ſcripturã mercatorum, quæ ex forma ſtatuti habet executionem paratam, idem voluit in *d. l. ſi pro ea.* ſed in hoc Angelus *in d. l. fideiuſſor.* tenet contrarium, quia talis obligatio fideiuſſoris cauſa guarentigiata, expectat declarationem iudicis pronunciantis. *extrà eod. c. licèt.* nam lata ſententia non reſtat vltra aliud quærendum, quam quòd fideiuſſor condemnatus antè quàm ſoluat poſſit agere, vt liberetur vel indemnis conſeruetur. *vt d. l. Lucius & d. l. ſi pro ea.* & *l. fideiuſſor:* ſed ſi non eſſet condemnatus, non poſſet antè quam ſoluat agere, niſi diu ſtetiſſet non obligatione: vt in dictis iuribus, quia videtur dediſſe fideiuſſor. de ſoluendo. *l. indebitum. ff. de condit. indebit.* vnde antequam ſoluat non eſt functus officio ſuo, nec impleuit. ratio eſt, vt Angel. voluit, & Paul. quia fideiuſſor, quando fideiuſſit, à principio ſciuit poſſe incipi ab executione. Item fidem dedit de ſoluendo, & debitor deciperetur ſi ſtatim à fideiuſſore nondum molaſtato à creditore poſſet conueniri: quòd ſecùs ſi diu ſtetiſſet in obligatione, & hoc intelligitur arbitrio iudicis vt dicit gloſſ. *in d. l. Lucius. & in d. l. ſi pro ea.* & ibi Bald. pro hoc etiam facit, quia licet guarentigia habeatur in ſententia ſtatutorum, non eſt propriè ſententia, quod patet, vt dicit Paul. de Caſt. *in d. l. fideiuſſor. §. fin ff. de fideiuſſor.* ſed fortius. patet, quia fruſtra quæreretur per Bartol. *in l. non fatetur. ff. de inoffic. teſtament.* & *in l. error. C. de iur. & fact. ign.* & per Bald. *in l. ab executione. C. quorum appellat. non recip.* an ſententia, quæ expectatur ferri, ante inſtrumẽta guarentigiata ſit exequenda, vt diffinitiua, an verò, vt interlocutoria. Et pro Ange. & Paul. facit, quòd non poſſit petere ſe liberari *per l. ſi edicto C. de edict. diui. Adrian. toll.* & *in l. Titio cum morietur. ff. de vſuſruct.* & *l. idem quoties. de verbor. obligat.* quę nota pro pulchra expeditione huius paſſus, &c.

REGVLA CXCII.

FIDEIVSSOR contra principalem debitorem vt eum liberet antè quàm ſoluat, agere non poteſt, *l. ſi pro ea. C. mandati.*

Primo fallit vbicunque poſt fideiuſſionem factam debitor inciperet malè vti ſubſtantia ſua: *vt in d. l. ſi pro ea.* & dicitur malè vti, quando de hoc eſſet fama in vicinia: vt ibi notatur in gloſſ. & *in l. vbi adhuc, C. de iure dotium.* quod intellige ſi malè vtatur, ita quod probatur fideiuſſorem poſſe timere, alias non: nam ſi bona ſua valuerunt mille, & ipſe debitor conſumpſerint centum malè, non propterea fideiuſſor malam cauſam habet timendi: & propterea non poterit agere contra eum, ſicut nec ageret ſi primo, antè quàm fideiuberet, incœpiſſet malè vti ſua ſubſtantia vt *l. creditores. ff. de priuileg. credi* niſi modicè conſumpſiſſet, & poſt fideiuſſionem continuaſſet magis dilapidationem: quia tunc ex minima cauſa ſuſpicio fieret, vt agere poſſet: vt not. Bald. *in d. l. ſi pro ea.*

Secundo fallit, quando fideiuſſor fuit condemnatus ſoluere *a.* nam etiam antequam ſoluat agere poteſt contra principalem. Et iſti tres caſus ponuntur *in d. l. ſi pro ea,* & idem dicit Bald. ſi eſſet talis caſus, vbi non requireretur condemnatio, puta quia ex forma ſtatuti inſtrumentum habeat executionem paratam: nam tunc poſt modicum tempus etiam creditore non petente, poterit fideiuſſor agere contra principalem, & idem tenuit Bald. *in l. ſi fideiuſſor. ff de fideiuſſorib.* & idem ſi non eſſet condemnatus, ſed in cauſa concluſum, ita quod eſſet clarum ipſum condemnari: vt ibi no. Bal. *in verſi. 6. quæro.*

ADDITIO.

a Soluere. *Adde dom. Pet. Phil. Corn.* in conſil. III. in litera D. in 4. parte. *Ben. V ad.*

Ter-

Tertio fallit, quando fideiuſſor diu ſtetit in obligatione: *vt in l. Lucius ff. mand.* quod tempus intelligitur arbitrio iudicis, vt not. Bald. *in d. l. § pro ea. in verſ. 10. quæro.*

Quarto fallit, quando fideiuſſor obtulit, conſignauit, & depoſuit pecuniam debitam creditori volenti illam recipere: quia ſimilis eſt ſoluenti, & ideo poterit agere contra principalem: vt not. glo. *in d. l. Lucius.* allegat text. *in l. qui mutuam. §. fideiuſſor. ff. mandati.*

REGVLA CXCII.

FIDEM frangenti regulariter fides ſeruari non debet. *l. cum proponas. C. de pact.* & *l. ſi conuenerit. ff. pro ſocio. c. peruenit. el. 2. de iureiur.* & *28. q. 2. c. infidelis. cum ſimili.*

Secundo falllit in conuentione magna: quia non poſſum frangere fidem frangenti in eadem donec durat tempus treugæ ſecundum Ioann. Andr. & Ant. *in d. c. peruenit.* alleg. in argum. *l. actione. § diximus: ff. pro ſocio.* vbi tamen non videtur iure probari. & fuit hoc originale dictum Vincent. *in c. 1. in fin. de treug. & pace. in princip.* & ita dicit Archid. *in c. 30. q. 1.* & dicit hoc ſeruari in Hiſpania, & dicunt idem eſſe in frangente fidem pacis per dictam *l. cum proponas.* & similiter tranſeunt Ange. & Imol. *in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verborum obligat.* Angel. Raph. & Pau. de Caſtro *in l. ſi ſeruum. eodem titul.* & dicit ibi Imol. quòd iſtud potius procedit ex conſuetudine quam de iure, per regulam dictæ legis, cum proponas. & dicit quod allegatur in contrarium, ſed non probat.

Secundo fallit poſt executionem factam in contractibus innominatis: vnde ſi vendidi tibi librum & eum tradidi, vt 10. mihi dares, non potero poſt traditionem libri petere librum: *vt in l. ancillæ. C. de rei vend.* & ita dicit Bald. ibi limitari regul. *d. l. cum proponas.*

Tertio fallit, vbi ille, qui mihi fidem non ſeruauit, ſoluit

ſoluit mihi pœnam, quam per illud incurrit: nam poſtea teneor ſibi ſeruare fidem: quia ſolutio pœnæ habetur pro obſeruantia contractus: cum pœna ſuccedat loco ſolutionis rei principaliter debitæ. *l prædia. ff de actio emp. l. apud §. Labeo. el* 1. *ff de doli except.* ita nota. tenuit Cyn. *in l. petens, in* 2. *q. C. de pact. in* 7. *col.* & *in l. pen. ff. de ſol.* & procedit regu. *d. l. cum proponas.* etiam ſi iuramentum interueniat, *vt d. c. peruenit.*

Quarto fallit in voto caſtitatis facto per virum & vxorem, quia dicitur mutua obligatio, quæ concernit Deum. & ideò licèt per alterum non ſeruetur: tamen alter tenetur ſeruare. vt eſt text. *in d. c. adeò.* 23. *quæſtion.* 5. & gloſſ. *præalleg. c. placuit.*

Quinto fallit, quando eſſet actum expreſſe, vt alio non ſeruante fidem, alter nihilominus ſeruet, ita tenet Ioan. And. & Doct. *in d. c. peruenit,* & no. iſtam limitationem, contra quam facit, quia pro hoc videtur dari materia delinquendi. & dolus videtur remitti, quod eſt prohibitum à iurè, *l. quæritur. de pac. dot.* & *l. ſi vnus. §. illud ff. de pac.* ſed licet pars altera teneatur ad obſeruantiam pacti, ipſo non obſeruante, nihilominus poterit agi contra illũ qui contrauenit cõuentioni, ad intereſſe vel ad pœnã, ſi pœna fuit appoſita in cõtractu.

Sexto fallit, vbicunque nolo tibi ſeruare fidem circa caſum ſeparatum vel diuerſum, vel connexum: quia tunc teneor tibi ſeruare fidem etiam mihi non ſeruanti. ita limitat Cyn. Saly. & Fulg. *in l. cum proponas.* pro quo eſt gloſſ. *in l. ſi duo. ff. de dolo.* & facit text. *in l. fin. § penul. ff de eo, per quem fac. erit.* & item tenet. Cardin. Zab. *in d. c. peruenit.* & dicuntur cõnexa, quando obligationes ſunt reſpectiue. & ita etiam voluit Anto. de Bur. & expreſſius dom. Abb. *in c. peruenit.* vbi ad hoc inducunt *c. quod adeo.* 33. *q.* 5. & idem not. Angel. *in l. ſi ſeruum. ff de verborum obligat.*

Septimo fallit, quando primo actio fuerit ipſo iure ſublata: quia tunc ad eam redire non poteſt, *vt l. vt reſponſum. C. de tranſact. cum ibi no. in gloſſ. magna. C. de pactis, l. mora.* gloſſ. *in l. cum proponas, la* 2. *C. eod. tit.*

REGV-

REGVLA CXCIIII.

FILIA renuncians cum iuramento hæreditati paternæ, amplius ſuccedere non poteſt, text. eſt *in c. quamuis, de pact. in 6.*

Primo fallit, ſi ſit factum pactum de non ſuccedendo, quia tunc penitus non valeret: quia tollit libertatem arbitrij, h. d. Barto. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verbor. oblig.* & ſequitur Bal. *in l fi. C. de pact.* vide Lud. de Roman. qui adducit optimam rationem ad hoc *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta.*

Secundo fallit, ſi illæ perſonæ, quarum contemplatione pactum factum eſt, deceſſerint viuo patre: ſecus ſi viuerent, vt filij maſculi, nam his mortuis non nocet pactum filiæ, *vt l. pactum, de coll. C.* & ibi hoc tenuit Ange. & *in conſil. ſuo* 53. *&* ſequitur Do. de S. Georg. *in d. c. quamuis, de pact.* ad hoc facit. *l. iubemus. C. ad Velleia.*

Tertio fallit, ſi filius maſculus, qui ſuper extabat tempore pacti facti cum filia, fuit poſtea à patre exhæredatus: quia filiá poterit ſuccedere non obſtante pacto, ita notab. dicit Bald. *in l. in ambigua. ff. de legib.* & ad hoc adducas rationem, quia verba excluſiua intelliguntur appoſita rebus ſic ſtantibus, & non aliter, vt notab. dicit Angel. *in l. quoties. §. ſi duo. ff. de hæred. inſtit.* per text. not. *in l. Paulo Callimacho. §. 1. de legat.* 3. vbi probatur quod illa clauſula cõſueta in teſtamentis apponi: & iuſſit eam eſſe contentam & tacitam, operatur ſolum quandiu ſuperſunt illæ perſonæ, quibus teſtator voluit prouidere. & vide Bartol. *in l. quod ſeruus, in fi. de cond. ob cauſ.*

Quarto fallit, ſi filio primo iurauit, & poſt in contrarium interponit iuramentum: quia iſtud ſecundum iuramentum non operatur: prout in ſimili eſt glo. *in c. licet mulieres, de iureiuran. lib. 6.* & vide ad hoc

Spec. *in tit. de empti. & vendi. §. & ſi conſilium.* & cum ſequitur ibi Ioan. And. in addit.

Quinto fallit, quando illa filia, quæ renunciauit, non percepit legitimam ſuam vel dotem, vt dicit Richard. de Sal. *in d. l. licet. C. de collat.* ſed generaliter facit pactum de non petendo: nam tunc Richard. de Salic. & Petr. de Anchar. *in d. c. quamuis.* præſupponunt, quod filia dicit ſe dotatam, & hoc fortificatur, quia non debet excludi à legitima, niſi ſpecialiter ſit facta renunciatio, per textum notab. *in l. ſi quando ff de inoffic. teſtamen.* & ideo dicunt, quod iuramentum non operatur. ſed iſta limitatio non poſſet forte procedere propter generalitatem & rationem *d c. quamuis.*

Sexto fallit, ſecundum Petr. de Anchar. *in c. 1. de conſtitut.* & *in d. c. licet mulieres.* quando reſultaret grauiſſima læſio mulieri, vt puta, quia receptione dotis, quæ valet centum, renunciauit hæreditati, quæ valet quinque millia: nam tunc dicitur, quod videtur dolo ſubducta. & iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum, *vt in c. quanto, de iureiurand.* ſed tu ad hoc adducas authoritatem Bald. *in titul. de pace iuramen. firman. c. 1. §. item ſacramenta.* vbi dicit, quod ex enormi læſione præſumitur dolus, vt not. Bartol. *in l. fin de prætor. ſtipul.* adde glo. *in c. veniens, de iureiuran.*

Septimo fallit, quando præſumitur metus, vel dolus vel reuerentia patris arg. text. *in Authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend.* & ita dicit Bald. *in. l. pactum quod dota. C. de collat.* quod intellige ſecundum not. per Barto. *in l. 1. §. qui oneranda ſi qua re act. non dat.* & per Innocent. *in c. cauſam, de offic. delega.* & vide Feder. de Senis *in conſil. 293.*

Octauo fallit, quando paciſcitur Iudæus cum filia ſua, quia tunc iuramentum non attenditur, ſecundum Bald. *in d. Authent. ſacramenta puberum.* & iſtam limitationem poſuit etiam Ludo. de Roman. *in l. 1. §. qui ſuperſti. de acquir. hæred.* ſed forte non eſt verum: quia inter Iudæos ſeruatur iuramentum per Moyſen, ſicut

ſicut inter Chriſtianos per Chriſtum, vt habetur in gloſſ. *in l. non erit, de iureiuran. &c.*

Nono fallit, quando filia eſſet impubes, & iuraſſet ſuper hoc pacto de perdenda hæreditate: nam tunc tale iuramentum non habilitat mulierem ad iurandum, cùm ſit impubes. Iac. But. & Bald. in *l. ſi quis minor C. de tranſact.* dicunt, quod in impubere debet eſſe duplex iuramentum vnum, de non veniendo contrà ratione minoris ætatis: alterum, de obſeruando pactum.

Decimo fallit, ſi filia renunciauit cum iuramento hæreditati paternæ. viuente patre, & promiſiſſet de illis bonis paternis nunquam aliquid petere, & frater eius, ad quem deuenit ſucceſſio, moritur, poteſt fratri illi ſuccedere vnà cum alijs fratribus. ita dicit Paul. de Caſtr. *in l. Paul. § idem reſpondit. ff. de acquir. hæredi.* adde Oldrad. ad hoc quod ita conſuluit, vide tex. *in l. Titij teſtamentum ff. de his quib. vt indign.* & *l. 3. §. planè ff. ad Carbo.* & *in l. ſi in prin. de leg. 3.*

Vndecimo fallit, nam ſi renunciatio cum iuramento interueniat de non ſuccedendo, intelligitur duntaxat de ſucceſſione ab inteſtato, nec tollitur quod non poſſit ſuccedere ex teſtamento eius, cuius bonis renunciauerit. *l. patronus non aliud. de bon. quæ lib.* & *l. ſi. ff. qui & à quibus*, hanc limitationem poſuit Salicet. *in l. pactum. C. de pact.* & Bal. *in l. pactum. C. de cod.* vide *c. per irrefragabilem. extrà. de renunc.* & Bald. *in c. ad noſtram. el. 1. in 4 col. de iureiur.*

Duodecimo fallit, quando renunciatur hæreditati paternæ in manibus fratris cum iuramento: nam talis renunciatio non valet. & ita refert ſe conſuluiſſe Rapha. per textum *in d. c. quamuis.* qui loquitur de renunciatione facta fratri, ſed certè illa fuit contingentia facti. item fundat ſe iſta decretalis ſuper iuramento quod poteſt ſeruari. & etiam contra Raph. eſt conſilium Fede. de Sen. 263. & idem firmat Bald. *in Authent. ſacramenta puberum.*

Decimotertio fallit, ſi renunciatio fiat in manibus fratris

fratris per ſororem, etiam cum iuramento viuente patre, & non præſente renunciationi: nam non valet talis renunciatio: cùm dicatur pactum de hæreditate viuentis. quod eſt improbatum per *l. fin. C. de pact.* & ita determinauit Petrus de Anchar. quem ſecuti ſunt Ioan. de Imol. & Dominic. *in d. c. quamuis.*

Decimoquartò fallit, ſi filia renunciauit falſis perſuaſionibus inducta: quia reſcindetur renunciatio. ita conſuluit Federic. de Senis *in conſil.* 144.

Decimoquintò fallit, in muliere renunciante hæreditati paternæ, ſi decedat ante patrem, eius filij vel filiæ ſuæ non excluduntur ab hæreditate. & ita dicit Bald. *in l. final. C. de pactis.* & *in l. pactum. C. de collat.* quem ſequitur Paul. de Caſtro. vide Ludou. Roman. & ibi Bart. *in d. l. qui ſuperſtites.*

Decimòſextò fallit, ſi in renunciatione dicatur quòd pars renunciat omni iuri, quod habet & habere ſperat, non intelligitur de iure quod ſperat de nouo, & ex noua cauſa, ſed intelligitur de iure futuro prouenientc ex iure præſenti ſeu præterito, ſecundùm Bal. *in d. l. pactum.* & Bald. *in l. quod ſeruus. ff. de condict. ob cauſ.*

Decimoſeptimò fallit, ſi mulier renunciat omni iuri quod ſibi debetur: nam non intelligitur renunciare rei vendicationi, ſecundùm Bald. *in d. l. pactum.*

Decimooctauo fallit, vbi mulier renunciat generaliter de non ſuccedendo, nulla expreſſa cauſa: nam renunciare intelligitur reſpectu bonorum præſentiũ: vnde ſi pater acquirat poſteà bona, mulier poſſit ſuccedere, *vt l. cum ſtipulatus, de verbor. obligat.*

Decimononò fallit, vt poteſt ſumi per text. *in l. tres fratres ff. de pactis.*

Vigeſimo fallit, vt per Bald. *in d. l. pactum.* quando filius renunciat pro impenſis factis in ſtudio.

Vigeſimo primo fallit, vt per Ange. *in l. filia. C. de eden.* vbi loquitur de ſtatu.

Vigeſimo ſecundo fallit, niſi ex aliquibus coniecturis filia ſuccederet ab inteſtatò, vt per Salic *in d. l. pactum.*

Vige-

Vigeſimo tertio fallit, quando inter aliquas perſonas non ſuperſunt aliquæ perſonæ, in quibus eſt maior ratio ſuccedendi, vel maior ratio affectionis, quã in filia: vt quia non extarent nepotes, vel quia non videtur voluiſſe vti pacto iurato, ex quo aliter non diſpoſuit. idem tenet Ioan. de Prato *in l. pactum. C. de collatio.* tu allega pro eo notata *in l. 2. in fine.* & per Bartol. *in l. 1. ff. de vulgar. & pupillar.* & Bald. *in l. qui ſe patris. vnde liberi.* & ibi Angel. de Vbald. *in repetitione ſua & recollectis* Azo. & Baldus *in l. non per. C. ad Orfician.*

Vigeſimo quarto fallit, quando filia renunciat hæreditati maternæ, non propterea pater excluditur, ſi non conſenſerit, vel ſi conſenſerit, & ſuperſunt alij filij, qui renunciauerint. ita dicit Baldus *in l. non ſolum, in princi. C. de bonis quæ liber.*

Vigeſimoquinto fallit, quia non valeret pactum, ſi coniuges paciſcerentur, vt filij naſcituri ex eis non ſuccederent: fallit tamen, niſi eſſet talis conſuetudo.

Vigeſimoſexto fallit, ſi renunciat ſoror, & iurat ſe contentam: quia non videtur renunciaſſe generaliter omnibus relictis in teſtamento vel legitimæ, niſi ſpecialiter dicatur, vide Bald. *in l. de his ff. de tranſact.*

Vigeſimoſeptimo fallit, quia non valeret renunciatio cum iuramento, ſi filia eſſet in egeſtate, ita quod non poſſit ſe aliter alere, ita Bald. *in c. cùm contingat.* 11. *col. extr. de iureiur.*

Vigeſimooctauo fallit, ſi eſſet ſtatutum, quod minor non poſſit contrahere, renunciare, aut facere quittationem ſine arcta ſolennitate: licèt iurauerit mulier renunciando hæreditati paternæ. tamen etiam ſi ſit dotata, poterit conuenire, & petere abſolutionem à iuramento non ſeruata ſolennitate præſtito. ita dicit Petr. de Anch. *in c. Canonum ſtatuta, extrà, de conſtit. in 26. col.*

Vigeſimononò fallit, ſi filia renunciauit fratribus hære-

hæreditati paternæ, demùm alij fratres nati ſunt, & alij hæredes inſtituti, renunciatio non tenet, quoad illos extraneos. Et ideò fratres habebunt omnia, & faciant ſibi cedere per ſororem ſua iura. ita dicit Angel. *in l. auus, in vlti. colum. C. de pact.*

Trigeſimò fallit, ſi filia non percepit totam legitimam, & renunciaſſet, nihilominùs poterit petere ſupplementum de continuo. ita dicit Angel. *in l. de hu, in fin. ff. de tranſact.* & ibi ponit cautelam ad hoc.

Trigeſimo primo fallit, ſi quis per metum renũciat iuri, quod habet in re, non intelligitur renunciare poſſeſſioni rei, ita dicit Angel. *in l. metum, in prin. ff. quod met. cauſ.*

Trigeſimoſecundo fallit, ſi eſſet ſtatutum, quòd mulier minor non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, vel alia ſolennitate: nam ſi fuerit maritata indotata, & iurauerit de non contraueniendo, prout fit, tamen ſi non interuenit dicta ſolennitas, poterit contrauenire, petendo ſe abſolui prius, vt dicit Per. de Anchar. *in d. c. Canonum ſtatuta, de conſtit.*

Trigeſimotertiò fallit, quando dicta filia non eſſet dotata, & repudiaſſet: quia tunc eſſemus extra formã c. præallegati, quamuis id loquatur in muliere dotata. nam habemus *c. illud quod eſt 26. quæſt. 2. l. fin. ff de leg. l. continuus. & l. 1. ff ad municip.* ſed hoc reprobat Dom. Ioan. Andre. *in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. here.* & iſtam limitationem poſuit Ludou. de Roma. *in d. l. qui ſuperſtitis.*

Trigeſimoquartò fallit, ſi pater eam legitimet cũ hac conditione, ne ſibi ſuccedat pacto & reſeruatione: nam tunc valet pactum & reſeruatio, ſecundùm Ant. de Butr. *in c. per venerabilem, qui filij ſint legit.* & ad hoc adducit gl. *in c. cùm inhibitio, de clandeſt. deſpõſ.* & ad hoc vide Paul. de Caſt. *in l. 1. C. de iure annul. aureo.* & Bart. *in l ſi tibi ff. de adopt.*

Trigeſimoquinto fallit, vt per Lud. de Roma. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.* & Domi. de Rota ſecundum Modern. ordinem *in deciſ. 375.*

Tri-

Trigeſimoſexto fallit, ſecundùm Pet. de Ancha. *in repet. c. 1. de renunc.* ſi talis renunciatio contineret euidentem iniuſtitiam: vt quia pro modico renunciaſſet hæreditati magnæ, quæ virtualiter debet continere tria, vt ibi per eum, licèt Imo. teneat contrarium.

REGVLA CXCV.

FILIVSFAMILIAS in iudicio ſine conſenſu patris eſſe nō poteſt, *in l. fi. §. neceßitate. C. de bon. quæ liber.*

Primo fallit in caſu criminali, per *l. inter liberas. § filiusfamil. ff de adul.* quod Bal. conſulendo tenuit etiā vel vni in crimine publ. ſecùs autem in priuato: vt ipſe dicit *in ſuo conſil. quod incip. filiusfamilias armata manu, &c.*

Secundo fallit in cauſa ſpirituali, *vt in c. fin. de iudic lib. 6.*

Tertio fallit in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, de quo per Bal. *in l. fi. §. neceſſitate. C. de bon. quæ liber.*

Quarto fallit, quando pater non eſſet legitimus adminiſtrator, Bart. *in d. §. neceſſitate.*

Quinto fallit, quia poteſt comparere & litigare coram arbitratore, ita dicit Ioan. Andre. *in tit. de iuriſdict. omn. iudi. in §. expetito. in addit. Speculat.*

Sexto fallit in beneficialibus, in quibus agit filiusfamil. vt integer homo, gl. ſing. *in c. 1. de iureiur.* & *l. ait prætor, in prin. de mil. teſtamen. ff* quæ beneficialia æquiparantur Caſtrenſibus, not. glo. magna *in c. ex parte, de reſt. ſpol*

Septimo fallit, quando filiusfamili. implorat officium iudicis, gl. *in l. 1. C. qui admit.*

Octauo fallit in cauſa reconuentionis, quo caſu non requiritur conſenſus patris, glo. *in l. ſed & hæ, in princ. ff. de procur.*

Nono fallit in cauſa appellationis, argum. *l. ita demùm C. de procur.* ſecundùm Bal. *in d. §. neceſſitate.*

Deci-

Aretin. & Cyn. *in prædicta Authen. nouiſſima.* videntur dictam gloſſam reprehendere, tenentes quod *d. Authent.* corrigatur per *d.* §. *aliud quoque.* primam tamen opinionem ſequutus etiam fuit Matth. de Matthe. *in ſuis notabilib. num.* 14.

Secundò fallit dicta regula in inſtitutione pia, ſecundùm Bart. *in l.* 1. *in* 2. *quæſt princ. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* per rationem, de qua ibi per eum *in* 26. *colum*, & idem tenet Petr. de Anchar. *in c. cùm eſſent. de teſtam.*

Tertiò fallit in codicillis, vt not. Bart. *in l. filij. ff. famil. erciſc.*

Quartò fallit, vbicunque ſtatutum diceret, quòd pater teneatur relinquere filio quintã partem pro legitima: quia tunc ſufficeret relinqui quoquo relicti titulo. ita ſingul. tenuit Bald. per aliquas rationes *in l. maximum vitium. C. de liber. præter. in* 6. *colum.* ſed Ludouic. *in l. ſi quis prior. ff. de teſtamen.* dicit, quòd licèt ipſe non reperiat aliquem tenentem contrà; Bald. tamen dicit, quòd Florentiæ conſuluit contrarium: & plus non dixit. hanc partem ſequutus fuit etiam præceptor meus Dom. Alex. de Imo. *in l. inter cætera. ff. de liber. & poſthum.* motus iſta ratione, quia ſtatutum debet interpretari, vt quanto minus fieri poteſt, corrigat ius naturale, vt probatur *in l.* 2. C. *de nox.* & *c. cùm dilectus, de cõſuet.* & not. Barto. *in l. omnes populi, in* 6. *q. princ. ff. de iuſt. & iur.*

REGVLA CXCVII.

FILIVS hæreditatem vſucapere vel præſcribere non poteſt. *l.* 1. §. *filium. ff. pro hærede.* & *l. nihil. C. eod. tit.*

Primò fallit, vbicunque filius veniat ex capite agnatorum, & ita poſſideat. & tenet Bald. *in Rub. extrà, de præſcript.* & dicitur ibi hoc non eſſe tactum ab alio. facit quod ſingul. not. Bal. *in l. licet, in* 4. *q. in fi. C. de iur. delib.* quod tene menti.

vbi filius poteſt inſtitui ſub conditione poteſtatiua, quam ſi non impleat, ſubſtitutus admittitur. & reſpondet *ad d. l. libertus patro.* & idem tenet Pet. de Ancha. *in conſ.* 302. *incip: in Chriſti nomine ex ſola ſubſtitutione vulgari* & ita etiam tenet Paul. de Caſtr. in *conſ.* 255. *incip. vt ſis cautus.*

Secundò fallit dicta regula, niſi filius poſt recuſationem hæreditatis mutauerit propoſitum, & voluerit adire: quia tunc nec legitimam, nec aliquid perdet, *vt l final. C. de petitio. hæredita.* ita tenuit Bartol. *in d. § quia poterat.* & hoc eſt verum in filio in poteſtate: ſecùs in emancipato, ſecundùm Ange. *in d. §. quia poterat.* quia in eo non habet locum diſpoſitio *l. final.* vt ibi Bartol. Baldus, & communiter omnes. & *in l. 2. & 3. C de iuris. & fact. ignoran.* & not. Bartol *in l. ſi quis ſuus, de iure deliber.* hoc tamen dictum Ioan. de Imol. *in d. § quia poterat.* ſingul. limitauit, niſi filius emancipatus eſſet inſtitutus in legitimam tantùm, quàm repudiauit: quia poſteà etiam ſemper poterit mutare propoſitum, per textum quem ipſe ad hoc reputat ſingularem *in l. ita tamen in dicto. §. ſi patronus. ff ad Trebellian.* quod eſt perpetuò notandum ad limitationem *dicta. l final.*

Tertiò fallit dicta concluſio fortè in filio ſuccedēte ab inteſtato: quoniam tunc concedet ratio, quòd habeat locum in iure ſubſtitutionis, & iure hæreditario: quoniam tunc illam habet tanquàm quotam bonorum, non tanquam hæreditatem, *vt l. Papinianus. in § quoniam autem. quarta. ff. de inoffic. teſtamen.* Barto. & Docto. *in l. ex facto, la grande ff. de hæred. inſtitut.* & *l. quoties, eodem tit.* & per conſequens debet poſſe capere legitimam, & reſiduum repudiare: quia ceſſant rationes prædictæ. ita tenet Dom. Abb. *in c Raynutius, de teſta.* vbi allegat *l.* 1. *§. ſed ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit.* vnde tu cogita.

REGVLA CXCIX.

FILIVS qui ab hæreditate patris ſe abſtinuit, prælegata regulariter petere poteſt *l. apud Iulianum.*

tus.ſuccedat vxori in beneſi. & Bald. *in l.fi. C. qui teſtam. fac.poſſ.* & hanc limitationem poſuit Ludo. Rom. *in Authen. ſi mulier C. ad leg. Falcid.* & idem tenuit Bald. *in tit. de duob. fratrib. à cap. inueſt.*

Quarto fallit in lucris dotalibus obuentis marito ab vxore prædecedente: tunc enim maritus tranſiens ad ſecunda vota, illud, quod lucratur, transfert in filios, & illi filij poſtea teſtari de illis poterunt, ita notanter tenuit Ange. *in §. quoniam autem infirmus, Auth. de nupt.*

Quinto fallit in filijs presbyterorum, *vt in Authent. presbyteros. C. de Epiſcop. & cleri. in l. ſacroſanct. C. eod. tit.* & gl. iuris Canonici reputata ſing. *in c. quia ingredientibus. 9. quæſt.* 1. & prædicta locum habent non ſolum in presbyteris, ſed etiam in clericis habentibus tantum primam tonſuram. iſtud videtur probari per tex. *in c. quia nos, extra, de teſtam.* nam ibi permittit clericis, & non diſtinguit vtrum fuerint in patria poteſtate, ſicut & ille, qui habet primam tonſuram tantùm, vt eſt gloſſ. ordinaria *in c. cum voluntate. de ſenten. excommunic.* & hoc ibi voluit Hoſt. & Ant. de Butr. dicit illud text. habere locum in omnibus & quibuſcunque ordinibus: & ſic non tantùm in presbyteris, ſed etiam in clericis habentibus tantum primam tonſuram: quia iſti etiam appellantur clerici. & hoc etiam tenet Pet. de Anchar. & Ioan. de Imol. *in d. c. quia nos.* ſed Iac. de But. & Bart. *in d. l. ſacroſanct. C. de Epiſco. & cleri.* videtur dicere, quod iſtud ſolum procedit in acquiſitis ratione officij & dignitatis Eccleſiaſticæ: ſed in aduentitijs acquiſitis aliunde, videtur tenere quod teſtari non poſſunt. contra eos videtur etiam tex. expreſſ. *in d. Authen. presbyteros. ibi, quoslibet ad rem diuinam venientes,* &c. & *in d. l. ſacroſanct. ibi, quæcunque bona,* &c. & pro iſta opin. facit gloſſ. *in d. c. quia ingredientibus. 9. quæſt.* 1. quæ dicit, qud clericus in poteſtate conſtitutus, poteſt teſtari. & loquitur indiſtinctè. & allegat *d. Authen. presbyteros.*

Sexto limitatur dicta regula non habere locum, quãdo ſi-

do filius vellet teſtari pro eius anima: nam tunc poteſt, modo pater conſentiat, vt eſt caſus in *d. c. licet. §. quamuis. ſecundùm Doct. de ſepult. in 6.* & vide in Spec. *in tit. de inſtrum. edit. in § porro, in fi. & §. compendioſè, verſ. 7.*

Septimo limitatur, non habere locum in peculio Caſtrenſi, vel quaſi: quia in illis poteſt liberè teſtari, vt voluit gloſſ. *in l. fina. C. qui teſtam. face. poſſ.* & eſt gloſſ. *in l. fin. C. de inoffic. teſtamen.* vnde clericus qui miles eſſe cenſetur, vt voluit gloſ *in l. 1. circa princip. ff. de mili. teſtamen.* teſtari poterit de aduentitijs tanquã Caſtrenſibus, vt ſuprà dictum fuit: & quod ſuprà dictum eſt, quod filiusfamil. non poteſt teſtari, poterit tamen patre permittente, habet locum non ſolùm in bonis aduentitijs, in quibus patri acquiritur vſusfruct. ſed etiã in his caſibus, in quibus non acquiritur patri vſusfructus, vt tenuit gloſſ. valdè not. *in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebell.* quam gloſſ. communiter ſequuntur Doct. per text. *in l. pen. C. qui teſtam. fac. poſſ. & Inſtit. quibus non permiſſ. eſt face. teſtam. in princip.* & per text. *in §. Inſtit. de teſtam. milit.*

REGVLA CCI.

FILIVSFAMILIAS licèt ex aliquo contractu obligetur, & ſi non ſoluat, conueniri & incarcerari poſſit, vt habetur *in l. 1. §. ſed verum. ff. de minor.* tamen, ſi à patre emancipetur, non tenetur, niſi inquantum facere poteſt, licèt prius ſecus: vt eſt text. not. *in l. 2. ff. quòd cum eo.* & *in l. ſed ex alio. eod. titul.* & ibi notat Bald. & idem nota. Ioann. de Plat. *Inſtitu. de actio. in §. ſunt præterea. in fin.*

Primo fallit, niſi fuiſſet obligatus ex delicto. *vt l. ſed ſi ex parte. §. quamquam. ff. quod metus cauſa.* & not. gloſſ. *in d. l. 2.*

Secundo fallit, quando per multos caſus filiusfamil. con-

contraxiſſet multa debita:&poſtea incontinenti petijſſet ſe emancipari, & ſic contraxit dicta debita in fraudem: nam tunc emancipatio ſequens ipſum non iuuaret. & pro hoc allego text. *in l. 1. & quod ibi ſingulariter not. Bartol. ff. ſi quis teſt. liber eſſe iuſ. fuer.* vbi dicit, quod de conſuetudine eſt, quòd quando Imperator recipit coronam Romæ, quod liberat præfectum vrbis ab omnibus debitis ſuis. Et ſi præfectus, ſciens de aduětu Imperatoris contraxit multa debita, quod Imperator non tenetur eum liberare ab illis. Item ad hoc allegat text. *in l omnia in §. cum ita legatur, aliàs incipit. l. cum ita. de leg. 2.* & *in l. contra legem. & quòd ibi notatur per Doctor. ff. de legibus.*

REGVLA CCII.

FILIVSFAMILIAS vt à patre ſe emancipari patiatur cogi non poteſt. tex. eſt *in Auth. quib. mod. na. effi. ſui. in 7. colum.* & in glo. *in l. fin. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.* & no. *in l. ne auus. C. de emanci. lib.*

Primo fallit, vbicunque ſubeſſet aliqua cauſa, quia tunc poterit emancipari filius, etiam inuitus: vt tenet not. Barto. *in l. quidam cùm filium. ff. de verb. oblig.*

Secundo fallit, vbicunque filius eſſet rixoſus, & pater ſæpe ſolueret condemnationem pro eo, quod facere tenetur ex forma ſtatuti: quia tunc etiam eo inuito pater ipſum emanciparet. ita tenetur not. *in l. virum. ff. verb. oblig.*

REGVLA CCIII.

FORVM per viatorem contrahentem non ſortitur ibi, vbi contraxit, tex. eſt *in l. hæres abſens. §. 1. verſ. nam vbi ſic. ff. de iud.* gloſſ. & tex. *in c. fin. de foro competenti.*

Primo fallit, quando effectus ipſius contractus non eſſet deſtinatus ſeu adimplendus in ipſo loco, in quo

Digitized by Google

quo contraxit, ſed in alio: putà ſi exiſtens in Peruſio, vbi promiſit certas quantitates Florentiæ, tunc non inſpicitur locus, vbi fuit inuitus contractus quo ad ſortiendum forum, cum quoad hoc nō cenſeatur ibi contraxiſſe. vt voluit glo. *in c. Romana.* §. *nec etiam. de foro competenti in ſexto.* vbi Canon alium locum dat. nec inſpicitur locus, in quo confectum eſt inſtrumentum: vt nota. *in l. exigere. ff. de iudic.* ſed inſpicitur locus vbi adimplendus eſt, ſeu deſtinatus eſt effectus ipſius materiæ ſeu contractus: *extrà de foro competenti, c. dilecti. & ff. de actio. & obligat. l. contraxiſſe.* vbi videtur contractus initus quo ad hoc fictè tantùm: prout habetur *in d. l. contraxiſſe.*

Secundo fallit, quando contrahens in loco contractus non ſit diu permanſurus, ſed vt viator: cum tunc ſortiatur forum, vt voluit gloſſ. *in d. c. Romana. § ſecundo.* & etiam tex. eſt *in d. l. hæres abſens.* §. 1.

Tertio fallit in 6. caſibus, in quibus ipſe viator conueniri poſſit in loco contractus. Et primo quando contrahens eum ignoraſſet eſſe viatorem, cum talis ignorantia ei non noceat: vt voluit Bartol. *in d. l. hæres abſens.* quæ ignorantia in dubio præſumitur, ſicut tanquam viator incideret, & hoc videtur inducere text. *in d. l. hæres abſens.*

Quarto fallit, quando ibi fecit talē contractū: quē veriſimiliter debuit adimplere: vt ſi quis emit equum à viatore, & eidem pretium ſoluit: cum tunc veriſimiliter videatur actum, vt tradere debeat equum, vnde poterit ibi conueniri: vt voluit Bartol. *in d. l. ad hoc.* & *l. 2. ff. de pigno. actio.*

Quinto fallit in eo qui acceſſit ad locum, vt ibi contraheret: cùm tunc ſortiatur forum ibi, ſcilicèt, quando acceſſerit, vt viator: vt voluit Pet. in *l. 1. de in ius vocā.* & Domi. *in d. c. fin. de foro competenti.*

Sexto fallit, quando conueniretur ibi ex cauſa, ex qua leue eſſet ibi reſpondere: vt quia vendidiſſet morboſū equū: vt probatur *in l. hæres abſens. verſicul. ſic firmiſſimū.* à contrario ſenſu, ſecundùm Bald. *in c. quòd cleri. extrà, de foro compet.* Septi-

Septimo fallit, quando contrahendo intenderet decipere contrahentem ſecum, vt ſi recederet cum equo vendito recepto pretio. *ff de iudici. l. cum alicui.* & *l. non alium.* ſecundùm Bald. *in d. c. quòd clericis.*

Octauo fallit, quando talis viator contrahens contraxiſſet in loco, in quo aliàs non poterat conueniri, vt ſi priuilegiatus eſſet: cùm tunc quantumcunq; priuilegiatus, vt ibi conueniri non poſſit poterit tamen conueniri, cum ita contrahendo tali priuilegio renunciare videatur: *vt in c. dilecti. extrà de foro compe.* vt habetur *in l. 2. §. omnes autẽ & §. planè. verſicul. ſed ſi agant. ff. de iud.* ſecundùm domi. Ant. *in d. c. fin.* qui ex hoc dicit ꝙ ſi exemptus tranſitoriè contrahit in loco non exempto, poteſt conueniri, per quod ampliatur *c. 1. de priuil. in 6.* ſed hoc dictum in exemplo non placet: quia licet procedat in eo, qui eſt omnino ſubditus, & conueniri poteſt in loco, licet habeat ius reuocandi domum, prout loquitur *d. l. 2.* tamen non procedit in exemplo, in quo non cenſetur ſubditus: vt habetur *in c. ſi proxima, de priuile. in 6.* & dic eſſe idem quod eſt in non ſubdito, de quo loquitur *d. l. heres.* ad quod *d. c. Roman. §. ſed neque.* ſecund. Nico. *in d. c. fin.*

REGVLA CCIV.

FORVM in loco contractus quis regulariter ſortitur. *l. heres abſens. ff. de iud.* & *in l. 2. C. de iuriſ. omn. iud.*

Primo fallit dicta regula vbicunque non agitur ad obſeruationem contractus aut ad eius diſtractum & reſciſſionem: quia tunc eo caſu in loco contractus quis non ſortiretur forum. ita tenet Bald. *in l. 2. C. vbi & apud quem reſtit. in integrum peten. ſit.* & idem tenet d. Paulus de Caſtr. *in d. l. 2.* dicens ſe ita de facto reſpondiſſe cum eſſet interrogatus à quodam Doctore primo anno, quo venit Paduæ, dicens tamen quod tunc non erat memor iſtius d. Bal. pro quo bene facit

quod not. Bartol. & Guilielm. de Cug. *in l. qui certo loco. ff. de condi. indeb.*

REGVLA CCV.

FRVCTVS, quando quis rem ſibi reſtitui petit, non veniunt niſi expreſsè petantur. ponũt Can. *in c. grauis. de reſtitu. ſpol. l. ſciendum. ff. de ædil. edict.*

Primo fallit, quando tales fructus percepti ſint poſt litem conteſtatam: quia tunc venirent non petiti, *vt in §. item ſciendum. l. videamus. ff de vſu.*

Secundo fallit, quando agitur interdicto vnde vi: quia tunc veniunt fructus, etiamſi non fuerint expreſsè petiti in libello: *vt ff. de vi & vi ar. l. 1. §. certiſſimum.*

Tertio fallit, quando ageretur condictione *l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.* cùm tunc etiam ſimiliter veniant non petiti: vt not. ibi.

Quarto fallit, quando ageretur actione quod metus cauſa, cùm tunc idem ſit. *ff. quod met. cau. l. ſed & partus.*

Quintò fallit *a*, quando ageretur petitione hæreditatis. *l. item veniunt. § fin.* ſecundùm Innoc. & Ioan. Andr *in d. c. grauis. extrà de reſtitu ſpol.*

ADDITIO.

a Fallit. *Adde Ia. May.* Inſtit. de act. in §. actionum. nu. 234 *vbi quid tunc de perceptis & percipiendis, & quid de his percipi potuerunt.*

REGVLA CCVI.

FVGA poſt accuſationem ſuſpicionem non facit, tenet Bal. *in l. 1. ff. de reb. eo.*

Primò fallit, niſi quis coram iudice fuiſſet minatus de accuſando, licèt adhuc non accuſauerit: quia tunc videtur, quòd fuga ſecuta faciat ſuſpicionem, propter quòd

quòd ex hoc reſultat in multis caſibus idem effectus, qui reſultaret ex libello accuſatorio: vt eſt text. qui non eſt alibi, *in l miles in §. ſocer. de adult.*

Secundò fallit, niſi aliàs fruſtra ſuſpicione laboraret contra fugientem poſt accuſationem, rem enim maximam inducit ſuſpicio, argumento eius quod dicitur *in l fin. quib. mod. tu.* &c.

Tertiò fallit, niſi poſt accuſationem accuſatus aufugiat de carceribus: quia tunc contra eum proceditur tanquam contra confeſſum de crimine: vt eſt text. *in l. eos. in fin. ff. de cuſt. re.* & ibi eſt gloſ. nota. rectè intellecta, quæ ad hoc ſemper allegatur. quando ergo accuſatus eſt captus & aufugit, non habet locum dictum Bartol. cùm ſtatim poſſit condemnari tanquā confeſſus. ꝙ intellige ſi aufugerit de carcere clauſo: ſecùs ſi de aperto, vt de ſala palatij, vbi iudex præcepit eum ſtare. quo caſu ſi incarceratus fugiat oſtio dimiſſo aperto per negligentiam cuſtodum: tunc aufugiens non habetur pro confeſſo. ita ſing. tenet Bald. *in l. ſuccurritur. ff. ex quibus cauſ. maio.* quod eſt ſing. & fuit dictum originale Guiliel. de Cug. de quo facit magnum feſtum Ludouicus de Rom. *in l. admonendi. ff de iureiurando.* item intellige, niſi carcer fuiſſet fractus per tertiam perſonam, non data opera incarceratorum: quia tunc eadem eſt ratio, quæ in oſtio dimiſſo aperto. ita tenet domin. Lanfran. de Orian. *in l. fugitiui C. de ſer. fug.* quæ bene nota. & adde gloſſ. nota. *in §. ſi verò quidam. in fin. in Authen. de exhib. reis.* quæ vult quòd familiaris de familia tua fugiens, videtur ſurripuiſſe res de domo, ſi non reperiantur, & probantur primò fuiſſe.

REGVLA CCVII.

FVGA ſolam ſuſpicionē facit, vt tenet Bartol. in *l. admonendi de iureiurand.* licèt ibi gloſ. dicere videatur, quod ſemiplenam probationem faciat.

Pri-

Primò fallit, niſi quis timore familiæ rectoris aufugiat, & poſtea citatus à iudice compareat: tunc enim purgatur omnis ſuſpicio, vt eſt tex. *in l. quis ſit fugitiuus, §.1. ff. de ædi. edic. &c.*

Secundo fallit niſi aliqua cauſa excuſet fugientem, putà tenere partialitatem in ciuitate, vel quid aliud. *d. l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeo.*

Tertiò limita dictum Bartol. quod fuga indicium facit, vt dicitur in d. l. admonendi. & clarius *in l. lege Corne. ff. ad Syllan.* videlicet quando aufugit, ante accuſationem de ſe factam: ſecùs ſi poſt, quia tunc licuit ſibi ſanguinem ſuum redimere, per dictam *l. 1. in fi. de bon. eo.* vbi Barto. ita tenet per illum text. quod intelligo, quando delictum erat capitale, ex quo aut debebat occidi, aut membris militari: ſecùs ſi eſſet imponenda pœna pecuniaria, &c. quod dic, vt not. *in d. l. admo.* adde tamen quod in caſu ſpeciali fuga plenè probat: *vt l. conſiliarios. C. de aſſeſſ.*

De litera G.

REGVLA CCVIII.

GABELLAS fraudare non licet ſecundum communem concluſionem.

Primo fallit, quando imponens gabellam non habet iuriſdictionem imponendi, & hanc regulam ponit Bartol. *in l. vectigal. ff. de public.*

Secundo fallit, ſi gabella eſſet nimis exceſſiua, & ſentiret reprehenſionem debitam, ſecundum Bald. *in l. 1. C. de iur. aureo. annul.* quem allegat Innocent. *in c. plerique de immunitate Eccleſiæ.*

Tertio fallit, quando rex vel alius imponit noua vectigalia ſine cauſa: quia cum cauſa poſſet, putà pro-

pter

pter defenſionem patriæ, ſecund. Innoc. *in c. innotuit. de cenſi.* & ibi Hoſtienſis.

Quarto fallit, quãdo illud vectigal, vel gabella impoſita eſſent ob cauſam: ſcilicet, vt itinerantes ſint ſecuri pro rebus. & pro perſonis: & princeps vel communitas cuſtodirent itinera ſecura: quia tunc non eſt licitum fraudare gabellas, ſed ſi princeps hoc non faceret, teneretur ad reſtitutionem damni ſecundum Hoſtien. *in ſumma de cenſibus.* §. *in quibus caſibus. in pen. col. verſicul. quòd ſi res.*

REGVLA CCIX.

GESTA per falſum procuratorem, vel per non habentem mandatum vel non ſufficiens, regulariter per dominum ratificari poſſunt, ita quod valeant. *l. licèt. de iudic.*

Primo fallit vbicunque, aduerſarius à principio proteſtatur, quod non intendit cum ipſo litigare, niſi & inquantum habeat legitimum & ſufficiens mandatum. nam hoc caſu ſi non habeat mandatum & ſufficiens, etiamſi dominus ratificauerit geſta per eum, nihilominùs talis ratificatio ea non approbauit: vt eſt caſus ſingularis ſecundum vnum intellectum *in l eos, quos.* §. *alieno. ff. de damno infect.* ſecundum Lud. de Roma. *in quodam ſuo ſing. quod incipit, Quaro nunquid geſta per falſum procuratorem, &c.* ita etiam not. Ange. *in in d.* §. *alieno.* & Bal. *in apoſtill.* & ita aliâs à me obtentum fuit.

Secundo fallit, quando ego reuocaſſem procuratorem meum. & ille poſteà geſſerit negotia mea, me ignorante: quia tunc non poſſum ratificare ea, quæ geſſit. Quia qui ſemel diſplicuit, amplius placere non poteſt. *l. Pomponius ſcribit ff. de negoc. geſt.* & ita tenet Ang. *in d. l. licèt.*

Tertio fallit, quando agitatum fuiſſet iudicium coram

Digitized by Google

coram iudice principis, quia propter obreptionem non poteſt dominus ratificare. ita tenet Bald *in l. falſis. C. de falſis.*

Quarto fallit, quando vna partium fuiſſet abſens, ſecund. Ang. *in d. l. licèt. ff. de re iudi.* qui dicit ſe audiuiſſe ab Oldr.

Quinto fallit, quando eſſent duæ prohibitiones falſi procuratoris, legis vel ſtatuti: *vt in §. ſancimus. de alie. & emphyt.* ita tenet Bald. *in d. l ſi quis vxorem. de condit. inſer.* Et quod dictum ſuprà eſt quod geſta per falſum procuratorem poteſt dominus ratificare, illud habet locum in illis caſibus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum. Ita notat. tenet Arch. *in c. ſi generali extrà de procurat. libr. 6.* & *l. illud. in §. fin. cum l. ſequ. ff. de procur.* quod dictum bene nota, quia multoties de facto contingit.

REGVLA CCX.

GESTA ab occulto excommunicato & tolerato, ſeu ab eo, qui commu. opin. pro non excommunicato habetur, tenent & valent, *l. Barb. ff. de offi. præt.* & per Cano. *in c. veritatis. de dolo & contu. in fine.*

Primo fallit, quando actus geſtus per excommunicatum concernit fauorem illius, qui ſciuit eum eſſe excommunicatum, cum tunc cauſa eius debeat retractari. vt notat Ioann. Cald. *in d. c. nihil extrà de elect.* & *in c. tanta. de exceſ. prælat. in diſputat. ſua, quæ incipit, excommunicatus qui.*

Secundo fallit, quia excommunicatio, qualitercunque lata ſit ab excommunicato tolerato, non valet: cum excommunicatus extra eccleſiam exiſtens non poſſit quem per actum excommunicationis extra eccleſiam ponere: vt tenuit gloſſ. 24. *quæſtio. 1. in ſumma. in c. audiuimus.* & Hoſtienſis, Ioan. Andr *in c. pia. de except. libr. 6.* & Ioann. Cal. *in d. c. ad probandum, de re iudic. artic. diſt. 1. cap. 1.* Verum Innoc. in c. ſi vero. de ſenten-

ten-

ten.excom-ſentit contrarium, qui vult quòd valeat talis excommunicatio, quia tutius & verius videtur, quò ad eccleſiam militantem, & tutius eſt, quòd teneat, ſaltem ad factum. ad quòd *c. iuuenis de ſponſ.* ſecundum Dom.Nic. de quo pleniùs *in d. c. tanta de exceſ. prælat.*

Tertiò fallit in ſpiritualibus, in quibus imprimitur character, & vltrà expectatur executio actus collati: prout eſt in collatione ordinum & ſacramentorum: quia character licèt in his imprimatur, executio tamen non poteſt fieri, ſine diſpenſatione, etiam ſi conferatur ab excommunicato tolerato: quia ipſe excommunicatus ſic ab eccleſia præciſus executionem ipſam alteri dare non poteſt, vt voluerunt quidam *in c. fi. extrà, de ord. ab epiſ.* & vide latius per Doctor: *in d. c. veritatis, extrà, de dol. & contu.*

REGVLA CCXI.

GRAVATVS de reſtituendo poſt mortem ſuam intelligitur ſi ſine liberis deceſſerit. *l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom.* & *l. general. in* §. *cùm autem. C. de inſt. & ſubſt.*

Primò fallit, vbicunque hæres extraneus eſſet rogatus de conſtituendo hæreditatem poſt eius mortem: quia tunc non ſubintelligitur d. conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, vt eſt gloſſ. notabilis *in l. ex facto. in* § *ſi quis rogatus. ff. ad Trebellian.*

Secundò fallit, ſi deſcendens purè rogetur: vt tenet gl. *in d.* § *ſi quis rogatus.*

De litera H.

REGVLA CCXII.

HÆREDITAS nõn adita ex ſuitatis beneficio tranſmittitur. *l. apud hoſtes. ff. de ſuis & leg.*

Primò

beros, ſeu proximos venientes ab inteſtato, vt *in l. militis codicillis in princip.* & ibi Bart. *ff. de teſt. mil.* vbi expreſsè hoc habetur.

Secundò fallit ad pias cauſas. *vt in l. 1. C. de ſacr. ſanc. eccleſ.* & ibi Bald. *in pen col.*

Tertio fallit in inſtitutione facta de re certa, vt tenet Bald. *in l. nec codic. C. de teſt.* quòd intellige verum, quando inſtituitur hæres extraneus in codicillis, ſecus in filio: quia Bald. *in l. omnium in prin. in 3 q. C. de inof. teſt.* & *in Auth. ex cauſa in 6. q. C. de lib præt.* dicit quod ſecus eſt in filio. & declarat & reputat eſſe verum & bonum nota.

Quarto fallit, quando per viam declarationis teſtator faceret teſtamentum: vel à ſeruis & ibi per Ioann. de Imol. *de hæredit. inſtitut.* quod ſanè intellige, quando mentio facta fuerit de hærede in quem, vt de iſto hærede. ſecus ſi aliter eſſet ſecundùm Bal. *in d. l. nec codicillum. C. de teſta.* & ibi Salice. vnde teſta. non aſſumunt vires à codicillis: ſed ecōtra ſic. & ideò Bal. *in l. quoties C. de hære. inſtitu.* dicit quod pater in teſtamento dixit iure inſtitutionis prout requiritur *in §. aliud quoque capitulum iuncta glo. in Auth. vt cum de appellat. cogn.* ſed in codicillis non poteſt per patrem declarari, quod relinquat iure inſtitutionis: cùm verbum, relinquo, ſi proferatur ad vniuerſalia, facit inſtitutionem ad particularia, vt notatur *in l. cogi. §. fin. ff. ad Trebel.* vt ibi per Bar. & alios latiſſimè diſputatur.

REGVLA CCXIIII.

HÆRES inuentarium non conficiens vltra hæreditatis vires tenetur, & alias pœnas patietur, de quibus *in Authen. de hær. & Fal. in §. quia vero* & not. *in l. fi. C. de iure deliber.*

Primo fallit *a* quia in foro conſcientiæ quis non tenetur vltra vires hæreditatis, licèt non confecerit inuentarium, licèt teneatur de iure ciuili. & iſta eſt com-

munis opinio, vt tenet Lud. de Roma *in Rubr ff. de acquir. hære.* & ibi vide per Bart. & vide etiam per Bart. *in l. 1. C. de ſacr. ſan, eccleſiis*, & Barto. *in l. fin. in prin. in 5. q. C. de iure delib.* & Petr. de Anch. *in c. 2. de iud. in 6.* & Butr. *in c. 2. de immunit. eccleſi.* & contra Bart. tenuit Imol. *in l. gerit. de acqui hæred.*

ADDITIO.

a Primò fallit. *Pro hac prima vide dom. Pet. Phili. Corne.* in conſil. 39. incip. adeo. in litera F. in 4. part. *& And. Bar.* in rub. ff. de acquir. hæred. *vbi per multa argumenta tenet contra Bart. & vide* Fel. in c. cùm M. Ferra. in 20. col. in ver. hanc concluſionem. de conſtit.

Secundò fallit in hærede vſurarij. ita tenuit Fede. de Sen. *in conſi. 31.* & Lud. & de Roma. *in d. rub. de acqui. hæred.* idem tenuit *in l. 1. §. antep. ff. ſi cui pluſquam per. Falcid.*

Tertiò fallit in hærede executoris, qui nullum commodum ex hæreditate reportat. & ſic nullum incommodum ex hæreditate debet reportare. ita voluit Ioannes Andr. *in c. 1. de inſtrumen edi. § . oſtenſo verſ. nunc.* & Angel. *in l. 1. §. antepe. ff. ſi cui pluſquam per l. Falci.* & Ludo. *in d. rub. de acquir. hæred.*

Quartò fallit in monaſterio ſuccedente ingreſſo iure religionis, & in parte ſuccedente filio iure peculij. ita dicit Bald. *in l. ſancimus.* & *in l. iubemus. C. ad Trebellian. & in Authent. cauſa quæ fit cum monacho. C. de ſacroſanctis eccleſiis, circa finem.* Iacobus Butrig. *in l. 2. C. vnde vi.*

Quinto fallit in eo, qui ſuccedit illi qui non tenetur vltra quàm facere poſſit: vt voluit Angel. *in d. §. antepe.* per regul. *l. qui in alterius. ff. de regul iur.*

Sexto fallit ſi creditores ſeu legatarij hæreditarij confitentur ſpontè non ſufficere bona hæreditaria pro ſoluendis debitis. ita voluit not. Bald. *in l. filium quem habentem, C. fam. erciſc.* & Ludo. de Rom. *in d. rub.* fa-

cit gl. *in l. in contractibus. C. de non nu. pec.* & Paul. de Caſtr. *in l. in ratione. § qui vulgo. in fin. ff. ad Falc.*

Septimo fallit *b*, ſi teſtator antequam deceſſerit, bonis ceſſerit: quia tunc hæres ſuccedens & inuentariũ non conficiens non tenetur vltra vires, quia talis ceſſio tranſit in hæredem: vt voluit eleganter Bald. *in l. fi. C. qui bon. ced. poſ.* & Lud. *in d. rub.* & vide ad hoc Bald. *in d. l. filium. C. fam. erciſc.*

ADDITIO.

b Septimo fallit. *Vide And. Barb.* in d. rub. de acq. hær. *reprobantem hanc fallent. dicentem quod hodie non habebit locum, cùm de iure* Digeſtorum *de inuentario prouiſum non erat.*

Octauo fallit, ſi legantur alimenta ſeu aliquid ad arbitrium, vt Bal. voluit *in l. voluntas. C. de fideicomm.* & Lud. de Rom. *in d. rub.*

Nono fallit in eccleſia, quæ non tenetur conficere inuentarium: vt tenet Bald. *in fin. C. de iu. deli.* & vide Angelum ibidem. & idem Bald. *in l. cum à matre. C. de rei vend.* idem Abb. *in c. 1. de teſti.* & ibi dicit hanc opinion. eſſe tenendam: quia fauet eccleſiæ. vide Ludo. *in Authent. ſed cum teſtator C. ad l. Falcid.* qui ſequitur Bartol. & vide Bald. *in l. poſt diuiſionem C. de fur.* & *in l. filium. C. fami. erciſc.* & Bald. *in l. 1. C. de ſacr. ſanct. eccleſ.* & Bal. *in l. fin. C. qui bon. ced. poſ.* & *in Auth. ſicut alienatio C. de ſacr. ſanct. eccleſ.* contrarium tenet Ludo. *in d. § antepe.* per text. *in Authent. de hæred. & Falci. in fin.* & ita voluit Fulgo. *in d. l. fin. de dolo.* & ita Ludo. *in d. rubr. alleg. glo.* quæ hoc dicit *in c. 1. de teſtam.* & vide per Bald. qui tenet primam opinionem *in l. cùm à matre. C. de rei vend.* & quod non teneatur eccleſia conficere inuentarium, tenuit Cardi. *in c. 1. de ſol.* & ibi Abbas hoc tenet per text. *in l. 1. § cui bona. ff. de iur. fiſc.* ſed Butr. *in c. 1. de teſtam.* tenet quod de iure ciuili teneatur conficere inuentarium: licèt poſſit reſtitui. idem tenet Ioan. Andr. & Imol. ibi, ſed Bal. dubitauit de hac q. *in Auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falc.*

Septimo fallit, vbi aliquis in mortis articulo obligaſſet aliquid, quod poſtea legauit alteri: quia tunc fideicommiſſarius vel leg. debet id luere, & non hæres. *l. ſi res obligata. de legat.* 1. & ratio huius fallentiæ, quare præſumitur tunc ignorantia, eſt: quia quando obligauit erat in mortis articulo: & tunc homines ignorare poſſunt, per *l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. facere poſſunt.*

Octauò fallit, vbi tractaretur de valore rei futuro, & non de præſenti. per *l. qui in fraudem credito. ff. qui & à quib. §. in fraudem. Inſtit. quib. ex cauſ. manumit. non licet. ibi, ſperant.*

REGVLA CCXX.

IGNORANTIA circa factum alienum *b*, regulariter præſumitur. *l. verus. de appella.*

ADDI-

ſtium, vt præſumatur habere notitiam dictorum ſuorum, vt eſt text. iuncta gl. & ibi per Innocent. *in c. conſtitutus, de teſtib.* & probatur *in Auth. at qui ſemel. C. de probat.*

Octauò fallit in hærede extraneo, vt præſumatur habere notitiam tenoris totius teſtamenti, vt *in l. eius qui in prouincia ff ſi certum peta.* & *in l. cum hærede, de liber legat.* Bald. *in d. l tutor.* ſed Paulus de Caſtr *in d. l non eſt ferendus.* dicit, quòd hoc non videtur ſibi iuri conſonum: cùm ipſe hæres poſſit adire hęreditatem, etiam clauſis tabulis, *vt in d. l. 1. §. nouiſſimè C. de caduc. tollend.*

Nonò fallit in factis nobilium perſonarum: nam in his de facili non admittitur allegatio ignorantiæ, ſed præſumitur in alijs, vt not. *in c. illorum, de ſent. excommu.* & not. Abb. Sicul. *in c. tuam, de ordine cognit.*

Decimo fallit, vbicunque aliquod factum eſſet ſæpiùs tractatum, *vt in l. Procula ff. de probat* & *in l. patronus ff. de confirm tut.* & not. Bal. *in l. alienam. C. de legatis.*

REGVLA CCXXI.

IGNORANTIA in dubio præſumitur. *l. verus, de appellat. & ibi nota.*

Primò fallit, vbi & inquantum fama laborat: nam fama facit opinionem. *l. cùm quidam. § qua dicitur ff de acq hæred.* & ratum falſum inuenitur: quia vniuerſi dicuntur ciues.

Secundo fallit in facto proprio: quia non præſumitur ignorantia. *l. fin. ff. pro ſuo.*

Tertio fallit in factis vicinorum *l. domus. ff. locati.* & in factis conſanguineorum. *l. de tutela C de in integr. reſtitut.* & etiam in factis domeſticorum. *l conſenſu. §. ſuper ſeruis, de repu.* & has limitationes ponit Bald. *in l. quicquam in 1. colum. C. de ſeru fugi.*

REGVLA CCXXII.

INCENDIVM regulariter habitantium culpa

 veniſ-

Digitized by Google

veniſſe præſumitur. *l. venditio. ff. de peric. & commod. rei vend.* & not. gl. *in l. ſi modò. ff. de leg. 1.* & *in l. 4. §. 1. ff. de offic. proconſ. & leg.*

Primò fallit, vbi ex parte habitantis probetur, quòd incendium aliundè proceſſit, & abſque culpa ſua & ſuorum, pro quibus tenetur, *in l inſulam. §. fina. ff locati.* & ita videtur ſentire Bartol. *in l. ſi quis ex argentarijs. § penult. ff de edend.* quod eſt menti tenendum, ſecundùm Ioan. de Imol. *in d. l modò culpa.* ſed in contrarium facit, quia conductor non tenetur niſi de lata & de leui culpa, *vt l. ſi contractu. ff. de regul iur. l. ſi vt certo loco §. nunc videmus ff. commod.* niſi in caſu *l. ſi metus. & ibi notatur ff locati.* ſed culpa, quæ præſumitur in incendio, eſt leuiſſima, vt eſt gloſſ. ſingul. *in § præter eorum, Inſtitut. quib. mod. re contrah. oblig &c.*

Secundò fallit, quotieſcunque ille qui habitabat in domo, conſueuit eſſe vigil & diligens, & alia indicia contra eum non apparerent. nam tunc in dubio non tenetur de incendo. ita nota. domin. Bald. *in quodam ſuo conſilio, quod incipit, quidam teſtator decernere.* alleg. in argum. *l non omnes, §. à Barbaris. ff de re milita.* & *l. argentum. ff. commodati.* quod eſt notandum: & de hac materia habetur per Salycet. *in l quæ fortuitis. in vltim. col. C. de pignoratitia actione.* vbi dicit, quòd hoc eſt not.

REGVLA CCXXII.

INCERTITVDO quantitatis vitiat actum. *l. cum poſt. §. gener.* & *ibi Doct. ff. de iure dotium.*

Primò fallit in caſu *l. quidam in teſtamento ff de leg. 2.* & *in l. ad inſtructiones. C. de ſacroſanctis Eccleſiis.* vbi valet legatum incertum ad refectionem viæ publicæ.

Secundo fallit in dote, vbi incertitudo quantitatis vel rei non vitiat. *d. l. cum poſt. §. gener.* quod intellige etiam procedere ſi promiſſio dotis eſſet facta pro mu-

lier-

fiere incerta: vt ſi diceretur, Quamcunque duxeris in vxorem, &c. *à Titio ff. de verbor. oblig.*

Tertiò fallit fauore alimentorum: vt probatur *in l. ſi cui annum. ff. de annuis lega.* de quo tamen vide per Cyn. *l. 1. de dotis promiſſione.*

Quartò fallit in legato ad pias cauſas: vt eſt gl. *in c. nos quidem. & ibi Doct. de teſta.* gl. & Bart. in *l. ſi cui annum ff. de annu. lega.*

Quintò in relicto incerto facto cauſa ſtudij, vel alterius artificij addiſcendi, quia tunc non vitiatur propter incertitudinem, vt eſt text. in *l. ſi Stichus. ff. de legat. 3.*

REGVLA CCXXIIII.

INFAMIS regulariter efficitur, qui actione famoſa conuenitur & condemnatur. *l. athletas. §. calumniator. cum ſeq. ff. de his qui nota. infam.* & *l. infames. ff. de publi. iud.*

Primò fallit, vbicunque quis litigaret non per ſe, ſed per procuratorem: nam tunc licet ipſe conueniretur, & eius procurator procuratorio nomine, iuxta *l. 1. de ſentent. & interlo. omn. iud.* Tamen hoc caſu nec dominus, nec procurator efficitur infamis: vt probatur per text. & gloſſ. in *l. furti. in §. qui alieno ff. de his, qui notantur infamia.*

Secundò fallit, quando reus ſoluit antequam lis conteſtetur: vt not. Bart. *in l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infa.* per *l. ſi reus paratus. ff. de procur.* & ibi hoc notat Bart. qui dicit, quòd ſufficit ſoluere ante condemnationem.

Tertiò fallit, quando tertius ſucceſſor mandato ipſius rei ſolueret: vt tenet Ange. not. in *l. non poteſt ff. de fur.* & hoc etiam eſt naturale: quia aliquando ex hoc ſolo crimine ſequitur infamia: quia eſt confeſſus vel conuictus, vt eſt caſus in *c. teſtimonium, extrà. de teſti.* licèt aliquando non efficiatur infamis ex ſolo crimine, ſed demum ſecuta ſententia: vt eſt caſus *in d. §. calum-*

calumniator. & ideo vbi ex ſolo crimine non infertur infamia, niſi per condemnationem, ſufficit quòd reus ſoluat ante litem conteſtatam vel ante ſententiam: & & ita ſeruatur communiter in illis, qui debent condemnari in arengo. quia ſi ſoluunt ante cōdemnationem, & non legitur ſententia in arengo. tunc talis nō efficitur infamis: ſed ſi ex ſolo crimine, quando de eo eſt confeſſus vel conuictus, ſequeretur infamia, vt *d. c. teſtimonium.* non eſſet bona cautela, quòd ipſe Reus ſolueret ante lit. conteſt. vel ante ſententiam: quia per ſolutionem videtur crimen confiteri, vt *in l. ad ſolutionem. C. de re iudic.* & *l. quoniam. ff. de his qui not. infa.* & ideò hoc caſu eſt neceſſarium, quòd alius ſoluat pro eo, ſiue eius mandato: quod not.

REGVLA CCXXV.

INGRESSI monaſterium, bona & iura omnia in monaſterium tranſeunt. *c. in præſentia* a, *& ibi Doct. de probat.* & *in Auth. ingreſsi, de ſacroſan. Eccleſ.*

ADDITIO.

a In præſentia. *Vbi omninò vide Felin.* & *Dom.* Iaſ. *Mayn.* in d. Auth. ingreſsi.

Primò fallit, quando ipſe haberet deſcendentes, quibus debetur legitima: cùm tunc eius bona tranſeunt in monaſterium ſalua ipſa legitima. 10. *quæſt. fin. c.* 1. ſecundùm Ioan. Andr. & Imol. in *d. c. in præſentia.* & hoc habetur *in Authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. Eccleſ.* & facit ad hoc quod not. de regul. *c. cùm ſcimus. & extrà, qui filij ſint legit. c.* 5. imò & ſi ſuperſint aſcendentes, eorum legitima erit ſalua, vt voluit Innocent. & Ioan. Andre. in *d. c. in præſentia.* per id quod habetur *ff. de inoffic. teſtam. l. nam & ſi parentibus.* & hoc quod habetur *in Authent. presbyteros. C. de Epiſcop. & cleric.*

cleric. ſed licèt ipſis deſcendentibus detur legitima, & ſeruetur, tamen eam petere non poſſunt ante mortem naturalem ipſius ingredientis, ſed poſteà voluit Bart. *in d. Authen. ſi qua mulier*, per illlum textum. pro quo facit quod not. *extrà, de teſtam. c. Raynutius.* interim tamen ipſi deſcendentes habebunt alimenta ab ipſo monaſterio, vt voluit Cynus *in d. Authent. ſi qua mulier.* cum quo tranſit Dom. Nicol. *in d. c. in præſentia.* cùm fortè non procedat reſpectu legitimorum filiorum ſeu deſcendentium, & dici poſſit fortaſsè per tex. not. *in d. c. cùm ſcimus.* vbi tex. ad literam videtur probare, quod filius poſſit legitimam petere in vita patris. & hoc ſentit ibi Ioan. Andr. & Petr. de Anchar. & Dom. Flor. & Bal. *in Authent. ingreſſi, de ſacroſanct. Eccleſ.* ſecundùm Dom. Nicol. qui hoc tenet pleniùs *in d. c. in præſentia.*

Secundo fallit in eo, qui ingreditur ordinem ſiue monaſterium mendicantium, vt fratrum Minorum, Prædicatorum mendicantium, circa quos licèt fuerint opiniones, quibus eorum bona deputentur, de quibus per Innocent. in *c. in præſentia.* & alios Modern. tamen dici & concludi poterit, quod ſi ingrediatur monaſterium fratrum Minorum, quod tunc bona eius veniunt ad ſuccedentes ab inteſtato: cùm ipſi fratres non poſſint capere, niſi quod habetur *in Clement. exiui. de verbor. ſignificat.* prout voluit Federic. de Senis *in conſil. 26.* & Bartol. *in tract. Minoricarum*, ad hoc *l. ſi in metallum. ff. de his, quæ pro non reſcrip. ff. de teſtam. milit. l. neque fratres. C. de hæred. inſtit. l. 1.* ſecundùm Dom. Anton. in *d. c. in præſentia.* vbi latiùs per Canon.

Tertio fallit, quando tales ingredientes monaſterium decederent intra annum probationis: cùm tunc eorum bona non perueniant ad monaſterium, vt tenuit Cyn. in *d. Authen. ſi qua mulier.* & Dom. Anton. in *d. c. in præſentia.* ſed ad illos, quibus reliquerint, ſi fuerint teſtati, cùm teſtari poſſint intra annum probationis, vt voluit Ioan. Andr. *in c. beneficium, de reg. iur. in 6.*

ſi verò non fuerint teſtati, & tunc ad venientes ab inteſtato deuoluuntur, ex quo expreſsè vel tacitè non fuerint collata in monaſterium, argu. *l ſi quis cum nullum*, & *l. conſiſtiuntur. de iure Codi.* ſecundùm Ioan. de Imol. *in d. c. in præſentia.* & hoc etiam diſputando tenuit Pet. de Anch. prout ipſe refert *in d. c beneficium, de reg. iu.* quod etiam habet locum in alijs caſibus, in quibus plenè per Canon. *in d. c. in præſentia.*

Quartò fallit, quando ipſi ingredientes primo diſpoſuiſſent de eorum bonis: nam tunc diſponere poſſunt, prout eis placuerit, vt habetur 18. *q.* 3. *quia ingredientibus.* & *in Authent. de monaſteriis* § *illud quoque decernimus.* cum eorum bona non deuoluantur effectualiter & irreuocabiliter ad monaſterium illud: quia diſpoſuerunt ingrediendo. vt per Cano. *in d. c. in præſentia.*

Quintò fallit vbicunque perſuaſione alicuius Abbatis vel prælati quis ingrediatur monaſterium: quoniam hoc caſu bona ingredientis non applicabuntur monaſterio: ſed debebunt reſtitui eis, qui forent ſui hæredes, textus eſt ſingul. 20. *quæſt. 3. conſtituit.* quem textum allegat gloſſ. *in c. pen de offici. deleg.* de limitatione d. Authent. vide per Imol. *in l. cùm mulier. in 10. col. lum ff. de ſolut.*

REGVLA CCXXVI.

INSTANTIA cauſæ appellationis non poteſt prorogari. *l. nemo. C. de temp. appell.* Bal. *in l. fi.* § *ff. eo. tit.* & per Ant. de Butr. *in c. ex ratione de appellat.*

Primò fallit, niſi fiat compromiſſum in arbitrum: quia tunc illo pendente non currit tempus proſequẽdi appellationem. per tex. *in Authen. ſi tamen. C. de tempo appell.* Specu *in tit. de legato* § *reſtat videre ver. item ſi inſtantia.* quòd intellige ſi fiat compromiſſum poſt appellationem interpoſitam, & ſi partes egerint coram arbitro; ſecùs, ſi facto compromiſſo nihil egerint,

rint, argument. *l. contra maiorem C. de appel.* & ita conſuluit Fulgo. *in conſ.* 120. & Petrus de Ancha. *in conſ.* 286. *incip. Ioan. Andr.*

Amplia prædictam fallentiam, vt non ſolum procedat in arbitro: ſed etiam in arbitratore: vt per Baldum *in l. eos.* § *Apoſtolos. C. de appellationibus.*

Secundò fallit, quando eſſet taxata à ſtatuto: quia tunc poteſt per partes prorogari, vt per Bal. *in extrauagan. in verbo, in cauſis de pace Conſtant.*

REGVLA CCXXVII.

INSTANTIA conteſtata lite cum defuncto in ſucceſſorem *a* tranſit. *l. tam ex contractibus. ff. de iudic.*

ADDITIO.

a In ſucceſſorem. *Adde Felin.* in c. quia V. circa prin. 1. col. de iudi.

Primò fallit in fiſco. *l. ſi conſtante. in fine. ff. ſolut. matrim.*

Secundò fallit, quia inſtantia non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, vt not. Angel. *in d. l. tam ex contractibus.*

Tertiò fallit, quia ſiue agatur reali ſiue perſonali actione, nunquam tranſit inſtantia in ſucceſſorem poſt concluſionem in cauſa: vt not. Ang. *in l. nam & ſi actor. ff. de rei vendicati.*

REGVLA CCXXVIII.

INSTANTIA cauſæ principalis tantùm biennio durat. *l. fin. C. vt infrà cert. temp. crim. quæſtio termi.*

Primò fallit ſecundum Ioan. Andr. *in c. venerabilis* b, *extrà de iudici.* quando verteretur inter clericos, cùm tunc infra duos menſes debeat terminari, *vt in Auth. apud prop. Epiſcopes.* § *ſi tantùm, in* 6. *colum.*

ADDITIO.

b In c.venerabilis. *Vide ibid. Felin.* in princ.

Secundò fallit *in l. vnica*, §. 1. *C. vt omnes tam ciuil' quàm crimin'* vt eſt in officiali, quando ſyndicaretur, vt ibi, de quo per Bartol. *in l. 2. ff. ad leg. Iul. repet.* & *in d. c. venerabilis.* per Dom. Anton. & Dom. Nicol.

Tertiò fallit in caſu *l. de ſubmerſis. C. de naufrag. lib.* 10.

Quarto fallit in caſu *l fin. C. de dolo.* ſed dic, aut loquimur de inſtantia cauſæ ciuilis, & hæc regulariter durat triennio, *vt l. propemodum, de iudi.* & *hoc de iure Ciuili*, in iſtis caſibus, de quibus per gloſſ. *in d. l. properandum.* & per Ioan. Andre. *in d. c. venerabilis* & hoc etiam voluit Ioan. And. *in addit. Specul. in tit. de leg.* §. *reſtat, verſic. quid ſi ſtatutum.* & Bartol. *in d. l. properandum.* vbi pleniùs de hoc. & ita tenetur ſecundùm Ioan. Andr. *in d. c. venerabilis.* nec etiam per iuramentum prorogari poteſt, vt voluit glo. *in d. l properandum.* quod eſt verum de iure Ciuili. *l. non dubium. C. de legibus.* ſecùs de iure Canonico, *vt in c. cùm. contingat, extrà, de iureiuran.* ſecundum Imol. & Canoniſtas *in d. c. venerabilis.* vbi latè vide per eos.

REGVLA CCXXIX.

INSTITVTIO facta ſine præſentatione patroni, eſt ipſo iure nulla, vt probatur *in c. decernimus, de iure patron.*

Primo fallit, quando præſentatus per patronum ſine ſcandalo inſtitui non poteſt, quia tunc Epiſcopus poterit inſtituere quem velit, ſine præſentatione, *tex. eſt. & ibi not.* Abb. *in c. quoniam, de iurepatronat* & quomodo dicatur imminere ſcandalum in caſu noſtro declarat Hoſti. *in Summa eiuſdem tit. verſ. quid iuris.*

Secundò fallit, quando non conſtat Eccleſiam eſſe patro-

patronatam, dato quòd aliqui intra ſe contendant ſuper iure patro. quia tunc Epiſcopus poteſt inſtituere ibi clericum ſine eorum præſentatione, vt colligitur ex doctrina Abb. *in c. ſi verò eo tit.*

Tertiò fallit iſta regula in patrono eccleſiaſtico: quia eo ſpreto, poteſt fieri inſtitutio per Legatum de latere. *c. cùm dilectus. & ibi not. de iur. patronat.*

REGVLA CCXXX.

INSTRVMENTA poſt concluſionem in cauſa produci non poſſunt, vt eſt tex. gloſſ. & Docto. *in c. cùm dilectus, extrà, de fide inſtrum.* & not. *in l. iubemus. C. de iudic.*

Amplia primò, vt locum habeat etiam coram arbitro vel arbitratore, ſecundùm Roma. *in l. 1. in 3. colum. ff. de arbit.*

Amplia ſecundò, etiamſi producantur non ad probandum, ſed declarandum priores probationes, ſecundùm Rom. *in l. admonendi. 6. colum. ff. de iureiur.* contrarium tamen vide tenentem Fel. *in d. c. cùm dilectus. in hac eadem 2. ampliatione per eum ibi relata.*

Amplia tertio, etiam ſi ſtatim poſt ſententiam quis vellet producere, ſecundùm Bald. *in d. c. cùm dilectus.* pro cuius ampliationis intellectu vide ibi Felin. eam referentem.

Amplia quarto, ſi ſit talis probatio facti, quæ poteſt opponi poſt ſententiam: quia non ſequitur, quod poſt concluſionem in cauſa, vt ſingul. per Card. *in c. licèt cauſam, in prin. pen. quæſt. de probat.* vbi dicit, ſe vidiſſe obtineri in facto, quod poſt concluſionem in cauſa non poteſt opponi exceptio falſitatis, per tex. *in d. c. cùm dilectus.* pro qua ampliatione vide ibi latiùs Felin. & dic prout ibi per eum.

Primo fallit, quando inſtrumenta fuiſſent de nouo reperta poſt ipſam concluſionem: vt eſt caſus *in l. admonendi. ff. de iureiuran.* ſecundùm vnam lecturam,

quam ſequitur ibi Bartol. etiam plenius *in c. paſtoralis, extrà de cauſa poſſ. & propriè.*

Secundò fallit in caſu, in quo iudex procedit ex officio: cùm poſſit inſtrumenta producere, ſi eidem hoc videatur expedire: cùm eidem non ſit præcluſa via. arg. d. c. paſtoralis. & hoc voluerunt domini de Rota *deciſ. 5. quæ incipit, item ſi poſſunt.* & ſequitur ad hoc etiam quod no. *extrà de teſti. c. cùm clamor.*

Tertiò fallit in cauſis criminalibus, cùm etiam in eis reus probare poſſit, etiam poſt concluſionem in cauſa. argumen *l. diui fratres. ff. de pœnis.* hoc expreſsè tenetur *in l. 1. ff. de quæſti.* ad hoc etiam quod notat. *in l. 2. de vulg. & pupi.* adde Barto *in l. 2. vi bo. rap.*

Quartò fallit, *vt in d. c. paſtoralis. de cauſa poſſ. propriè* de quo ibi.

Quintò fallit, quando ipſa inſtrumenta producta fuerunt poſt ipſam concluſionem parte altera præſente, & non contradicente: adeò quòd ſi admittantur non poterit appellari. argumen. *c. cùm dilectus. extrà de fide inſtrum.* & *d. c. paſtoralis.* Quinimò ſi producerentur eo non contradicente & admittantur, tenebit admiſſio: cùm ex hoc videatur renunciatum ipſi concluſioni: vt notat. per Dom. de Rota *in deciſi. ſuprà alleg.* arg. *c. petitiones. extrà de cauſa poſſ. & proprie.* & quod notatur *in clement. ſæpe. extrà de verb. ſignifi. in verbo, interrogauit.*

Sexto fallit, quando concluſio eſſet facta in cauſa principali, & in cauſa appellationis producantur inſtrumenta, antè quàm eſſet concluſum: cùm non ſolũ inſtrumenta ſed etiam teſtes quandoq; produci poſſint: nam diſponitur ex ipſa concluſione, ſecundùm Innoc. *in d. c. cùm dilectus. de fide inſtrum.* & *c. 1. extrà de except.*

Septimò fallit in cauſa publica, pupilli, vel eccleſiæ vt nota. *in d. l. admonendi.* & in locis piis. vt nota. *in c. inter monaſterium de re iudi.* iſti enim omnes poſt concluſionem etiam in cauſa poſſunt producere inſtrumenta de nouo reperta: ergo fortius ante ſententiam & poſt publicatum proceſſum. Octa-

Octauò fallit in cauſis ſummariis, in quibus ad inſtantiam vnius partis poſt concluſionem in cauſa iudex poterit aliam partem interrogare, & petere ab ea quòd etiam producat inſtrumenta, vt eſt gloſſ. ſingul. *in Clemen. ſæpè. de verborum ſignifica.*

Nono fallit, vbicunque iudex ex aliqua iuſta cauſa peteret apertè, vt producerentur inſtrumenta: vt tenet Specul. *in tit de alleg & conclu.* §. 1. & not. Bald. *in l. 1. C. ſen. reſcin. non poſſ.*

Decimò fallit, niſi quis produceret inſtrumenta poſt concluſionem in cauſa ad declarationem inſtrumentorum productorum ante concluſionem in cauſa. textus eſt not. *in c. auditis. de reſtit. in integrum.* & prædictæ limitationes procedunt, videlicet quod inſtrumenta nouiter reperta poſſunt produci poſt concluſionem in cauſa in caſibus ſuprà dictis Sed limita hoc eſſe verum, quando terminus ad probandum fuerat aſſignatus ab homine: ſecùs autem ſi à lege vel à ſtatuto: quia tunc poſt concluſionem in cauſa non poteſt amplius produci, etiam cum iuramento ignorantiæ. ita ſingul. voluit Baldus *in l. exceptionem. C. de probatio.* per textum not. *in l. qui procuratorem dat. ff. de procurat.* iuncta gloſſ. ibi, quæ dicit ſciens vel ignorans. & dicit ibi Baldus, quòd pluries vidit obtineri, quòd lapſo tempore ad probandum ordinato, non admittitur quis ad producendum inſtrumenta nouiter reperta cum iuramento ignorantiæ. Aduerte, quia hoc dictum non videtur verum. Primò quia mitius agitur cum lege, quàm cum inſtrumento legis, ſeu cum homine: *vt l. Celſus. ff. de arbitr.* item quia text. *in d. l. qui procuratorem dat.* dicit ex pœnitentia. ergo patet quod ibi ante litem conteſta. omiſit ſciens: quia in ignorante non cadit pœnitentia: cùm illa ſit mutatio voluntatis in contrarium. Nec obſt. ibi dum dicit ſciens vel ignorans, quia intelligitur per ignorantiam iuris, ſecùs ſi per ignorantiam facti, ſecundùm Salicet. ita intelligentem *l. ita demum de probationibus.* & in *l. error. de iuris fact. ignoran.* per quem

repro-

reprobatur Bald. & hanc opinionem tenuit Ioan. de Prato in quadam ſua ſolenni repet. *l. admonendi ff. de iureiurand. in 2. chart.* & ita dicit ſe pluries de facto obtinuiſſe, quod eſt bene notandum menti tenendum.

REGVLA CCXXXI.

INSTRVMENTI cuiuſcunque publicatio partis citationem requirit, & ſic, vt aut præſens ſit, aut per contumaciam abſens: vt per Can. *in c. fin. de fide inſtrumento. alle. not. in c. penult. eod tit.* & *in c. cùm dilecta. de confir.* vti. vel inuti. & de *priui. in c. ex parte.* & *l. fin. C. de fide inſtrum.* & *l. de vnoquoque. ff. de re iudi.* & *c. inter quatuor. de maio. & obedien.*

Primo fallit, quando talis exemplificatio fieret per illum notarium, qui fecit primum inſtrumentum cùm talis poſſit exemplificare & publicare abſque citatione alicuius: vt not. *in c. cum P. Tabellio. de fide inſtrum.* & *C. de edend. l. ſi quis in aliquo.* & ibi per Bart.

Secundo fallit, quando pars, contra quam fuit exemplificatio vel publicatio facta, fuerit vocata ad contradicendum exemplificationi, & ipſa non contradixit: ſed fortè illud, in quantum pro ſe facit, produxit: cùm tunc illi noceat, vt *not. do. de Rota deciſio.* 248.

Tertio fallit, quando imminet periculum in expectando partem: quia tunc poſſunt talia inſtrumenta ſtatim tranſcribi vel publicè exemplificari, etiam non præcedente citatione ſecundum Innoc. *in d. c. fin. de fide inſtrum.* quod tamen procedit ſaluo iure abſentium: cum ipſi obijcere poſſint contra hanc ſecundam ſcripturam, ſicut & poterant contra primam: ſicut habetur *in c. quoniam extrà, vt lite non conteſt.* & *de confirma. vtili vel inutili. c. cùm dilecta. §. ne igitur ſecundum* Ioan. And. *in d. c. fin.*

Quar-

Quarto fallit, quando ageretur de innouandis priuilegijs vel indultis in curia Roma. cum tranſeant per multas manus: quia tunc non exigitur talis citatio, per *c. cum dilecta extrà de confirm. vtili vel inutili.* & Specul. *de inſtrumen. edi.* § *oſtenſo. verſic. porrò.* ſecùs autem, ſi extra curiam: vt per domi. Anton. & domi. Abb. *in d. c. cum dilecta.*

Quinto fallit, quādo ſtatutum vel conſuetudo eodem modo diſponeret, ſecundum quod notat. *in d. c. cùm dilectus de fide inſtrumentorum.* & per Bald. *in Auth. ſi quis in aliquo.*

Sexto fallit, niſi exemplatio inſtrumenti fiat de mandato Papæ & authoritate ordinarij: quia non requiritur citatio, ſecundum Hoſtienſem *in c. peruenit. de fideiuſſoribus.* quem ſequitur ibi Imol. *in vltim. col.* Ben. Vad.

Septimo fallit, niſi aduerſarius ſit præſens & ſciens ſecundùm Ioann. And. in ſimili. *in c. fin. de elect. in 6.* & Bar. *in l. 1. ff. de in ius vocando.* ſecùs, ſi eſſet ſciens, licèt non præſens: quia tunc requiretur citatio, ſecundùm Hoſt. do. Anto. & Imo. *in d. c. fin.* Ben. Vad.

REGVLA CCXXXII.

INSTRVMENTVM ſi penes debitorem repertum fuerit, creditor ipſum liberaſſe præſumitur: vt per Bald. *in l. 3. ff. de pactis.*

Primo fallit, quando appareret de alia cauſa traditionis ipſius inſtrumenti: vt eſt, ſi creditor tradat inſtrumentum venditionis, in quo erat debitum, vt defenderet emptam rem, vel ſi creditor tradit inſtrumentum fideiuſſori ad hoc, vt agat contra debitorem: cùm tunc ex eo non videatur liberatus, ſi ex cauſa ſit traditum: cum illa cauſa iudicetur: argum. *c. cum voluntate, extrà de ſententia excommu.* & *in l. qui iniuria ff. de fur.* & quod notat. *in l. cùm quidam. ff. ſi certum petatur.* ſecundùm dominum Nicolaum *in c. eccleſia. extrà vt lite penden.* & hoc voluit Bart. *in d. l. 3 ff. de pactis.*

Secun-

Secundò fallit ſi in inſtrumento debiti apparent duo obligati, tunc vterque non videtur liberatus, ſed præſumendum eſt, illi cui apparet traditionem factam eſſe, remiſſum itidem eſſe debitum proprium, & eidem ceſſa actio, & non contra alium. argu. *l.* 1 *ff de dono.* & *l. ſi is qui ff de liber. legata* & hoc voluit Bart. poſt Guiliel. *in d. l.* 4. *ff de pact.* quòd procedere poterit quãdo apparet tale inſtrumentum traditum ex aliquo titulo lucratiuo, vt legati vel donationis: aliàs in dubio videtur potius conſtituiſſe vnum procuratorem contra alium quàm actionem ceſſiſſe ſecundùm domin. Anton. *in d. c. eccleſia.* ad hoc quod not. ibi.

Tertiò fallit, quando ex coniecturis appareret animus non remittendi, ſed potius ob aliquam cauſam inſtrumentum fore traditum: cum ad ipſas coniecturas ſit recurrendum, vt voluit domi. Nicol. *in d. c. eccleſia.* adducens nota. *in c.* 2. *de renun. in* 6.

Quarto fallit, quando appareret inſtrumentum debiti primò traditur per creditorem ipſi debitori, & poſtea per eum reſtitutum ipſi creditori: cùm tunc per iſtam ſecundam traditionem videatur factum de petendo, pro quo non dicitur facta liberatio. *ff de pactis. l. ſi vnus.* §. *pactum* vt voluit Bartol. & Guilielm. *in d. l.* 3. quorum dictum procedere poſſet, quando appareret ipſum inſtrumentum traditum ex aliquo titulo lucratiuo, aliàs in dubio præſumitur traditum inſtrumentum ipſi debitori potius, vt ſe informet. quàm vt videatur debitum remiſſum, quando appareret poſtea reſtitutum re integra: maxime quando appareret infrà breue tẽpus reſtitutũ. arg. *c. in his. extrà de verborũ ſignif.* & *de pœni. diſt.* 1. in dubio enim præſumitur titulus don. ſecundùm do. Nic. *in d. c. eccleſia.*

Quinto fallit, quando redditur inſtrumentum tale, in quo non continetur ius in re, ſed ad rem prius quàm in re: & ſic quodammodo ius eſt relatum ab ipſo inſtrumento, vt eſt ſi reſignentur literæ conceſſæ ſuper re inſtituta ferenda poſt inſtitutionem factam: cum tunc non videatur reſignatum ipſum ius ex ipſa inſtitutione,

ne, quantumcunque ſit quodammodo ſeparatum ab ipſis literis: vt colligitur *in d.c.eccleſia.* & gloſſ. & ibi per Doctor.

REGVLA CCXXXIII.

INSTRVMENTVM ſi per aliquem producatur, regulariter in totum, & non in parte ei ſtare cogitur: vt per Cynum *in l.1.C.de confeſſ.* & *in l.2.C.de donat.ante nupt.cum ſimili.*

Primo fallit, vbicunque in eadem ſcriptura contineretur plura capitula ſeparata: quia tunc pro parte approbare poteſt, & pro parte non: vt probatur *in l. Publia.ff.depoſiti.in fine.*

Secundo fallit, niſi ille, qui produxit inſtrumentum habens tantùm vnum capitulum ſeu plura connexa habeat præſumptionem iuris contra ſe: quia modo in hoc caſu quis poterit pro parte approbare, & pro parte non approbare: vnde ſi confitearis te occidiſſe hominem pro tua defenſione, poſſum ſtare confeſſioni, in quantum dicis te occidiſſe. Sed non cogar ſtare in quantum dicis ad tuam defenſionem, quia ius præſumit contra te. *vt in l.2.C.de ſicar.* & *in l ſi non conuitij.C. de iniurijs.* ita ſingulariter tenet Bartol. *in l.Aureli. in §. idem quæſiuit. ff. de liber. lega.* quod eſt ſingulariter notandum.

REGVLA CCXXXIIII.

INTERDICTO vti poſſidetis ſeu retinendæ agens ſe poſſidere & in ſua poſſeſſione turbari dicit: ideò vt contrarius audiendus non eſt: *vt in c.ſolicitudinem.de appellationib.*

Primo fallit in corporalibus, in quibus poteſt poſſeſſorium retinendæ & petitorium ab eadem parte proponi ratione iuris incorporalis, putà ratione ſeruitutis, pro qua competit interdictum retinendæ, vt nota. *extrà de cauſa poſſ. & prop c.eccleſia.* & *ff.ſi ſerui. vendi. l. ſecunda.§.Ariſto.*

Secun-

Secundo fallit in corporalibus, quando petitorium & poſſeſſorium proponeretur ab eadem parte, reſpectu diuerſarum ſpecierum poſſeſſionũ: quia tunc proponi poteſt, *vt extrà de cauſa poſſ. & prop. c paſtoralis.* de quib. duab. fal. poteſt intelligi text. *in c. cùm dilectus. extrà eod. titu.* ſecundùm Imol. & domin. Nicol. ibidem. & latius per eos.

REGVLA CCXXXV.

INTERDICTVM retinendæ poſſeſſionis cum petitorio *a*, ſecundum communem concluſionem intentari non poteſt, ne ſibi quis contrarius videatur: cùm interdictum tale intentans in illa perturbari dicatur, & intentans petitorium & rei vendicationem alium poſſidere præſupponat: & actus contrarii ſimul intentari non poſſunt, *vt l. incerti. C. de interd.* & *in l. fin. ff. de iud.* & *in l. ordinaria. C. de rei vendic.*

ADDITIO.

a Cum petitorio. *Vide latè per Lanfran.* in repe. rubr. de cauſa poſſ. & proprie.

Primo fallit, quia poteſt ſimul intentari, quando agitur ſuper re incorporali, ſecus ſi ageretur ſuper re corporali. caſus eſt *in c. paſtoralis. de cauſa poſſ & prop.*

Secundo fallit, quando poteſt intentari ſimul diuer. reſpectibus, ideſt, ratione diuerſarum poſſeſsionum: putà quia intentat petitorium propter poſſeſſionem naturalem, qua poſsidet alius, & ipſe habeat ciuilẽ: & poſteà intentat interdictum retinendæ, quia ille moleſtat eum in ſua ciuili. ita dicit Bart. *in l. naturalem. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ.*

REGV-

REGVLA CCXXXVI.

INTERDICTVM recuperandæ vel adipiſcendæ poſſeſsionis ſimul cum petitorio ſecundum communem opin. intentari poteſt, *vt in l. fundi.ff.de vi & vi arm.*& gloſſ.& Doctor. *in l. incerti. C. de interdict.* & *in l.ſi de vi.* & *l.ordinaria.C.de rei vendica.* & *in l. cùm fundum.* & *in l. naturalem.* §. *nihil commune.* & ibi Bartol. *de acquir.poſſeſſ.*

Primò fallit, vbi petitum eſſet iudicium petitorium & concluſum in eo, & vult intentare poſſeſſorium ad hoc, vt impediat ſententiam ſuper petitorio: nam poteſt, vt eſt caſus *in c paſtoralis.de cauſa poſſeſsionis & proprietatis.*

Secundò fallit, vbi nollet intentare poſſeſſorium & petitorium ad hoc, vt transfundat onus probandi in aduerſarium: putà quia intentaret interdictum recuperandæ poſſeſsionis, & vellet poſtea intentare petitorium ad hoc, vt aduerſarius probaret, illum non eſſe dominum: ita dicit Bartol. *in l. naturaliter.* §. *nihil commune.ff.de acquir.poſſeſſ.*

REGVLA CCXXXVII.

INTERESSE per ſolum iuramentum b, probatur, ſi aliter probari non poteſt, *vt in l.ſi quando.C.vnde vi.*& gloſſ. optima. *in c.qualiter.de accuſ.* quæ dicit, quòd quando prælatus aliter rationem reddere non poteſt, ſuo iuramento ſtatur: vt nota.gloſſ.*in l.* 1. *ff. quod vi aut clam.* & not.in *c.*1.*quod metus cauſa.*

ADDITIO.

b Per iuramentum. *Vide ad materiam* Felin. in c.

in c.veniens,el.2.poſt medium,in 4.col.verſic. quinta concluſio,de teſt.

Primò fallit,quando ageretur contra aliquem, qui teneretur de dolo alicuius alterius, & non contra illum, qui commiſit dolum, vt in hoſpite: quoniam tunc debebit probari per veras probationes, ita not. dicitur *in l.1.ff furti aduerſ.naut.* & *in l.ſi quādo.C.vnde vi.l.1.in §.ſic iſta.ff.depoſiti.* dicit tamē Bartol. in locis præallegatis, quod licèt hoſpes teneatur probare per veras probationes, tamen quando difficile eſſet, fit probatio per coniecturas veriſimiles, ſcilicet, quas veſtes ſolebat portare Venetijs, & conſiderata conditione ſua, vna cum iuramento fiet probatio.

Secundò fallit, vbicunque fuiſſet commiſſus dolus: quoniam tunc non probatur per iuramentū, ſed ſolùm quando non fuiſſet commiſſus dolus, *vt d. l. ſi quando. C. vnde vi.* item quando dolus conſtat in faciendo: ſecùs autem, quando dolus reſultat in non faciendo, vel committendo: quoniam tunc teſtes probant, vt eſt caſus *in l.argentarius.§. cùm autem ff de edend.* quē ad hoc reputat Ludou. de Roma. *in quodam ſuo ſingul in num.* 401. *incipien. intereſſe,&c.* pro quo etiam facit text. *in l non omnes §. à barbaris ff.de re mili.* & text. *in c. in primis.2 quaſt. 1.* & pro hoc etiam facit text. *in l. penult.C de donat.* qui dicit, quòd in donationibus, quas magiſtri militum conferunt in militia, & in illis, quæ donantur in reparationem domus combuſtæ, quòd in caſibus prædictis ſi ſit pecunia expenſa, probatur iuramento. pro quo facit etiam, quod not. tenet Bald. *in l fin. C. de edend.* vbi de Notario, quod teneatur ad intereſſe.

REGVLA CCXXXVIII.

INTERPELLATIO extraiudicialis regulariter debitorem in mora conſtituit, *vt in l.qui Roma.*

ma. §. *cohæredes.ff.de verb.obli.* & *in l.ſi pœnam.ff.quād. dies leg. ced.* & not. gloſſ. *in l. vinum.ff.ſi cert.pet. in gloſſ.magna.*

Amplia iſtam regulam procedere, etiam ſi interpellatio fieret per verba enunciatiua, vt ſi diceret: Ego o illa pecunia, vel ſcio quod eſt diſcretatus, vel ſimilia, ita not. Bartol. *in l.& hoc modo de legat.* 1. & idem Bartol. *in l.ſi quis mihi bona,* §. *ſed quid ſi mandauit.* & *ibi Doctor. de acquiren.hæredita.*

Amplia ſecundò dictam regulam, vt non ſolùm interpellatio extra iudic. ſed etiam ſola notificatio debiti extra iudic. cõſtituat debitorem in mora. ita Bald. *in l. vinum.ff. ſi certum petat. in fine.*

Primo fallit, niſi alia mora præceſſiſſet: quia tunc interpellatio non conſtituit debitorem in mora, ſed etiam purgat moram præcedentem, *l. Æmilius, verſic dicebam, iuncta gloſſ.ff.de minoribus.*

Secundo fallit, quando debitor tempore interpellationis ſibi factæ non poterat ſoluere, ita ſingul. vult gloſſ. *in l.vinum.ff ſi cert.pet.* & ibi Ang. & Salic. & Alexand.

Tertiò fallit, niſi quando peteretur illud, quòd tunc ſolùm erat debitum per officium iudicis: quia tunc per talem interpellationem extraiudicialem non conſtitueretur debitor in mora, imò requiritur quòd fiat interpellatio iudicialiter, text. eſt quem ad hoc reputat ſingul. Bart. *in l. cùm poſtulaſſet, in princ. ff. de dam. infect.* per quem ſignanter loquitur Bart. *in l.ſi ex legati cauſa, in fin ff.de verb.oblig.*

Quartò limitatur dicta regula, niſi creditor prius fuiſſet in mora recipiendi: nam ſi ipſe poſteà velit in mora conſtituere debitorem, non poſſet per interpellationem extraiudicialem, ſed requireretur litis conteſt. ita ſingul. dicitur *in l. ſed & ſi alia. ff. de compen.* per illum text. *in l.ſi pacto quo pœnam, C. de pact.* quem ipſe ad hoc intelligit, & dicit eſſe ſingul. & videtur ſuum nouum dictum. Sed in contrarium allegatur

 text.

text. *in l. Celſus.* §. *fin. cum l. ſeq. ff. de arbitr.* & *ad d. l. ſed & ſi alia.* reſponderi poteſt, quod ibi ante lit. conteſtat. fuerat facta per Actorem interpellatio: vnde nihil mirum, ſi expectatur litis conteſtat. vel poteſt dici, quod ille text. debet intelligi, prout intelligit Bartol ibi, & pleniùs *in l. interdum.* §. *fin ff. de verbor. obligat.* Bald. *in l. acceptam, in* 30. *quaſt. C. de vſu.* & de hac etiam limitatione aliquid tangit Bald. *in d. l. ſi ex legati cauſa ff de verbor. oblig.* & tandem ſe remittit ad dicta *in l. ſi alia. ff. de conſtit. pecun.*

Quinto limitatur, vbicunque fuiſſet in dolo creditor: vt quia conſtabat debitorem pecuniam habere, & noluit creditor recipere, & poſteà cùm ſciuit eum non habere petit: nam tunc debitor non conſtituitur in mora, etiam per interpellationem iudicialem: & ſic vltima mora non nocebit ipſi debitori, vt eſt gloſſ. valdè nota. *in l. ſi per emptorem. ff. de act. emp.* & ideo tenebitur expectare creditor per aliquod tempus arbitrio iudicis ſtatuendum, donec debitor poſſit congregare pecuniam, quam expendit, ita not. Specu. *in tit. de arbitris.* §. *ſi. verſ. ſed pone igitur, &c.*

REGVLA CCXXXIX.

INVECTA & illata in domum conductam tacitè pignori obligata ſunt. *l. item quia. ff. de pact.* & *l. certi iuris. C. locati.*

Primo fallit in caſibus alleg. in glo. *l. item quia ff. de pact.* & *in d. l certi iuris.*

Secundo fallit, quando impoſita non ſint ibi duratura, vt eſt text. *in d. l. item quia.* vt eſt pecunia, vel merces venales, quæ domini vſu conſumuntur: nam tunc illa non ſunt tacitè obligata, *vt l. debitor, de pignor.* & *l. Caius, de lega.* 2. *l generaliter, in* §. *vxori ff. de vſufr. leg.* facit *l. quaſitum, de legat.* 3.

Tertio fallit, quando appoſita conſcribuntur in loco: vt quia in quibuslicèt impoſuiſſet inſtrumentum contra debitores, vt dicit Bald. *in d. l. Caius, de leg.* 3.

Quæ-

Quarto fallit, quando fuit datus fideiuſſor, tex. *in l. plures, in quib. cauſ pig tac. contrah.*

Quinto fallit, quando conductor non eſſet legitimæ ætatis, vt quia eſſet minor, vt per gloſſ. *in d. l. item quia.* licèt Bartol. tenuerit contrarium *in l. ſi conſtante. ff ſolut matrim.* gloſſ. *in l. fi. C. de leg tut.* & has fallentias ponit Domi. Benedict *in l. item quia ff. de pact.*

Sexto procedit prædicta regula in his, quæ in obligatione generali veniunt: ſecùs autem ſi ſunt talia, quæ non veniũt in obligatione generali, vt ſuppellex, veſtis, & ea quæ in miniſterio hominis neceſſaria ſunt, & reliqua, quæ quis veriſimiliter non eſſet obligaturus: cùm talia non veniant in obligatione generali, *vt in l. obligatione generali. C. de pigno.* quia non veniunt etiam in tacita, quæ inſurgit ex inuectione bonorum, ne plus operetur tacitum, quàm expreſſum, *vt in l. cùm quid. ff ſi certum peta.* & *in l. item quæritur. in § qui impleto. ff. locati.* & hoc tenet Bald. *in l. certi iuris. C. loca.* & refert Angel. Aretin. *in §. item Seruiana* a, *Inſtitut. de actio.* Et prædicta regula debet intelligi non tantùm in primo inquilino, ſed etiam in ſecundo inquilino inquilini. *l ſolutum. §. ſolutam ff de pigno. actio.* ſi ſecundus inquilinus gratuito à primo inquilino haberet, *vt l. ſi gratuitam, in princip ff. quibus mod. pign. vel hypothe. tac. contrah.*

ADDITIO.

a Item Seruiana. *Vbi ad hoc vide Iaſ. Mayn.*

Septimo item procedit dicta regula nodum in inquilino, verùm etiam in colono partiario, vt eſt gloſſ. ſingul. *in d. §. item Seruiana, Inſtitut. de actio.* quam Bal. ſequitur *in d. l. certi iuris.* & etiam Bartol. *in l. ſi propriè conductor.* & not. glo. *in l. licet. C. locati.* quia nec eſt etiam propriè ſocius, vt ex tex. *in l. merces. §. vis. ff. locati. ibi, quaſi ſocietas.*

REGVLA CCXL.

IVDEX vel ſuperior poteſt authoritate ſui officij moderare dilationem legalem, glo. *in c. cùm ſit Romana, de appell. vt in Authen. hodie.* C. *eod. tit. & ibi Doctores.*

Primò fallit in dilatione ſtatuta à lege in actu modici præiudicii, quam etiam ex cauſa iudex non poteſt prorogare, gloſſa & Dominicus *in c. pia. in verbis, octo dierum, de exception. libr. 6.*

Secundo fallit, quando iudex moderando dilationem legalem ſe intromitteret de iuriſdictione ſuperioris. *c. ex inſinuatione, de appellationibus.*

Tertiò fallit in Principe, quia etiam ſine cauſa omnem dilationem abbreuiat. *c. ex ore, de his, quæ fiunt à maio. part. capit.*

Quartò fallit, vbi iudex velit in totum tollere terminum legalem, gloſſ. *in l. quod iuſſit, in fi. glo. magna. ff. de re iudic.* Specul. *in tit. de citatione, § nunc de emptio. verſ. fin.*

Quintò fallit, vbi lex aſſignat certam dilationem, & poſt ipſam aliquid ſtatuit: quia tunc dilatio non poteſt mutari, ita Baldus *in l. 1. C de requiren. reis.* & Roman. *in l. 2. in* 11. *colum. ff. de re iudicata.*

REGVLA CCXLI.

IVDEX ab intereſſe inuito Actore Reum abſoluere poteſt, cùm fauore rei talis ſolutio introducta ſit. *l. ſtipulationes non diui. §. Celſus. ff. de verb. oblig.* & not. Bald. *in l. 1. in* 16. *col. in fin. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt.*

Primò fallit, propter prætoris mortui contemptam authoritatem, *vt ff. de noui oper. nunciat. l. ſtipulatio. §. ſiue.*

Secundò fallit, propter rigorem iudiciorum conſer-

ſeruandum, *vt ff. de procurat. l. non cogen. §. Sabinus.*

Tertiò fallit propter publicam vtilitatem, ſaltem ſecundariò, vt in ſcriptore qui promiſit ſcribere libros Legum, vel Medicinæ, vel alios ſimiles, non vnam cantilenam: nam iſte ſcriptor poteſt in compedibus poni, *vt d. §. ſiue.*

Quartò fallit, ſi ſuper ipſo facto eſt appoſitum iuramentum *ff de cōdict. ob cauſam. l. ſi pecuniam, in princ. in gloſſ. parua.*

Quinto fallit, ſi debet fieri aliquod opus pium, vel ad honorem Dei: putà ſepulchrum, vel Capella, *vt in l. fideicommiſſ. de lega. 3.* & has fallentias ponit Bald. *in d. l. 1. in 9. colum. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, poſt med. in verſic. modo quæritur.*

REGVLA CCXLII.

IVDEX ad hoc, vt ad primum & ſecundum decretum peruenire poſsit, neceſſe eſt quòd Reus latitet, vt not. *in l. cùm proponas. C. de bon. auth. iudic. poſsid.*

Primò fallit, vbi agitur contra Reum damnatum, & iudex peruenire vult ad executionem ſententiæ: quia iſto caſu non eſt neceſsè vt latitet, *vt l. properandum. § ſin autem Reus C. de iudic.* & per not. *in l à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus. ff de re iudica.*

Secundo fallit in eo, qui eſt abſens cauſa Reipublicæ & doloſè: quia non eſt neceſsè quod latitet, *vt in l. eum qui. la. ff. de rebus authorita. iudic. poſſid.*

Tertiò fallit in debitore fiſci: quia poteſt perueniri ad primum ſiue ſecundum decretum abſque eo quòd latitet Reus, vt eſt caſus *in l. 1. C. ſi propter publicas penſitat.*

REGVLA CCXLIII.

IVDEX in cauſa propria b quis minimè eſſe poteſt. *l. 1. C. ne quis in ſua cauſa ius ſibi dicat.*

 b Pro-

ADDITIO.

b Propria. *Adde Felin.* in c. cùm veniſſent, in fine, de iudic.

Amplia, quòd ſicut quis iudex in cauſa propria eſſe non poteſt, ita nec arbiter eſſe poteſt textus eſt not. *in l. penul. ff. de arbitr.* facit regul. *l. 1. ff. eo.* quod eſt verũ, vt arbiter, ſed benè, vt arbitrator. *l. ſi libertus. ff. de oper. libert.*

Primò fallit, quando agitur, vtrùm ſit competens *l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic.*

Secundò fallit, quia quis poteſt arbitrari in cauſa propria, vt eſt gl. ſing. 21. *diſt. cano. nunc autem, in verſ. aut ex ore.*

Tertiò fallit, vt ponit Anton. de Butr. aliquos caſus *in c. noſtri, in vlt. col. de elect.*

Quartò fallit, quia Ciuitas poteſt condere ſtatutum & priuilegium, maximè, vt in cauſis ſuis ſummariè procedatur, vt dicit Bald. *in l. 1. C. quorum appel. non recip.*

Quinto fallit in caſibus nonnullis aliis poſitis per Iaſonem Mayn. *in l. qui. ff. de iuriſdict. omnium iudic.*

REGVLA CCXLIIII.

IVDEX cauſam in ſententia exprimere non debet. *l. in ſumma. ff. de re iudic.* & ita dicit gl. *in l. ſi me & Titium. ff. de excep. rei iud.*

Primo fallit, vbi victus abſoluitur ab expenſis: nam in illa abſolutoria debet exprimi cauſa, vt eſt notab. text. *in Authent. poſt vſucap. C. de iudic.*

Secundò fallit in ſententia abſolutoria, ab obſeruatione iudicij, *vt l. properandum. §. illo. C. de iudic.* & ita tenet Ant. de Butr. in *c. examinata, de iudic. in 3. colum.*

Ter-

Tertiò fallit, vbi ſententia fertur contra actorem, qui habet fundatam intentionem ſuam in aliqua cauſa ſuperuenienti, & fertur ſententia pro Reo: vt quia ſoluit pendente iudicio. nam tunc debet Reus abſolui expreſſa cauſa: quia ſoluit, vt probatur per gl. *in l. vtique, de rei vend.* & poteſt iudex in ſententia adijcere ſecundùm Angel. *in l. abſoluimus.* quia ſoluit pendente iudicio, in quo erat condemnatus, niſi ſoluiſſet.

Quartò fallit, quando ſententia eſt lata expreſſa falſa cauſa: quia iudex appellationis ſi reperiat cauſam expreſſam eſſe falſam, & reperiatur alia cauſa vera, propter quam ſententia debeat infirmari, tunc debebit exprimere cauſam veram in ſententia ſua iudex appellationis, glo. eſt ſing. ſecundùm Ang. *in l. fi. ff. quod cum eo.*

Quintò fallit in ſententijs Cardinalium: quia communiter Cardinales reddunt cauſam ſententiarum, ſecundùm Hoſt. *in c. Cardinalibus,* vt ibi refert Ioan. Andr. *in 6. colum in verſ. fi. in Nouel* & vide per Flor. in hac materia *in l. aduer. in princip. ff. ſi men. falſ. mod. dixer.*

Sextò fallit, quādo ſententia eſt pro parte condemnatoria: quia debet intus inſeri ratio, quare potiùs pronuncietur in vno capitulo, quàm in alio, ita dicit Bal. *in c. cùm olim, de præſcrip.*

Septimò fallit, quando quis abſoluitur propter ineptam petitionem, *vt in c. examinata de iudic.*

Octauò fallit, quando quis abſoluitur propter ineptam petitionem, & iudex recedit à iure communi. *l. ſciendum, de appel. recip.*

Nonò fallit, quando iudex abſoluit eò quia non poſſidet, ne poſteà Actori agenti de noua poſſeſſione exceptio rei iudicatæ obſtet, vt *in c. penult. de except.*

Decimo fallit in ſententia excommunicationis, vt *in c. medicinalis, de ſent. excommun.* & *in c. ſacro, eod. tit.*

Vndecimò fallit in cauſa criminali. *l. præſens. ff. de pœnis.*

Duodecimò fallit, vbi ſine expreſſione cauſæ ſententia eſt incerta. *l. 2. §. ignominia, de infam.* & Specul. *in tit de ſentent. §. quod autem, prope. fin.* & has quinque fallent. & alias ponit Bald. *in c. ſicut, de re iudic. in 1. colum.*

Decimotertiò fallit in ſententia, in qua oritur regreſſus de euictione: quia debet exprimi cauſa concludens in primo regreſſu. item debet conſtare quòd emptor ſuccubuit propter malam cauſam, & non propter culpam. ita dicit Bald. *in c. ſicut à nobis, in 2. colum. de re iudic.*

Decimoquarto fallit, quia ſi apparet, quòd quis habet bonam cauſam, licèt malè egerit, iudex debet illam actionem bonam in ſua ſententia reſeruare, ita dicitur *in l. clandeſtina. ff. qui poti. in pigno. habe.*

Decimoquinto fallit in cauſa appellationis, vt *in c. ſicut, de re iudic. & ibi per gloſſ.*

Decimoſexto fallit, quando ſententia fertur contra eum, qui habet fundatam intentionem ſuam, glo. eſt *in l. vtique. ff. de re. iudic.* & ibi hoc notat Bald. vt patet in alia Rubri. & vt ſuprà dixi in tertia fallentia.

REGVLA CCXLV.

IVDEX petitus *a*, ſuum interponit officium, & non aliâs. *l. 1. C. vt quæ deſunt aduo. par. in ſup.* & *in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect.*

ADDITIO.

a Petitus. *Adde Dom. Pet. Phil. Corn.* in conſ. 293. incip. in litera S. in 3. part.

Primo fallit, quando iudicis officium concernit id, in quo verſatur publica vtilitas b, *ff. de officio præſidis. l. congruit.* & *in Authent. vt nulli iudicum. §. 1.* & quo-

§.quoniam.& C.de Epiſcop. & cleri, l.ſi quis in hoc genus.

ADDITIO.

b Publica vtilitas. *Quam fallentiam, limita, prout* infrà in reg. 200.*Bened. Vad.*

Fallit ſecundo in caſibus, in quibus licèt vertatur priuata vtilitas, tamen concerneret honorem iudicis, ita intelligatur *C.de appel. l.eos.§.fi.* & *l.iudicibus, eod. tit.* & Bart.ſequitur *in d.§.hoc autem.in 3. oppoſ.*

Fallit tertio, vbi officium iudicis concernit miſerabiles perſonas, vt in *l.nec quicquam. §. aduocatos.ff.de offic proconſul:* & *C.de adminiſtr.tutor. l.ſancimus.§.1.* & tenet Bartol.*vbi ſuprà in 4. oppoſitione.*

Fallit quarto in his, quæ concernunt principaliter perſonam iudic. & iur. publici obſeruantiam, vt dicit Bart. *in d l.1.C.vt quæ deſunt aduoc.*

Quinto fallit in emergentibus poſt litem conteſtatam, etiamſi partium vtilitatem concernant. *ff. de ædilit edict.l.ædiles.§.item ſciendum.* ex quo inferas, quod in expenſis poteſt ferre ſententiam iudex, etiamſi partes non petierint: licèt pars non teneatur, ſi iudex non condemnaſſet. & ita intelligatur gloſſ.*in l fina.§. beneficia. quando appella. non eſt neceſ.* de quo per Bartol.*in d.§.hoc autem, in 6. quæſt.* & idem dicendum de fructibus. de quo tamen vide Specu.*in tit.de alleg.§.fin. verſic.fructus.*

Sexto fallit in his, quæ concernunt ius prætoris.*l. quos prohibet.ff.de poſtulat.* de quo vide quod tangit Bartol.*in l.1.de iuriſdict.omnium iudicum.*

Septimo fallit, vbi iudex ad ſui informationem repeteret teſtes poſt dicta teſtificata. *l. vbi tenet. ff. de interroga.act.* & *in Authent.de teſtib.§.illud.& extrà. de teſti.c.cùm clamor & de fid.inſtrum.c. cum Ioan.Eremit.* & Barto.*in d.§.hoc autem,in 2.oppoſ.*

Octauo fallit, vbi ſupplet defectum partis abſent. inducendo inſtrumenta, & alias probationes, de quo *in Auth qui ſemel. C.quomo. & quan.iud.* & *l.amplio-*

rem

rem. §. 1. *ff. de appel.* de quo per Bart. *in d.* §. *hoc autem.*

Nono fallit, vbi inquirere vellet ad reperiendam veritatem poſt inſtrumenta in iudicium producta, vt *in Authent. de tabell. in princip. cum ibi not.*

Decimo fallit, vbi iudex vellet inquirere poſt concluſionem teſtium productorum, gl. eſt not. *in l. licèt, in verſ. inimicitia. ff. de teſtib.*

Vndecimo fallit in cauſa criminali, in qua poteſt quærere defenſionem accuſ. *l. ſi non deferri. ff. de pœnis.* & *de appellat. l. non tantùm.* vbi per Angel.

Fallit duodecimo in quæſtionibus omnibus, quæ veræ ſunt, *vt l. 1. ff. vt quæ deſunt adu.* & Specul. *de elig. & poſtul.* §. *fi.*

Decimotertio fallit in his, quæ ſunt ei cognita, vt iudici, etiamſi in facto conſiſtant, vt glo. *in l. vbi pactum. C. de tranſ.* & Gul. de Cun. *in d.* §. *fina. verſic. item ſicut.* & probatur *in l. ſi interruptione. ff. fin. regund.*

Quartodecimo fallit in his, quæ veniunt ex natura actionis, *in l. bona.* §. *fi. ff de ædil. edic.* & *Gul. in d.* §. *fi. verſ. creditor.*

Decimoquinto fallit in electione, in qua iudex debet ſupplere ea, quæ illius ſubſtantiam concernunt. 63. *diſt. c. Petro. &* 61. *diſtinct. c. ſuffraganeis, de elect. c. pro nobis.* & Spec. *in d.* §. *fin.* & Archid. *in d. c. quia.*

Decimoſexto fallit, & hoc eſt ſingulare, vbi vertitur commune periculum, putà, ſi contrahatur matrimonium cum conſanguinea: quia tunc iudex, ne talia fiant, interponit officium, text. eſt *de clandeſt. deſponſ. in c. in iudicio.* Guliel. *in d.* §. *fi.* Archidiac. *in c. pia. de except.*

Decimoſeptimo fallit, vbi cognoſcit partem ſine actione experiri, ita dicit gl *in d l. vbi pactum. C de trãſact.* ad hoc tamen vide quod not. Bar. *in l. ſi Titius aut Seius, de verb. oblig.*

Decimooctauo fallit, vbi actio præſuppoſita fuiſſet ine-

inepta. *l.*1. *ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer.* de quo vide Bald. *in l.*1. *ff. de iuriſd omn. iud.*

Decimonono fallit *a* in notorijs, de quo per Bald. *in l.*1. *vt quæ deſunt aduoc. part.* & gloſſ. *in l.*1. *C. qui & aduerſus quos.* Bald *in l.*1. *ff. de petit. hæredita.*

ADDITIO.

a Fallit. *Huic Fall. adde. Do. Pet. Philip. Cor.* in conſ. 2. incip. in hac, in litera H. in 2. parte.

Vigeſimo fallit in cauſa criminali, in eo, qui promiſit ſtare ſub pœna, & non ſtetit, ſecundùm Bartol. *in l. ſi quis ff. de cu. reorum.* & eſt caſus, *extra, de iureiur. c. ad noſtram, el.* 2.

Vigeſimoprimo fallit, vbi iudex cognoſceret per inquiſitionem. vt not. dicit Innoc. *in c.* 1. *extr., de poſtul. prælat.* de quo vide Bald. *in l.* 2. §. *ſi publico ff. de adult.*

Vigeſimoſecundo fallit, vbi fuiſſet propoſita inepta exceptio. *l. labeo.* & ibi per Bartol. *ff. de fide inſtrument.*

Fallit vigeſimotertio, vt per Odofr. & Bal. *in l.*1. *vt quæ deſunt aduoc. par.* & *l.*1. *C. de eden.*

Vigeſimoquarto fallit in caſu *l. apud Labeonem.* §. *quod ait ff. de iniur.*

Fallit vigeſimoquinto, ſecundùm quoſdam, in omnibus contractibus bonæ fidei, quod tamen non eſt ſemper verum, vt dixi *in l.* 3. *de tranſact.* & *in l. age.* de quo dixi vt ibi.

Vigeſimoſexto fallit in caſu incedenti vel emergenti coram iudice, ſecundùm gloſſ. *in l. filiusfa. ff. de procur.* §. *veteri.*

Vigeſimoſeptimo fallit in caſibus geſtis coram ſe: quia tunc ſupplere poterit. *C. de iudic. l. properandum.* §. *ſin autem.*

Fallit vigeſimooctauo in allegando conſuetudinem, quæ eſt notoria, vt quando dicitur eſſe iuris, & non facti, ita dicit Bald. *in d.* §. *veteri.* licèt aliter ſentiat *in d. l.*1. *vt quæ deſunt aduo.* ſed pro primo dicto vi-

detur

detur caſus *in d. c. ad audientiam, extrà, de ſimon.* vbi iudex ſe mouet ad faciendam ſeruari conſuetudinem laudabilem.

Fallit vigeſimononò in caſu mirabili *§ fi. ff de petit. hæred.* quem aliter allegat Innoc. *in c. Raynutius in 55. gl. in fin.* & Arch. 1. *q.* 7. *c. adierit.* facit *l. ſi pater ff fam. erciſ.*

Trigeſimo fallit in caſu , in quo executio iuriſdictionis eſſet offenſa *l. 2. C de ſportul.* & *C de teſtib l. nullum.*

Fallit 31. in arbitrarijs, per ea quæ habentur *in l. quid ergo. §. pœna grauior ff de his qui not. infam.* & *in l ſi ſeuerior. C. eod. tit.*

Fallit 32. in caſu *c. tua, de conſang. & affin.* & *in c fideiuſſ de offic. ordin.*

Fallit 33. etiam , quia inquiritur ex officio in cauſa Principis. *l. ſi vacan. & l. pen. de bon. vac. C.*

Fallit 34. etiam , quia inquirit Epiſcopus vel Papa de iuribus cauſæ. c. cùm veniſſent, de inſtitutionibus.

Fallit 35. quia interponet officium non pretium ad concordiam partium inducendam. *l. æquiſſimum ff. de vſufruct l. 1. §. operis ff de noui oper. nunciat.* vltimò adde gloſſ. ſingul. 28 *quæſtio 3 c. iudicandū.* quam refert & ſequitur Bald. *in d. §. pœna grauior, in ſecunda opin. primæ partis principalis,* ꝙ omnibus aliis caſibus, quibus poteſt iudex officium ſuum interponere non petitū, eidē iudici ſemper incumbit onus probandi cauſam , propter quam ſe mouet ad officium interponendum: ideo dicit notab. Bald. *in l. vbi pactum. C. de tranſactio.* quod iudex poteſt ſupplere defectum perſonæ, non cauſæ, & cæt.

REGVLA CCXLVI.

IVDEX de qua re cognouerit, de ea pronunciare debet, vt *in c. cùm ſuper, extrà, de cauſ. poſſeſ. & propr.* & *l. de qua re. ff. de iudic.*

Pri-

Primo fallit hæc regula in quamplurimis caſibus, de quibus per gloſſ. *in fin. d. c. cùm ſuper*, circa quæ vide & not. *in c. 1. de poſtulat. prælator. in 6.*

Secundo fallit vltrà glo. in cauſa criminali patricij conſultoris, & multorum ſimilium, *vt C. vbi ſenatores vel clariſſimi.*

Tertio fallit in priuilegijs Sedis Apoſt. *extrà, de iud. c. cùm veniſſent.*

Quarto fallit propter appellationem, & recuſationem, vel reuocationem: pronunciare enim poteſt iudex, qui cognouit, *extrà, de appel. c. dilectus. c. ſecundò requiris.* & *c. intimaſti & extr. vt lite penden. c. Eccleſia. el. 2.* ſecundùm Ioan. And. *in d. c. cùm ſuper.* ſecundùm quem fallit ibi *in c. conſtitutus, el. 2. de appel.*

REGVLA CCXLVII.

IVDEX de actis geſtis in cauſa teſtificari poteſt, tex. eſt & gl. & Doct. *in c. cùm à nobis, extr. de teſtib.* & ibi Ioan. Cald. & Bart. & Bald. *in l. nec in arbitris. C. de arbitris.*

Primo fallit tamen in caſibus, de quibus per Canon. *in d. c. cùm à nobis.* Et primo fallit, quando non ad probandum, ſed ad formationem & præſumptionem inducendam produceretur: cùm ad hoc induci poſſit, per id quod habetur 18. *diſtinctio. conſimilis.* & hoc modo poteſt intelligi *c. non ſine, extrà, de arbitr.* ſecundùm vnum intellectum.

Secundo fallit, quando induceretur de voluntate partium: cùm tunc induci poſſit, & probatur per. *c. Romana, de teſtib. in 6.*

Tertio fallit, quando induceretur ad teſtificandum non pro ipſo actu geſto, ſed contra ipſum: cùm tunc poſſit teſtificari, *vt d. c. non ſine.* ſecundùm alium intellectum.

Quarto fallit, quando non induceretur ad teſtificandum ſuper eo quod non venit ad teſtimonium, ſed ad iuſtificandum quod fecerunt: nec in eis poteſt

aſcribi

aſcribi laus aut vituperium, cùm tunc teſtificari poſſit, per nota. *in d. c. inter dilectos, de fide inſtrument.*

Quintò fallit, quando induceretur ad teſtificandum in defectum aliorum, cùm tunc teſtificari poſſit, per not. in dictis iuribus, vt voluit Dom. Nico. in *d c. cùm à nobis, extrà, de teſti* ad hoc adde quod habetur in *c. 1. & c. peruenit, extrà, de teſtib. cogen.*

REGVLA CCXLVIII.

IVDEX ex officio ſuo ad priuatam vtilitatem etiam in criminalibus, procedere non poteſt, niſi petatur, *vt in c. innotuit, extrà de elect. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. & l. cùm poſtulaſſent, eod. tit.* vbi per Bart. & Docto.

Primò fallit, quando debitor iuraſſet non repetere vſuras: cum tunc repetere iudex eccleſiaſticus poſſit, & ex officio inquirere ad commodum ipſis iurantis, vt eſt text. expreſſus in *d c. ad noſtram. el. 2. de iureiur.* ſecundùm Ioann. And. & Imol. ibidem.

Secundò fallit, quando iudex eccleſiaſticus inquirere vellet de ſtatu & iuribus eccleſiarum: cum poſſit hoc ex officio facere, ſi ſit Papa: quia ex plenitudine poteſtatis poteſt, ſecundùm Innoc. ibidem. *& extrà de inſti. c. cùm veniſſent:* ſecus autem ſi ſit Epiſcopus, vel inferior à Papa: cum talis teneatur iura ſeruare. *extrà, de teſtib. c. cùm olim.* ſecundùm Innocen. ibi. cum quo tranſit Ioan. And. *in d. c. ad noſtram. el. 2.* remittens ſe ad Panot. *in c. fi. extrà, de foro compet. in 6.* imò non ſolùm Papa, ſed etiam inferior iudex eccleſiaſticus, poteſt inquirere de rebus eccleſiæ, quando ſunt malè occupatæ, vel malè detentæ: cum tunc detur exceſſus, ad hoc quod habetur *extra, vt lite non conteſta. c. quoniam. §. ſunt & alij & ibi per Innocen. & Anton.* quòd tamen videtur ſimpliciter verum per not. *in c. cùm olim. extrà*

trà, de reſtit ſpol. ſecundùm Ioann. de Imol. *in d. c. ad noſtram*, vbi vide. Sed ſecundùm Innocen. indiſtinctè poterit iudex eccleſiaſticus inquirere ſuper iuribus eccleſiæ ex officio: cum tunc teneatur inquirere ſuper rebus principis: vt plenè per domin. Nicol. *in d. c. ad noſtram.*

Tertiò fallit, quando vellet inquirere ipſe iudex de iuribus principis, cum poſſit. *C. de bonis vac. l. pen. & fin. lib.* 11. ſecundum ipſum Innoc. & Ioan. Andr. *in d. c. ad noſtram.* cum quibus tranſeunt communiter Doct. ibidem.

Quartò fallit, quando inquirere vellet inter coniuges de conſanguinitate, *vt extrà, de diuor. c. porrò.* vel de aliquo alio vinculo, cum ſubſit eadem ratio, ſecundùm Innoc. & Ioann. And. *in d. c. ad noſtram.*

Quintò fallit, quando vellet inquirere ad commodum miſerabilium perſonarum, cum poſſit, ſi ſint oppreſſæ, vt not. *extrà, de reſtit ſpol. c. ſolita.* vt dicit Ioa. de Imol. poſt ipſum do. Anton *in d. c. ad noſtram.* imò poterit indiſtinctè pro miſerabilibus perſonis inquirere, quando actus eſt pius. *l. nec quicquam. § aduocatos ff de officio proconſul.* ad hoc quod notat. *in l. 1. §. præterea. ff de ſuſpect. tut.*

Sextò fallit, quando vellet ſe intromittere pro obſeruatione propriæ cauſæ, *vt in c. ad audientiam.* ſecundùm Innoc. & do. Ant. & Ioan. Imol. *in d. c. ad noſtram.*

Septimò fallit quando vellet inquirere pro executione teſtamenti ad piam cauſam, cum poſſit. *vt d. c. tua. extrà, de teſta.* & *in Auth de eccleſ. tit. §. præterea ſi quis voluerit ædificare.*

REGVLA CCXLIX.

IVDEX ſententiam per alium regulariter recitare non poteſt. tex. eſt & gloſſ. *in c. fin. de ſent. & re iud. in 6.*

Primo fallit in Epiſcopis, vt vult tex. *in d. c. fin.* quod

verum eſt, ſi ſit confirmatus & conſecratus, cum dignitas & honor principalis aiijs non competat, *vt in d. c.* 1. *de tranſlat. Epiſ.* & *in d. c.* 1. *de exceſ. prælat.* & ita diſputādo tenuit Do. de ſanct. Gemin. vt refert d. Anto. *in d. c.* 1. etſi alibi gl. fi. dicit, quòd Epiſcopus ante cōſecrationem non vocatur Epiſ. ſed electus. vt eſt gl. *in l.* 1. *ff. de reli. do.*

Secundò fallit in iudicibus illuſtribus & ſuperioribus, *in l.* 2. *C. de ſent. ex breuiculo recitan.*

Tertio fallit, quando ex pluribus iudicibus vnus recitat ſententiam ex mandato & in præſentia aliorum, *vt in c. cum ab vno. extrà, de ſenten. & re indi. lib.* 6.

Quartò fallit in conſeruatoribus, *vt in c. fi. de offi. vica. in ſexto.*

Quintò fallit in inquiſitoribus hæreſis, *vt c. commiſſi. de hæreticis. in* 6.

Sextò fallit in ſententia interlocutoria, vt per Bal. *in l. fi. C. de ſent. ex breuiculo recit. per gloſſ.*

Septimò fallit in caſibus, in quibus valet ſententia ſine ſcriptura, vt *in d. c. fin. de re iudi.* & gl. *ſuper verbo, illuſtrium.* in iſtis enim caſibus ſententia poterit legi, & recitari per alium præſente & mandato iudic. *vt in d. c. ab vno.* vbi de hoc plenius vide.

REGVLA CCL.

IVDEX in cauſa ſua *a*, aut liberorum, ſeu ſuorum familiarium, quis regulariter eſſe non poteſt. *l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omnium iudicum.*

ADDITIO.

a Sua *Vide Felin.* in c. cum veniſſent. in 1. col. de iud. in fi. & do. *Iaſ. May.* in d. l. quid iu. *Bene. Vad.*

Primo fallit in iuriſdictione voluntaria, *vt l. ſi conſul. ff. de adopt. l. apud filium.* aliàs eſt *l.* 1. *ff. de offic. præſ.* & ideo quis in ſua cauſa poteſt filium coram ſe emancipare, *d. l. ſi conſul.*

Secun-

Secundo fallit, quando actio eſſet tempore peritura, vt putà quia eſſet periculum in mora, & tunc permittitur ei cognoſcere vſque ad lit. conteſta. & ſic quouſque perpetuetur actio, vt tenet glo. *in d. l. qui iuriſdictioni. in verbo, teſtis.* pro quo facit quod habetur *l. ſed ſi reſtituatur verſ. ſed cum duo ff. de iud.* & tenet Ludoui. de Rom. *in l. ſi vero. in §. de viro. in ſecunda fallent. ff. ſolut. matrimonio.*

Tertio fallit in breuibus & leuibus cauſis ratione paruitatis ſuæ *l. ſenatuſc. ff. de offic. praeſi.* facit quod tenet Lud. de Ro. *in §. de viro. in 5. fall. de paruitate rei.*

Quarto fallit, vbi conſuetudo diſponeret quod poſſit eſſe iudex in facto proprio: per tex. notabilem *in c. 1. de pœnis.* quod videtur mirabile, quod talis conſuetudo valeat tribuens facilitatem & occaſionem delinquendi, *in c. non putauimus. de conſu. lib. 6.*

Quinto fallit, ſi inter litigantes conſanguineos ſit paritas affectionis reſpectu iudicis, *vt in l. non ſolum ff. de ritu nup. & in c. poſtremo. de appellat. in gloſſ. in c. cum R. canonicus. de officio delegati.* & 3. *quaeſtion.* 5. *c.* 1. vbi loquitur de teſtamen. per Ludou. de Roma *in d. §. de viro. in* 18 *fallent.*

Sexto fallit, ſi conuenirentur liberi vel alij coram patre officiali: nam ſi actor confidit de eo, non eſt deneganda iuriſdictio, ſecundùm Ioann. de Imol. *in d. l. qui iuriſdict.* ſicut aliàs ratione inimicitiæ quis repellitur à teſtimonio, & tamen, ſi inimicus vult inducere in teſtem ſuum inimicum, poteſt: vt probatur in principio ibi, barbaricæ gentis.

Septimo fallit, vbi perſona iudicis eſſet talis, quod omnis ſuſpitio veriſimilis ceſſaret: vt ſi eſſet monach⁹. ita ſingulariter dixit Speculator *in titul. de iudice delegato. § ſupereſt. verſiculo ſi non eſt conſanguineus.* argum. *l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit.* & *in l. 1. in princip. ff. de teſtibus.*

Octauo fallit in iudice delegato, ſecundùm gl. *in l. 1. ff. de iud.* & ratio differentiæ eſt: quia ordinatus non

 poteſt

poteſt recuſari tanquàm ſuſpectus de iure ciuili, *vt in l. nemo & ibi nota. C. de iu omn. iudi.* & ideo grauiſſimum fuiſſet quòd talis poſſet recuſari, ſed delegatus, tanquam ſuſpectus, bene poſſet recuſari, *vt l. apertiſſimi.* & *ibi plenè notatur C. de iu.* & *in Authent. ibi poſita.* & ideò poterit eſſe iudex: vt tenent Bartol. & Bald. *in l. qui iuriſdict. eod. tit.*

Nonò fallit in officiali, putà notario vel aſſeſſore, qui deliquit in officio: quoniam ille cuius fuit ipſe officialis poteſt eſſe iudex, & ab eius ſententia non poterit appellari: vt eſt tex. *in l. nulli. C. quorum appell. non reci.* & 2. *q.* 5. *nulli.* quod ita intelligit Bartol. & Ange. *in d. l. nulli.* poſt antiquos, & not. Specul. *in tit de competentis iudicis aditione. § ſequitur verſ. in materia reliqua.* vide per Specul. *in d. §. excipitur verſicul item quia maritus.* & *per eundem in tit. de remiſſ.* §. 1. & vide per gloſſ. & Doctor. *in d. c. poſtremo. de appell.* vbi habetur vſque ad quem gradum conſanguinitatis prohibeatur quis iudex inter ſuos. & vide per Bartol. *in d. l. qui iuriſdict.* & per Doctor. poſt gloſſ. *in c. mutuante. de offic. deleg.* plura inter cætera tangit ibi Cardin. & Imol. an conſanguineus conſanguinei mei prohibeatur eſſe iudex in cauſa mea, quemadmodum & meus conſanguineus, ſe remittunt ad no. *in c. poſtremo.* ad quod facit, quòd not. per Bald. *in l.* 1. *C. ſi quacunque præd. po. vel ad eum pert.* & Cyn. & Bald. *in l. ſi quis. C de teſtibus. in vltim. colum.* vbi tenent, quòd non ſolum inimicus meus, ſed etiam amicus inimici reddatur ſuſpect. ad quod facit text. *in l.* 1. *§. patronus, in verbo, inimicus. ff. de offici. præf. vrb.* & *in l. liberi. C. de inoffi. teſtam.*

REGVLA CCLI.

IVDICIS authoritas regulariter quem à pœna excuſat. tex. eſt *in l. ait prætor. §. pen. ff. de min.* & *ibi gl.* & *in l. furti. §. qui iuſſu. ff. de his qui not. inf.*

& in

& *in l.2.§.caſus. ff.de aqua plu. arc.* & not. gl.*in l.id quod.ff de iuriſd. om.iudic.*

Primò fallit, niſi authoritas iudi. iniuſtè eſſet interpoſita: quia tunc non excuſaret à pœna. ita not. Barto. *in l iuſtè ff de acq. hære.* & *in l. meminerunt. C. unde. vi* quòd tamen intellige, niſi authoritas iudicis eſſet interpoſita iuris ordine ſeruato: quia tunc excuſat à pœna, licèt iudex iniuſtè pronunciet. ita tenet dom. Abb.*in c.ad noſtram. extrà, de iureiurando*: quia imputandum eſt parti, quæ non appellauit: ſed qui non ſeruat ordinem iuris actus eius eſt ipſo iure nullus, & non excuſat, nec eſt neceſſaria appellatio: vt ibidem ipſe tenet. & eodem modo iuſſus patris excuſat regulariter filium, vel ſeruum: vt nota. gloſſ. *in c. mulieres. in gloſſ.fin. de ſententia excommunicationis.* quòd ſingul. limita, videlicet quod mandatum patris vel domini mitius debeat puniri & pro hoc allegat duos textus egregios: vnus eſt *in l.ſeruus.C ad leg. Iul.de vi.* alius eſt *in l.2. C. de ſepulchro violato.* & pro hoc alleg. tres gloſſ. ſingulares hoc idem tenentes *in l. ſeruus ff. de acti. & obligat.* benè faciunt ea, quæ notat Bart. *in l. non ſolùm in §.non mandato ff de iniuriys.* & eſt optima gloſſ. *in l. ſi ea.ff.de regul. iur.* Bald. & Salic. *in d. l.ſi ſeruus.* quòd perpetuò tene menti, vt ſcias adiuuare illos, qui interficiunt homines de mandato dominorum ſuorum.

REGVLA CCLII.

IVRAMENTVM in probationis ſupplementum defertur.

Primò fallit, quia iuramentum in ſupplementum probationis non defertur, vbi lex, vel ſtatutum, vel alia diſpoſitio requirit probationes exactiſſimas, vel pleniſſimas, vtendo ſuperlatiuo, vel euidentiſſimas, vel liquidas, ſeu dilucidas, vel manifeſtas, ſeu veras, vel plenas, ſeu legitimas. gloſſ. eſt ſingula. quam Doctores ſequuntur *in l. fin. quòd metus cauſa.* Ludouic. *in ſuo*

 ſingul.

quia iuramentum eſt loco probationis, vt ſuprà dictum eſt.

Fallit ſexto, vbi agitur de legitimatione perſonarum, vt eſt in procuratore ad agendum: nam licèt probauerit ſemiplenè, iuramentum prædictum in ſupplementum probationis non defertur, & iſtud tenet Ang. *in l. non ſolùm. §. qui in alieno ff. de procu.* & Ludo. *in l. admonendi. præallega.* licèt Franc. Accur. tenuerit contrarium in *l. 1. C. de procur. in ſuis addi.* & eſt ratio: quia mandatum debet liquere, vt per Bald. *in d. §. qui in alieno.* & vide Innoc. & Doctor. *in c. inſinuante.* & *in c. cum dilectus. de ſucceſ. ab inteſta.* licèt ſecùs ſit in reuocatione mandati probanda: quia in illo caſu defertur iuramentum prædictum, *vt in c. inſinuatione. de procurato.*

Fallit ſeptimo, quia procurator non admittitur ad recipiendum ſolutionem cum cautione de rato, nec ſufficit ſemiplena probatio cum iuramento: quia debet deliquere de mandato: *vt in Authent. de colla. §. eos.* ſecundùm Bal. *in d. §. qui in alieno.*

Fallit octauo, quia ſi quis eſt procurator in rem ſuam, & vult ſibi ſolui, debet hoc probare, nec defertur hoc caſu prædictum iuramentum. ita dicit Bald. *in d. § proximè allegato.*

Fallit nonò, ſi quis agit vt ceſſionarius: nam liquidè debet docere de ceſſione, nec prædictum iuramentum defertur. ita Bal. *in d. § proxi. alleg.*

Fallit 10. in executione iudicis: nam mandatum ſuum debet liquere & ideo prædictum iuramentum non defertur: vt per Bald. *in d. § qui in alieno. in fine tertia columna, &c.*

Fallit 11. vbi eſt quæſtio, vtrum filius ſit legitimus: quo caſu non defertur iuramentum in ſupplementum probationis. ita dicit Bald. *in l. bona fide C. de iureiuran.*

Fallit 12. cauſa criminali, quia in ea non defertur iuramentum tale: gloſſ. eſt *in l. 3. § .1. ff. de iureiurand.* & Specu. *in tit. de iura. dela. § 1.* & Bal. & alij *in l. in bona*

 fidei.

Digitized by Google

fidei. C. eod. ſed Lud. *in l. admonendi.* dicit hoc eſſe arbitrarium, per text. *in c. ſi in fine. extrà. de iureiuran.* & vide Bald. *in l. fin. C. de teſti.* & vide Bart. *in l. maritum, ff. de quaſt. vbi per ipſum.*

Fallit 13. in cauſis ciuilibus & criminalibus à priuato deſcendentibus, & infamiam irrogantibus: quia in iſtis non præſtatur iuramentum tale. & ita not. Spec. *in tit. de iurament. dela. in ver. ait autem plenius inſtrueris. 5. quaſt.* Bald. *in l. bonæ fidei. de iureiuran.* & vide de hoc gloſſ. *in c. tam is. extrà. de teſtib. & ibi per Doctor.* & not. Cardi. *in c. cognoſcẽtes. in 6. quaſti extra, de conſtitutionibus.* licèt Bart. ſenſerit contrarium *in l. maritus. ff. de quaſtionibus.*

Fallit 14. in cauſa ſyndicatus: quia ſi eſt ſemiplenè probatum contra officialem, non defertur ſibi tale iuramentum. ita tenet Ang. *in l. 1. C. vbi de ratiociniјs agi oporteat.*

Fallit 15. in cauſa vſuraria: quia non defertur tale iuramentum. ita dicit Bald. *in l. in bonæ fidei. C. de iureiuran.* quod intelligo, quando ageretur criminaliter, vt puniatur ex ſtatuto: aliàs ſecùs. & facit quod not. Ioann. Andr. *in c. quanquam. de vſuris. in nouella.* & iſta cauſa vſuraria ſapit vim criminalis: vt habetur *in Clem. exigendi. de vſu.* & vide Bald. *in l. in bonæ fidei.*

Fallit 16. quando probanda eſt ingratitudo: nam ſi probatum eſt ſemiplenè, non defertur iuramentum tale. caſus eſt *in l. ſi. C. de ſecundis nuptiјs.*

Fallit 17. vbi eſt cauſa vſuraria famoſa: quia iuramentum tale non defertur, licèt non ſit criminalis. ita tenẽt Canoniſtæ *in c. fin. extra. de iureiurando.* & Specu. *in §. & vt pleniùs de iuramen. dela.* ſed contrarium tenet Bart. *in l. nam & poſtea. §. ſi damnetur. ff. de iureiur.* ſed ibi loquitur de iuramento iudiciali vel conuentionali.

Fallit 18. vbi agitur de dolo: quia non defertur, vt dicit Bald. *in l. 1. C. qui & aduer. quos.* & glo. *in l. 3. §. 1. ff. de mino.*

Fal-

Fallit 19. quando obijcitur exceptio excommunicationis: quia in vim dilatoriæ non defertur: quia requirit apertiſſimas probationes: vt eſt textus *in c. qui in verbis, apertiſſimis documentis. extrà, de exceptionib. in 6.* ita tenet Lud. de Rom. *in quodam ſingul.*

Fallit 20. vbi eſt quæſtio, vtrum aliquis ſit filius ſpurius: quia non defertur in tali cauſa, quæ eſt quodammodo famoſa: cũ ſit infamia quædam eſſe illegitimum, ſecundùm Azo. *in ſumma de infami.* & not. Bal. *in d. l. in bona fidei.*

Fallit vigeſimoprimò, vbi cauſa eſt ciuilis & magna: quia tale iuramentum non præſtatur: gl. videtur hoc tenere *in d. l. admonendi.* & *in dict. l. in bona fid.* & quia cauſa ciuilis magna æquiparatur criminali: vt *in l. propter litem. de excuſa. tut.* & vide gloſſ. *in l. 2. & ibi hoc not. Bald. C. de probationi.* & ſentit gloſſ. *in ecùm contingat. extra de iureiur.* & vide Bald. & Cyn. *in l. in bona fidei.*

Fallit 22. vbi pœna petitur ex contractu: quia tale iuramentum non defertur, ita dicit not. Bald. *in l. 1. in 3. oppoſit. in 2. col. C. de his quæ pœn. no.* quia ad iſtud probandum debet liquidè probari, ſecundum eundem facit *l. fin. C. de probat.*

Fallit 23. dicta regula, vbi agitur ad intereſſe: quia ratione lucri debet plenè probari, nec defertur tale iuramentum. ita not. dicit Bal. *in d. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.*

Fallit 24. in cauſa beneficiali, ſecundùm Bald. *in l. in bona fidei.* quia cauſæ beneficiales regulariter ſunt graues. item quia tractatur de præiudicio tertij, ſcilicet Eccleſiæ. & de hac quæſtione vide Dom. de ſancto Geminia. *in c. 1. in vltima columna, in titu. de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſeruandæ.*

Fallit 25. vbi tractatur de probando præſcriptionem, quæ eſt inducta in pœnam negligentiæ, ita dicit Bald. *in l. admonendi.* licèt quidam illum reprehendant. igitur, &c.

Digitized by Google

Fallit 26. vbi agitur de reſcindendo ſententiam: quia tunc iſtud iuramentum non habet locum. ita dicit Bald. *in l. fin. C. ſi minor ſe maiorem dixerit. per illum tex.* & Lud. Rom. *in d. l. admonendi. igitur, &c.*

Fallit 27. in cauſa feudali, vbi eſt quæſtio de feudo: quia non defertur niſi poſſeſſori. ita dicit Bald. *in l. 1. §. ſi vaſalli. de conſuetud. rec. feud.* idem ponit Bald. *in l. in bona fidei.*

Fallit 28. & iſti caſus non continetur amplius ſub primis tanquam extra, vbi factum in iudicio deducitur, quòd de ſui natura debet eſſe pluribus apertum. tunc probatio vnius teſtis non ſufficit pro ſemiplena probatio. & ſic non poteſt deferri tale iuramentum, vt nor. Barto. *in d. l. admonendi. & Doct. in c. cùm contingat.*

Fallit 29. vbi debet probari notorium: quia non deferur iuramentum. & ratio huius, & præcedentis eſt, quia tale quid debet ſimiliter ſciri per plures. & ita tenet Bald. *in l. de quibus, de leg.* quòd not. &c.

Fallit 30. vbi probanda eſt conſuetudo: vt dicit Bal. per prædictam rationem *in d. l. de quibus.*

Fallit 31. vbi agitur de communi vſu loquendi vel intelligendi: quia largo modo appellatur conſuetudo, ſecundùm Bald. *in d. l. de quib.* vide Bar. *in l. Labeo ff. de ſuppel. legata.* & *in l. liberorum. §. quod tamen Caſſius. de leg. 3.*

Fallit 32. vbi eſt tale pactum, quòd veriſimiliter venit ad notitiam eius: nam & hoc caſu non defertur iuramentum. iſtud ponit Bart. & Bal. *in l. bona fidei.*

Fallit 33. vbi lex requirit certum numerum teſtium pro ſolennitate formali: quia tale iuramentum non defertur, vt dicit Bal. *in l. 2. C. de bo. poſ. ſecundùm tab.* & Ludou. *in d. l. admonendi*, probatur *in l. cùm quærebatur. de leg. 2.* & ibi gloſſ. & Bald. *in c. 1. §. item ſi vaſallus. qui ſucce. teneantur.*

Fallit 34. in executione vltimæ voluntatis. & ſic in vltima voluntate non defertur tale iuramentum in ſupplementum probationis, ſecundùm Baldum *in l.*

non

non ſolum. § qui in alieno ff. de procurato in 3. columna & idem tenet ipſe Baldus *in vltima quæſtione. C de bonorum poſſeſsione ſecundum tabulas.*

Trigeſimoquintò fallit in cauſa monachali, vt eſt gloſſ. ordin. *in d. l. 3. §. 1* & *ibi per Barto. & Doctor. ff de iureiur.* & per Ant. de But. & alios *in d. c. cùm contingat.* & eſt ratio, quia per monachationem quis obligatur Deo, & inferior illam tollere non poteſt: *vt in c. cum inferior. de maior. & obed*

Fallit 36. quia contra præſumptionem conſuetudinis non defertur hoc iuramentum: text. eſt nota. *in d. §. prateread in tit quid ſit inueſtitura. in vſibus feudor.* & ibi hoc tenet etiam Bald.

Fallit 37. in contractu in ſcriptis celebrato: nam eo ſemiplenè probato non recurritur ad hoc iuramentum. *vt in Auth ſed nouo iure. C ſi certum petatur.* & ita dicit Sal. *in l bona fidei. C. de rebus creditis.* & idem dicit *in Authen. ſed nouo iure. in vltim. notab.*

Fallit 38. quando pars aduerſa non fuit citata ad videndum deferre iuramentum: quia talis delatio non tenet, ſecundùm Bartol. *in titu. de controuerſia inueſtitura in 3. column in fin.* & idem tenet Angel. *in l. certum § ſi quis abſente ff de confeſſ.*

Fallit 39. ſi iudex deferat iuramentum parte non petente, talis enim delatio non tenet: vt nota. Bar *in l. admonendi circa fin.* & eſt ratio: quia iudex non debet impartiri officium ſuum non petentibus. *vt in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damno infecto.*

Fallit 40. vbi in cauſa eſt concluſum: quia pars non poteſt petere ſibi deferri iuramentum. vt notat Baldus *in titulo, de controuerſia inueſtitu.* per Bald. *in l. admonendi.* & Bald. *in c. cùm contingat.*

Fallit 41. quia iuramentum tale nunquam defertur, niſi viſo & diſcuſſo, quòd talis ſit effectus probationis. nam cauſæ cognitio in eius delatione requiritur: & partis citatio, ſecundùm Bal. qui ita nota. *in c. 1. de gradi ſucceſ. in feud.*

Fallit 42. vbicunque cauſa omittitur, vt ſub hac forma procedatur de iuris rigore, & non de æquitate. nam

nam hoc caſu iudex non poterit deferre iuramentum, vt colligitur ex doctrina Bald. *in c.1. ſi de feu. fue. contro.* vbi dicitur, quod iuramentum potius debet deferri ei ex æquitate, quam ex legis rigore, vide Bald. *in c.1. de gradi. ſucce. feud.*

Sequitur videre de perſonis, propter quas iuramentum non defertur, & primo de perſona eius cui defertur, ſecundo de perſona teſtis. hoc dicit.

Fallit 43. quando ille, qui debet iurare, eſt talis, quod non poteſt eſſe teſtis vel non eſt omni exceptione maior, vt infamis infamia facti, Iudæus, vel alius infidelis. vide Bald. *in l qui accuſare. C. de eden.* & Bald *in d.l. admonendi.*

Fallit 44. ſi ille eſt vſurarius, cui defertur, ſecundum Bal. *in l improba C. de infami.*

Fallit 45. quia non defertur prædictum iuramentum ſtipendiario, qui eſt infamis infamia facti, ſecund. Alberic. de Roſa *in l.3.§.l. Iulia ff. de teſtib.* & Bald. *in d. l. qui accuſare.*

Fallit quadrageſimo ſexto, quia non defertur iuramentum illi, qui ſemel iurauit falſum. tex. & ibi gloſſ. ordin. in *c per nullius. 22. quæſtion. 5.* & eſt text. *in c. non poteſt. in fine. 2. quæſtion. 7.* & idem *23. quæſtion. 1. quicunque.* & not. in c. teſtium. de teſti.

Fallit 47. quia non defertur iuramentum tale excommunicato in cauſa defenſionis, vbi poteſt comparere ſi ſemiplenè probauit. ita nota. dicit Bald. *in c. inter priorem. de except.*

Fallit 48 quia non defertur hoc iuramentum ei qui facilis eſt ad iurandum. iſtud not. dicit Baldus *in l. qui ſub conditione. ff de condition. inſtitut.*

ADDITIO.

a Fallit. *Adde eundem do. Bart. Socin.* in conſil. 155. incip. præſtantiſsimè, verſi. 41. & vlti. in 2. parte. *vbi dicit quòd nunquam defertur periuro, nec de faci-*

facili deſertur ruſtico, cùm ipſe non dicatur legalis, & ſit facilis ad deierandum. Bened. Vad.

Fallit quadrageſimo nono, quia non deſertur ei, qui ſua culpa amiſit inſtrumenta, vt quia lacerauit ea, vel offuſcauit. ita nota. dicit Baldus & Paulus de Caſtro. *in l. 1. C. de fide inſtrumentorum.*

Fallit quinquageſimo, quia ſi agitur contra aliquem debitorem, qui eſt furatus inſtrumentum creditori, non ſufficit probare amiſſionem, ſi amiſit aliquo caſu: ideo probare debet de inſtrumenti tenore, & demum deferre ſacramentum. aliss nõ. ita dicit Ang. *in Authen. ſi quis in aliquo. C. de eden.* alleg. ad hoc gl. ſingu. *in l. ſi quis iniquum. C. de fide inſtrumentorum.*

Fallit quinquageſimo primo, quando ſemiplenè probans fuit negligens in faciendo ſemiplenam probationem: quia eidem non defertur prædictum iuramentum.

Fallit quinquageſimo ſecundò, quia non defertur tale illi, qui neſcit veritatem rei gl. eſt not. *in l. maritus. & ibi Bart. ff. de quæſt.* & not per Doct. *in c. cùm contingat.*

Fallit 53. quia hoc iuramentum non defertur pupillo, ſed tutori deferendum eſt, ſi probatum eſt ſemiplenè. ita not. Paul. de Caſtr. *in l. videamus. incip. ff. de in lit. iuran.*

Viſum fuit de perſona cui defertur, nunc videndum eſt de perſona teſtium.

Fallit 54. quando teſtis non eſt omni exceptione maior, vt quia affinis, colonus, vel alia perſona domeſtica, quo caſu non defertur iuramentum, vt dicit Barr. *in l. admonendi.* & Bald. *in c. fin. de iureiuran. & in c. ſacramentum. in tit: de conſuetudine recti feudi.* & dicitur quis omni exceptione maior, cùm nihil poteſt contra eum opponi: vt eſt gl. *in c. 1. de conſan. & affini. & in §. item verò inſtit. de inuti. ſtipula.*

Fallit 55. quando teſtis eſt fœnerator, vel ſpurius: vt Azo. *in ſumma de infami.*

Fall t

eſt veriſimilis: quia in contrarium ſit aliquid veriſimile dicitur ſemiplena elidi. & ſic non defertur iuramentum, ita dicit Bal *in l.1. in 2. col. circa med. C. qui & aduerſ. quos.*

Fallit 63. vbi contra ſemiplenam probationem eſt aliqua præſumptio etiam leuiſſima, per d. glo. *in d. l. 1. C. qui & aduerſ. quos.* vt ſi eſſet teſtimonium de auditu, qui facit æqualem probationem, vt not. Anton. de Butr. & Innocent. *in c præterea de teſtib.*

Fallit 64. ſi probandus eſt error Notarij: quia licèt quis probauit per vnum teſtem, non defertur ſibi iuramentum: quia præſumptio eſt contra eum, quòd Notarius non errauerit. & ita dicit Bal. *in l. Imperatores, de ſtatu hom.*

Fallit 65. vbi probandum eſt pactum contrarium extraneum à natura contractus, quod non ſolet poni in ſimili contractu, ita not. dicit Bal. *in c. 1. quid ſit inueſtit.* & vide Bald *in addit. Specul. in tit. de iure dot.*

Fallit 66. vbi propter defectum iuſtitiæ ſecularis habetur recurſus ad iudicem eccleſiaſticum, iuxta not. innouit, de iudic. & *in c. licet, de ſuſpecto, de foro cõpeten.* & not. Bald. *in c. ſi quis per 30. annos. § fin. verſic. poſtremò ſi de no. fue inueſtit.*

Fallit *b*, 67. vbi ſunt teſtes ſingulares, quia non defertur tale iuramentum, vt not. Bald. *in l. de quibus. ff. de leg.* & eſt ratio, quia teſtes ſingulares, etiamſi eſſent mille, non faciunt ſemiplenam probationem, vt habetur in *l. iureiurando. C de teſtibus.* & per Bald. *in l. eodẽ titul.* Sed hoc fallit in ſingulari, qui comprehenditur ſub aliquo Principe vel Vniuerſitate: vt ſi volo probare poſſeſſionem, vnus dicit, quòd collegi frumentum alicuius vel vinum, vel vidit arare. nam hoc caſu probat. idem ſi quis vult probare, quòd aliquis dixit Miſſam, & alius deponit, quòd vidit dicere confeſſionem, alius quòd vidit dicere Euangelium, alter leuare Corpus Domini, quòd iſti probant: ita not. Innocent. *in c. qualit. & quando, de accuſat.* & habetur 1. *quæſt.* 1. *in c. nihilominùs, per gloſſ.* & Docto.

in l.

in l. hoc carmen. § *fina.ff.de teſtib.* & per Angel. *in ſua diſputat. quæ incip. Aſten miles, &c.*

ADDITIO.

b Fallit. *Vide Lanfran.*in repet.l. admonendi, de iureiur.in 19.colum.verſ.2.concluſio.*& adde quod habetur per Paul. de Caſtr.* in conſil.166.in princip. 2. col. *quòd ſingularitas tunc nocet tantùm, quando probatio remanet dubia: quia poteſt ſe habere ad eſſe & non eſſe, aliàs non, quando omnia tendunt ad eſſe, & ad eundem finem ſine quacunque dubietate, alleg.not. per Bal.*in l,1. circa fin.penult.colum. C. de teſtament.*Benedict.Vad.*

Fallit 68.vbi adeſt præſumptio minor ſemiplena probatione, glo.alleg.pro not.& ibi per Doct.*in l.licet.* §.*ſi minor, de mino.*

Fallit 69.vbi eſt ſola fama probata: quia non poteſt deferri prædictum iuramentum:& ita not.Bal. *in c.fin. de iureiur.*

Fallit 70. quando teſtis deponit in cauſa vniuerſitatis: quia non eſt omni exceptione maior, & ideò iuramentum prædictum non defertur. ita dicit Bal.*in l. in tantum.*§.*vniuerſitatis, de rer.diuiſ.allegando Specul.in tit.de teſtib.*

Fallit 71. vbi aliqui teſtes requiruntur pro forma: quia non præſtatur iuramentum in ſupplementum probationis, ita not. dicit Bal.*in c.1.in* §.*quia vaſallus, de controuerſ.inueſtit.*

Fallit 72. ſi ſtatutum vult, quòd ſolutio non poſſit probari, niſi per inſtrumentum: nam facta ſemiplena probatione, non eſt locus iuramento: ita dicit Bald.in addit. Specul.*in tit.de probat.circa medium.*

Fallit 73. quia non defertur iuramentum alicui, vbi aduerſarius eius plenè probauit ita dicit Bald. *in addit. Specul.in tit.de iuram.delat.*

Fal-

Fallit 74. quando vnus teſtis allignat bonam rationem, alius teſtis malam pro dicto ſuo: quia diminuit fidem alterius. & ideò non defertur iuramentum, ſicut ſi nullam cauſam haberet, ita dicit Bal *in l. de quibus.* 12 4. *col ff de legib.*

Fallit 75. in alio caſu *in l. Imperator ff. de ſtatu homin. vbi Bald. ponit.*

Fallit 76. ſi Actor probauit plenè, & Reus ſemiplenè: quia Reo non defertur dictum iuramentum, vt dicit Bald. *in c. ſicut, extrà, de probat. in vltim. colum.*

Fallit 77. quia non defertur illi, qui plenè probauit, ita dicit Bal. *in c. ſicut, in* 1. *col. extr. de probat. per illum text.*

Fallit 78. quia contra matrimonium, ſcilicet, quòd non tenet, ſi per vnum teſtem eſt probatum, non defertur iuramentum: ſecùs, ſi pro matrimonio. ita dicit Bald. *in l. mulieri, in fin. extrà, de iureiur. vide ſuprà in* 42. *fallen.*

Fallit 79. ſi eſt dubium ſuper intellectu legis vel ſtatuti: & cùm non conſiſtat in facto, non defertur iuramentum prædictum, vt dicit Bal. *in c. iuramentum. in* 2. *col. extrà, de iureiur.*

Fallit 80. ſi eſt ſtatutus terminus ad probandum per omne genus probationis: quia poſt illum terminum non poſſet deferri prædictum iuramentum, niſi ad purgationem, ita dicit Bald. *in c. ſi in pen. colum. extrà, de iureiur.* & de hoc vide ſuprà *in* 12. *fallent.* & ſimiliter infinitas ſimiles fallentias in locis ibi allegatis.

REGVLA CCLIIII.

IVRAMENTVM habet vim clauſulæ codicillaris. *l. cùm pater. § filius matrem, de legat.* 2. Bartol. *in l. ſi quis pro eo, de fideiuſſorib.*

Primò fallit, vt procedat in iuramento teſtatoris, ſecus in iuramento delato per teſtatorem hæredi, ita ſingulariter Bartol. *in l.* 2. *per illum tex. cum gloſſ. C. communia de leg.* verum eſt, quod dicit ipſe contra-

 rium

rium.*d.§.filius matrem.* vbi formaliter ſummando tex. dicit iuramentum teſtatoris vel hæredis. de quo per Iſal. *in d.l.2.infra, communia de leg.*

Secundo fallit *d.§ filius matrem.* vt procedat, quando teſtamentum deficit ratione ſolennitatis omiſſæ: tunc iuramentum benè vim habet clauſulæ codicillaris: ſecùs, quando deficeret ex defectu ſubſtantiæ in perſona teſtatoris, vel ratione deficientis conſenſus. ita limitat Ludou. *in conſ.517.incip.in caſu propoſitæ conſultationis archeceleberrimorum Docto. conſilia. in 9. colum. in fi.* & ſequitur Dom. Francis. Aretin. *in conſ. 24. incip. quatuor dubia, in 2. colum.* facit *l. fi. de non num. pecu.* vbi iuramentum nihil fecit, quia deficiebat conſenſus.

REGVLA CCLIIII.

IVRAMENTVM recipit interpretationẽ ſecundùm ſubiectam materiam, ſuper qua præſtatur. *l. fin. C. de non numer. pecun. l. fin. ff. qui ſatis. cogan.*

Primò fallit, cùm intelligitur hoc procedere in contractu, in quo deficit conſenſus: quia iuramentum non intelligitur, niſi quatenùs quis veriſimiliter conſenſit, ita tenet Imol. *in c. per tuas.* & Alexand. *in.l. ſi conuenerit. & alij ibi allegati per Mod.* & ita communiter tenetur. pro quo facit, quod not. Aret. *l. 1. §. ſi quis ita, in 5. volum. ff. de verbor. oblig.*

Secundò fallit, & intelligo prædictam concluſionem, vt reguletur ſecundùm naturam primordialem, non autem ſecundum accidentalem, argum. *l. item veniunt. § cùm prædiximus ff. de petit. hæred.* gloſſ. & ſcribentes *in l. certi condictio, in princ. ff. ſi cert. peta.* intelligitur autem natura primordialis, quæ conſiderata regula, ſemper habet locum niſi ex cauſa: tunc eſt natura accidentalis: facit quod not. Bal. *in c. 1. in 3. colum. infrà de his quæ metus cauſa.*

Tertiò fallit, quia debes intelligere prædictam concluſio-

cluſionem, vt iuramētum ita reguletur, quòd faciat aliquem obligari efficaciùs, non autem plus. ita tenet Dec. *in c.1.de iud. arg.* not. per Alex. *in l.1.ff.de pact.* & Moder. *in l. miles.§.decem ff.de re iud.* de quo dic, vt per eum, cuius ratio non impugnat hoc dictum.

Quartò fallit vltrà dicta ibi per Modern. quòd. d. l. procedit in iuramento ſimpliciter & generaliter prolato: quia regulariter ſecundùm naturam contractus: ſecus in iuramento explicitè prolato: quia illud ad vnguem ſeruandum eſt, ita tenet Baldus *in c.quæ in eccleſiarum. in 6.colum. de conſtitutio.* & Calder. *in conſil. 1.in Rubric, de iureiurand.* quæ tamen limitatio videtur contra not *in l.ſi quis.C. de tranſactio.* & not. per Iaſ. *in l.ſancimus.vbi allegat quaſdam deciſiones Bald. C. de teſtibus in 2.colum* & Bald. *in conſil.441 in 5 parte,* vbi dicit, quòd iuramentum factum in parte inſtrumenti, intelligitur factum ſuper toto. adde quòd iurans in contractu implicitè, intelligitur iurare ſuper omnibus, Alexand. *in conſil.31.in penult.colum.verſic. & ex prædictis, in 3.volum.*

Quintò fallit, quia *dicta l.fina.* procedat ſolùm de iure Ciuili: ſecùs de iure Canonico, quo iure iuramentum maiorem efficaciam habet. *l.pactum quod dotali.C. de coll.* iuncto *c.2.de pact libr.6.l.non dubium. C. de legibus.* iuncto *c cùm contingat, extrà, de iureiurand. & ita Modern ſequuntur:* contrarium tenet Dominus Antonius *in c. Quintauallis, in 25. colum. de iureiurand.* refert in conſilijs Franciſ. de Curt. *in conſil.3. in 2. colum.*

Sextò fallit, quòd ſi l. final. procedit in iuramento de nō contraueniēdo: ſecùs in iuramēto aſſertorio: putà, quia iurando dixi, Iuro prędicta omnia vera eſſe, &c. & ita tenet Ioan. de Imol. *in l.nemo poteſt.* & *ibi Iaſ.ff.de legat.1.* de quo per Angel. Aretin. *Inſtitutio de exception §. 1.c.18.*

Septimò fallit d.l. final. vt non habeat locum, quando quis ſoluere promiſit in aliquo loco: nam quamuis pœniteat, tamen ſortitur ibi forum ratione con-

tractus: quia lex fingit eum ibi contraxiſſe. ff. de actio. & obligatio. cum ſimil. *l.3. ff de bonis authorit. iudic. poſſid.* & *l. hæres abſens. §. fina. ff. eodem.* & iſta concluſio procedit etiam quoad acceſſoria, in quibus quis ſortitur forum in loco, in quem collata eſt ſolutio, vt Abbas dicit *in c. dilecti, per illum text. in titul. 1. de foro compet.* & ſequitur ſimpliciter Decius ibi. ſed in contrarium facit quod not. Bart. *in l. 1. de vſu. per l. ſi fundus ff. de euictio.* ſed ſolue, vt ibi per Bartol. ex cuius dictis collige, quòd vſuræ attenduntur non pro conſuetudine regionis, in qua contractum eſt, ſed pro conſuetudine regionis in quam deſtinata eſt ſolutio, quod procedit etiamſi Reus alibi conuentus ſit, vt declarat ibi Salic. poſt gloſ. facit regula, quòd in quo cognoſcitur de principali, in eo etiam cognoſcitur de acceſſorio. *l. minor 25. annorum, in fin. princip. ff. de euictio.* Bald. *in l. ordinarij, in 2. not C. de rei vend.* Moder. *in Rubric. ſuper eodem, in 1. colum.*

REGVLA CCLV.

IVRAMENTVM ille, cui defertur, iurare vel referre neceſſe habet: aliâs verò in magna turpitudine eſt, text. eſt *in l. manifeſtæ turpitudinis. ff. de iureiuran.*

Primò fallit in eo, qui iam plenè probauerat intentionem ſuam antequàm deferretur iuramentum: quia tunc ipſe non cogitur referre, nec iurare, imò conſuetudo contraria diſpoſitioni legis non valeret, vt eſt textus not. *in c. 1. de probationib.*

Secundò fallit, vbicunque Actor nihil probauit: quia Actore nihil probante, Reus abſoluitur. *l. qui accuſare. C. eden.* & *in c. vnico, vt eccleſiaſt. beneficia.* & hæc regula *d. l. manifeſtæ.* debet intelligi, quando Actor aliquid probauit, ſed non plenè ita ſingul. limitat illam *l. Speculat. in tit. de iuramen. delatio. §. 1. verſic. ſi autem Actor,* per *c. fin. de iureiuran.* Sed Paulus de Caſtro *in d. l.*

mani-

manifeſta. & *in l.iuſiurandum.§.ait prætor.ff. de iureiuran.* tenet contrarium per *l. generaliter. C. eodem tit.* & reſpōdet ad *l. manifeſta.per d.§.ait prætor.* quia illa limitatur prout ibi per eum. & etiam dicit, quòd tex. *in d.c. fin.§.ſanè,de iureiuran.* non obſtat, quia loquitur in iuramento neceſſario ſeu prærogatiuo, cùm deferatur à iudice,non à parte: & hanc ſecundam opinionem tenet Bald. *in d.l.manifeſta.in lectura antiqua.* non tamen facit mentionem de dicto Speculat. idem videtur etiam eſſe de mente Angel. *in d l.manifeſta.* ſed Abb. *in d. c.* ſequitur opinionem Speculat. & dicit, quòd ita ſentit Ioan. Andre. *in d.c. fin. ſuper text. in verbo, & nihil præſtiterit, ſuper glo.2.* & pro hoc adducit Dom. Barto. *in l.bona fidei.C.de iureiuran.* dum dicit, quòd cauſa ſeu lis decidi debet per iuramentum: ergo ex ſimplici delatione. & dicit, quod ita videtur ſentire gloſſ. & Bartol. *in d.l in bonæ fidei.* & *in l.admonendi, de iureiuran.* & dicit hoc intelligi tam in iuramento, quod defertur à iudice, quam quod defertur à parte: quia ſi ex hac cauſa poteſt recuſare iuramentum neceſſarium deferendum à iudice, *vt d. c. fin.* magis etiam iudiciale. & pro hoc facit ſecundùm eum, quod not. Ioan. Andre. *in c.1. de clandeſtina deſponſat.* & text. *in c 2. eodem tit.* & Barto. opinionem puto veriorem. & pro hac opinione adduco text. *in d. c. fina. inducendo ſic.* Nam ibi primo dicitur, quod ſi Actor omnino in probatione defecerit, Reus dicitur obtinere, ſi nihil præſtiterit. poſteà autem dicitur, præſumptione vero fauente pro illo, Reo poteſt deferri iuramentum: ſed nota dictionem, vero, quæ eſt aduerſaria, & dicitur aduerſari in iure, & in facto. *l. ſed & ſi lex ff. de petit. hæredita.* & *in l.1. ff. ne quis eum. l. vſufructu ff. de verbor. obligat.* vt ergo aduerſetur in iure, & in facto, neceſſè eſt intelligere *verſiculum, ſanè,* dum dicit, quod ſi Actor omnino in probatione defecerit, quod nihil omnino præſtabit: ita quod nulla præſumptio eſt pro eo. nam verbum, omnino, eſt vniuerſale negantis, vt notatur *in c. & ſi Chriſtus. in gloſſ. in verbo, omni-*

omninò. de iureiurand. & eſt text. & ibi per Bartol. *in l. Gracè § illud ff. de fideiuſſorib.* item eſt neceſsè exponere verba, ſi nihil præſtiterit, dato, quòd non iurauerit: quoniam ille, qui iurat, aliquid præſtat: quia præſtat ipſum iuramentum. & ita etiam exponit Ioan. Andr. quæ expoſitio eſt facienda, vt verba intelligantur ſemper ſecundùm ſubiectam materiam. *l. ſi in ſtipulationibus ff. de verborum ſignificatio.* & *in c. ex literis. cum ibi nota. de ſponſal.* vnde in verſic. *præſumptione. in verbo, optimò nouit.* aduerſatur in facto & iure: in facto, quia ibi loquitur, quando eſt præſumptio pro Actore. *in verſic. autem, ſanè.* loquitur, quando nulla præſumptio eſt pro eo, item aduerſatur in iure, quia ibi Reus abſoluitur ſine iuramento: ſed *in verbo, præſumptione, alleg. verſic.* debet deferri iuramentum. vnde eo iudicio ibi apertiſſimè probatur, quod ibi nulla præſumptio eſt pro Actore, & Reus debet abſolui ſine iuramento, & dicit ibi Dominus Abb. hoc eſſe notandum: quia multi decipiuntur credentes generaliter, quòd aduerſarius vel iudex poſſet deferre iuramentum. & iſtã opinionem expreſsè tenet Hoſtienſ. *in Summa, de iureiur. in Rubr. de iuram. aſſertiuo. §. 1. verſi. vel poſſit aliter intelligi*, vbi dicit lex, quod manifeſtæ turpitudinis eſt, nolle iurare, vel iuramentum referre, quod debet intelligi, quando eſt præſumptio pro deferente: ſed ſi non eſt aliqua præſumptio pro deferente, tunc poteſt indiſtinctè recuſare iuramentum: quia non committit aliquam turpitudinem, ex quo non eſt præſumptio pro deferente.

Limita ibi Paul. de Caſtr. dicit enim, quod illa lex cum ſimil. habet locum, quando Actor vult deferre iuramentum Reo, antequàm conſtet, quod ipſe Actor non probauerit: vt quia non omnes ſunt examinati teſtes: nam quando vult deferre iuramento Reo, tenetur Reus, & tunc Reus debet iurare vel referre iuramentum, poſtquàm omnes teſtes eſſent examinati, & publicatus proceſſus: & ſic apparet intentionem Rei fundatam: nam poſſet Actor ipſum compellere ad iuran-

iurandū, ſed debet ſimpliciter abſolui, & dicit, ꝙ hoc multum ſibi placet, & quod habet æquitatem: quia econuersò ſi intentio Actoris eſſet fundata, non audiretur Reus volens deferre iuramentum Actori, *vt in l. contractibus. §. illo. C. de non numer. pecunia.* & *in c. 2. de probatio.* pro iſta opinione allego bonum textum *in l. tutor, in princip. ff. de iureiuran.* vbi dicit text. ꝙ tutor deferens iuramentum omnibus probationibus deficientibus, audiendus eſt. ad idem facit *l. cùm de indebito. §. quibus ff de probat* vbi text. dicit, quod ille, cui probandi onus incumbit, poteſt deferre iuramentum aduerſario ſuo de veritate dicenda, dummodo prius iuret de calumnia: debet tamen ille, cui defertur, habere facultatem referendi iuramentum, ex his conclude, quod quando loquimur de iuramento neceſſario, quod tūc iudex non debet ipſum deferre, niſi aliqua præſumptio ſit pro Actore, vt ſuprà dictum eſt. dicit tamen Cyn. *in d. c. mulieri, de iureiur.* quod ad hoc, vt Reus teneatur ſubire iuramentum purgationis, quod ſufficit minùs quàm ſemiplena probatio. Ad hoc facit, quod not. Bald. *in d. c. 1. § item vaſallus, de controuerſ. inueſtit. in 3. colum.* vbi reſpondendo ad *d. l. qui accuſa.* dicit, quod non tenetur Actor vel Reus iurare, niſi ſtantibus iudicijs. & vide gloſſ. *quæ ibi incip. per guardiam.* & iſtum intellectum tenuit Bartol. *in d. l. admonendi, in penul. colum.* & Butri. & Domin. Abb. *in d. c. fin §. ſanè, de iureiuran.*

REGVLA CCLVI.

IVRAMENTVM ſeruandum eſt, vt per Cano. *in c. ſi verò. de iureiuran.* & *c. 2. 85. diſtinct.* *vbi per glo.* & Archidiac. *in c. animaduertendum 23. quaſtio. 2.*

Primo fallit, quando tale iuramentum vergeret in interitū ſalutis æternæ, vt patet per text. *in d. c. ſi verò.*

Secundo fallit, quando intenderet in interitum ſalutis corporalis, & vide gloſſ. *in d. c. ſi verò.* & *22. quaſtio 3. c. vltim. verſic. quis ergò, in fin.*

Tertiò fallit, quando vergeret in peiorem exitum, vt patet *in d.c.ſi verò.*

Quartò fallit, quando eſſet contra bonos mores, ſcilicet naturales: vt ſi præberet occaſionem delinquendi, vt *in c. quemadmodum, de iureiurand* & not. *in regula, non eſt obligatorium, in 6.* ſecùs ſi eſſet contra bonos mores ciuiles, vt *extrà, eodem c. cùm contingat. & c. 2. de pactis, in 6.*

Quintò fallit, quando præſtitum eſſet ratione iracundiæ & temeritatis, cùm tunc conſenſum iurans non videatur habere ad hoc quod not. *in c. ex literis, extrà, de diuortijs,* & hoc vult Do. Anton. *in c. ſicut, extrà, de iureiuran.* vbi de hoc vide pleniùs.

Sextò fallit, quando iuramentum eſſet reprobatum à iure Canonico, vt ibi *in d. c ſicut.* & *extr. de foro compet. c. ſi diligenti.* ſi verò ſit reprobatum à iure Ciuili, tunc dicendum eſt, vt per Doct. *in c. cùm contingat, extrà, de iureiuran. c. quemadmodum, eod. tit.*

Septimo fallit, quando conditio in eo iuramento ſubintellecta non adeſſet: vt eſt conditio, ſi Deo placuerit, *vt d. c. quemadmodum.* & conditio intelligitur, ſi res in eodem ſtatu permaneat, vt notatur ibidem.

Octauò fallit in caſu, quo autoritas ſuperioris interueniret contra iuramentum: cùm tunc ſecùs eſſet, *vt in c. venientes, extrà, de iureiur.* & *extrà, de teſtibus. c. conſtitutus.* vbi de hoc latiùs tractatur.

REGVLA CCLVII.

IVRARE calumnia principalis perſona tenetur, vt eſt tex. & gloſſ. *in c. in pertractandis. vbi per Doct. extrà, de iuramen. calum.*

Primò fallit, quando dominus eſſet abſens à longè, quòd in breui haberi non poſſit: cùm tunc admittatur procurator ad iurandum, dummodò habeat ſpeciale mandatum, vt voluit Bartol. *in l. 2. C. de iuram. calum. l. ſi longius. ff. de iudic. c. fin. de iuram. calum. in 6.* ſe-

cundùm

cundùm Dom. Nicol. *in d. c. inpertractandis.* quod an procedat, vide not. gl. & Doct. *in c. caterùm eod. tit.*

Secundò fallit, quando eſſet procurator ad negocia, qui haberet agere & defendere, vt habetur *in c. generali, de procur. in 6.* & latius per Doct. *in d. c. inpertractandis, de iuram. calum.*

REGVLA CCLVIII.

IVRARE debenti de calumnia, terminus ad deliberandum non datur, vt per Docto. *in c. cùm cauſam, extrà, de iuram. calum.*

Primò fallit, quando quis habens iurare de calumnia reſpondiſſet libello: vt quia ſit hæres vel procurator illius, qui reſpondit: cùm habere debeat tempus ad deliberandum, vt ſe informet: cùm tunc ceſſet ratio prædicta, ſecundùm Dom. Nico. in *d c. cùm cauſam, de iuram calum.*

Secundò fallit, quando ſuperueniſſet cauſa, propter quam veriſimiliter poſſet dubitare, vt quia reperit aliquid in arca paterna, quod faciat eum dubitare, ſecundùm Dom. Nicol. *in d. c. cùm cauſam.* pro quo facit quod nota. *de iureiuran. l. iuris gentium. §. final. per Bartol. & Bald. vt ibi patet.*

REGVLA CCXLIX.

IVRARE de calumnia Actor & Reus recuſantes incidunt in pœnam, vt Actor ab inſtituta actione cadat, Reus vero pro confeſſo habeatur. *c. fi. & ibi per Doct. extrà, de iuram. calum.*

Primò fallit, quando recuſaſſet iurare de calumnia ante litem conteſtatam: non enim ſuper tota cauſa iurare tenetur, ſed tantum poſt litem conteſtatam,

 vt extr

vt extr. de iuram. cal. cùm cauſam, & per Dom. Anto. *in d. c. fin.*

Secundo fallit, quando ipſe Reus recuſans iurare, vellet purgare contumaciam, & iurare: cùm tunc admittendus ſit, vt per Docto. *in l. 2. C. de iuramen. calum.* & Ioan. Andr. *in addit. Spec. § ſi eo. tit. verſic. ſed nunquid*, argum. *l. ſi quis libellos, de appellat.* C. quod non tantùm verum eſt de futuro, ſed etiam de præterito, ſecundùm Dom. Anto. *in d. c. fi.* item hoc verum, quando pœnitet vſque ad ſententiam condemnatoriam, vel declaratoriam: cum tunc ipſe poſteà pœnitere non poſſit, argu. *l. quia viator. § qui accuſare. ff. de bo. quæ liber.* ſecundùm Dom. Nicol. *in d. c. fin. de iura. cal. de quo extrà. de for. compet. c. ſi diligenti.*

Tertio fallit, quando ambæ partes nolunt iurare: quia conueniſſent fortè de non iurando, vt voluit *Spec. eod. tit. § fin. verſic. ſed quid ſi.* & Io. Andre. *in d. c. fin.* compenſat enim delictum cum delicto, quoad hãc pœnam euitandam, ſed non quoad hoc, vt iudex procederet in cauſa ſine iuramento, cùm ſi procedat, non valet ſententia, ex quo tale iuramentum expreſsè remitti non poteſt. *l. 2. § ſed quia. C. eod. tit. l. prolatam. C. de ſent.* ſecundùm Dom. Nic. *in d. c. fin. de iuram. calum.*

Quarto fallit in parentibus & patrono, vt parentes ſeu patroni, qui nolunt iurare de calumnia, non teneantur. *l. iuſiurandum ff. de iureiur.* vnde hanc pœnam non incurrunt, vt voluit Io. And. *in d. c. fin.*

Quinto fallit in tutore & procuratore, quia licèt nolint iurare, minor tamen in prædicta cauſa non habetur pro confeſſo, nec eidem nocet, vt voluit Specul. *in d. c. fin. eod. tit. verſic. quid ſi tutor*, & idem quod habetur *in d. l. 1. § 2. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.* ad hoc quod not. *in l. non eſt ignotum. C. de adminiſt. tut.*

Sexto fallit in prælato vel ſyndico, qui quantumcunque nolint iurare, non præiudicant Eccleſiæ, vt voluit Ioan. And. *in addit. Spec. in d. § quid ſi tutor.* per id quod habetur 16. *quæſt.* 6. *Epiſcopus.* & ibi plenius per

cum

eum, ſimiliter concludit hoc procedere, quando cauſa eſſet calumnioſa ex parte Eccleſiæ, arg. *l. quoties. §. ſi eſt ff de adminiſtrat. tutor.*

REGVLA CCLX.

IVRARE faciens aliquem, quem falſum iuraturum ſcit, peccat. *c. qui hominem.* 22. *q.* 5.

Primo fallit in iudice, vel in alia perſona publica, qui defert iuramentum ad inſtantiam alicuius ſecundum ordinem iuris: quia tunc non peccat, licèt ſciat illum, cui defertur, iuratum falſum. ita tenuit Sanctus Thomas 1. *quæſt.* 2. *artic.* 4. vbi facit differentiam inter perſonam publicam, & perſonam priuatam, quæ exigit iuramentum, quia ſi ſcit ipſum iuraturum eſſe falſum, quia ſcit eum feciſſe contra id, quod iurat, tunc talis cogens iurare eſt homicidia: quia ſuppreſſit manum illi, quem cogit iurare, vt ſuo periculo ſe interimat, & hoc modo loquitur *c. ille, qui hominem.* 22. *q.* 5. ſed perſona publica cogit iurare ad petitionem alterius, ſecundùm quod ordo iuris exigit, ſiue ſciat eum iurare falſum, ſiue verum *a*, quia non videtur ipſe exigere iuramentum, ſed ille, ad cuius inſtantiam exigit. & ex hoc habes ſingularem limitationem ad præallegatum *c. qui hominem.* 22. *quæſt.* 5.

ADDITIO.

a Verum. *Vide Dom. Iaſ. Mayn.* in l. ambiguitates, de indi. viduit. tollen. num. 5. & ſeq. *Bened. Vad.*

REGVLA CCLXI.

IVRECONSVLTVS qui format aliquã quæſtionẽ, & ei expreſsè non reſpondet, præſumitur quòd ei reſpondeat, prout quæſtionem formauit.

manit. *l. in rebus, in prin. & ibi gl. ff. commodati. l. quod ſapè. § .ſi res. ff. de act. emp.*

Primò fallit, quando formaret quæſtionem, & argueret ad partes, vel ferret opiniones: quia tunc ſi nihil determinat, intelligitur pro opinione, quam vltimo loco poſuit, vel pro qua vltimo arguit. ita Bartol. *in l. bona fides. ff. depoſiti.* & gloſ. *in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Treb.* limita tamen, niſi prima opinio ſaperet æquitatem, vltima verò rigorem. ita in ſpecie notat Aretin. *in conſil. 163. incip. diligenter* & *maturè.*

REGVLA CCLXII.

IVRISDICTIO per vaſallos prorogari non poteſt inuito domino, Doct. *in c. cæterùm, de iud.*

Primò fallit, niſi feudum eſſet franchum: quia tunc poſſunt vaſalli prorogare iuriſdictionem, vt per Bal. *in l. 1. C. ſi à non compet. iud.* de quo tamen vide per Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. in Rubric. de præſcript.*

Secundò fallit, vbi eſſet quæſtio inter vaſallum & alium tertium, quem conſtat non eſſe vaſallum, vt per gl. *in d. c. cæterùm, in fine.*

Tertiò fallit, quando eſt quæſtio inter vaſallos non tangens feudum, ſeu quam non decidunt leg. feudorum: vt per Doct. *in d. c. cæterùm.*

Quartò fallit in Liuellarijs: quia quæſtiones eorum deciduntur ab ordinario. ita Bal. *in proœm. ſecundi decreti.*

Quintò fallit, quando quæſtio feudalis habet radicem in materia iuramenti, nam deciſio tunc pertinet ad ordinarium eccleſiaſticum, vt per Calderinum *in titulo, de iudicijs. c. 2.*

REGVLA CCLXIII.

IVRISDICTIO ordinaria reſpectu certi gene-

generis non poteſt prorogari ad diuerſas cauſas & diſsimiles, expreſsè Doctor. *in c. cæterùm. de iud.* & Ant. de Butr. *in c. 1. de offic. deleg.*

Primò fallit, niſi non reperiretur iudex in loco: vt tempore peſtis, vt per Ang. *in l. ſi vacantia. C. de bonis vacantibus. lib.* 10.

Secundo fallit, niſi prorogatio oriretur ratione incidentis: quia tunc de ipſo iudex cauſæ principalis cognoſcere poſſet. ita Bart. *in l. interdum, §. qui furem. ff. de furtis.*

Tertio fallit, niſi fieret prorogatio de minori ad maiorem: quia non eſt diuerſum genus: ſed maior intentio: vt probatur *in l. de quare. §. penu. ff. de iudiciis.*

Quartò fallit in iuriſdictione voluntaria: quia illa prorogari poteſt, gloſ. *in l. 1. ff. de iudic.* quàm Bal. dicit ſingularem *in l. ſecundum diui Leonis. C. de donat.*

REGVLA CCLXIIII.

IVRISDICTIO voluntaria non terminatur territorio: ideo extra exerceri poteſt, *l. 1. de offic. proconſul.* glo. *in l. extra territorium. ff. de iuriſdict. omn. iudicum.*

Primo fallit, quando conceditur ex priuilegio, *vt in c. ſtatutum. in fin. de priuil.*

Secundò fallit, ſi exercetur per minorem iudicem, non fortè etiam proconſul. vel iudi. qui haberet poteſtatem cognoſcendi à principe. *l. 2. ff. de offic. proconſul. & ibi not.*

Tertio fallit in notariis, qui ſunt creati à comitibus, qui non poſſunt exercere officium extra territorium, in quo ſunt creati notarii: vt notat. Bart. *in l. his verbis.* & *in l. non aliter. ff. de adopt.* & *in l. 1. C. de ſumma Trinit.* & has fallentias poſuit Bened de

Barſ

Barſ. *in d.l. extrà territorium. de iuriſd. omn. iud.*

REGVLA CCLXV.

IVRISDICTIONEM prorogare errantes non intelliguntur.

Primò fallit maximè vbi partes conſenſerunt in iudicem per errorem, cui tradita fuit iuriſdictio per vniuerſitatem vel populum. iuxtà *l. Barbarius. de officio præſidis.* ita ſignanter tenuit Bald. *in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo in 10 column.* & habetur *in c. nihil. de elect.* & *in c. conſultationibus de iure patronat.* & tamen limitatio iſta dependet, an error impediat conſuetudinem iudicij, de qua materia vide per gloſſ. *in l. de quibus ff. de legi.* & ibi per Guliel. de Cuneo, & per gloſſ. & Doctor. *in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo.*

Secundo fallit, & non procedit dicta regula in his, quæ ſunt fundamenta: ſecùs in his, quæ veniunt in conſequentiam: quo caſu non impediunt conſenſum. ita tenet Bald. *in l. 1. in 17. col. de confeſſis.* motus per *l. reg. §. qui ignorauit ff. de iuris & facti ign.* vbi eſt notabile exemplum.

Tertio fallit, quando litigatur coram iudice habente iuriſdictionem, ſed non plenum vſum ſeu exercitium iuriſdictionis: quia tunc litigantiũ error non attenditur. Exemplum: Si duo fuerunt iudices delegati, quorum vnus fuit incompetens, nam tunc talis conſenſus ſit perueniens à partibus per errorem non nocet quin ſit iudex competens. ita tenent Paulus & Angel. *in d. l. ſi per errorem* allegant *c. in cauſa* & *c. prudentiam. de officio delegati.* & *l. duo iudices. de re iudici.* & Innocentius *in prædicto c. prudentiam.* Sed ego allego Bald. *in l. ſi conuenerit ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & Angel. *in l. 1. ff. de iudic.* & *in l. Pomponius. aliàs eſt l. 1. ff. de iudi.* & idem tenuit *conſil. 159. incipi. petita fuit:* alij autem Docto. non firmant hanc limitationem, imo contradicunt, vt Card. Flor. & Ioan. de Imol. *in d. c. prudentiam. in princip.* Fulg. *in l. ſi per errorem* qui alleg.

c. ſuper

c. *ſuper. de offi. deleg.* idem tenet Ioan. de Imol. *in d. l. Pomp.*

Quarto fallit, ſi per errorem fuerit pronunciatum, talem eſſe competentem: vt tenet Innocen. in *c. ſuper literis. de reſcriptis*, & Bal *in l. 2. ff ſi quis in ius vocat. non ierit.* & Pau. *in d. l. ſi per errorem.* imo fortiùs dixit Bald. *in d. l. 2.* quod idem tenet in dubitante: quia errans & dubitans æquiparantur. *in l. fin. C. de condict. indebiti.* & notat Barto. *in l. manifeſtum. C. de furtis.* & ſic ampliat *d. l. ſi per errorem.* videlicet, vt illa habeat locum etiam in dubitante.

Quinto limitatur regula illius l. procedere in declinatoria fori: quia ſi per errorem forum non declinatur, poteſt ſemper declinari, & geſta non valent, & per conſequens nec lit. conteſta. ſecùs in alia exceptione dilatoria: quia ſi quis per errorem omiſit eam ante litis conteſt. opponere non poterit poſtea eam vlteriùs opponere eſt glo. *in l. qui procuratorem dat, ff. de procur. in verbo, omiſit,* quod tamen intelligitur, vt per Canon. *in c. paſtoralis. de elect.* & gloſſ. *in c. ad aures. in glo. magna. de reſcrip.* & per Ange. *in l. dedit. §. ſi ſeruus. ff. qui ſatiſd. cog.* & ſic per hoc limitatur *l. etiam. C. de prob.* quæ dicit exceptionem dilatoriam ante lit. conteſta. opponi deberi. nam illud non procedit de iuriſdictione iudic. incompetentis. vt hic. & ideo dixit Bald. *in d. l. ſi per errorem.* dando cautelam quando quis eſt aduocatus ſeu procurator Rei, & videat actorem coram iudice incompetente, quem actor credit eſſe competentem. nam non expedit opponere exceptionem incompetentiæ, vt eatur ad alium iudicem competentem, ſed ſileat & dimittat procedere, poſtea opponat & irritet totum proceſſum & ſententiam: quia ſola ſcientia Rei non facit ipſum iudicem competentem, & ſic ille poſtea fatigabitur laboribus & expenſis, & citiùs veniet ad concordiam tecum. tamen licèt iſta ſit bona cautela in foro, caueas tamen ne ipſa vtaris: quia docet damnare animam, vt dicit Paul. de Caſtr. *in d. l. ſi per errorem.* allegans

gans Cyn. *in l. vnica. C. vt quæ deſunt aduoc. parti.* dicens hanc cautelam non eſſe ſeruandam propter damnationem animæ.

Adde tamen ad prædicta not. d. Ioann. de Imol. *in l. ſciendum. ff. de verborum obligationib.* vbi dixit, quod licèt exceptio procuratoria, quæ reddit iudicium retro nullum poſſit opponi quandocunque & poſt ſententiam, vt eſt caſus *in l. licèt C. de procur.* vt eſt quando quis opponit quem non eſſe procuratorem, tamen non incumbit onus probandi ei qui dicit non fuiſſe procuratorem, ſed eo ipſo quod ſtetit in iudicio vſque ad finem cauſæ, præſumitur ipſum fuiſſe procuratorem. quod perpetuò tene menti, quia eſt de pane lucrando. quia iſta eſt quæſtio quæ ſæpiſſimè vertitur in palatio. nam ſæpenumero fertur ſententia contra aliquem, & poſtea lata ſententia ille contra quem fuit lata opponit, dicens procuratorem non fuiſſe legitimum & non potuit facere, ſi non de mandato, ideo &c.

REGVLA CCXLVI.

IVS accreſcendi alia parte deficiente vel etiam repudiata locum habet, *vt l. re coniuncti. de leg. 3.* & *l. vnica. C. de caducis tollendis.* & *l. 1. de vſufruct. accreſc.*

Primo fallit quando pars deficit ex beneficio ſpeciali: quia tunc non accreſcit alter ius *l. ſi minor. de acqu. hæreditate.*

Secundo fallit, quando quis excluditur per exceptionem ipſo iure, *l. ſi duo patroni. in princi. ff. de iureiurando.*

Tertio fallit, quando vna pars fuit ſemel acquiſita, poſtea deficiat, quia non accreſcit alteri. *l. 1. § fi. de vſufr. accreſc.*

Quarto fallit, quando duo ſuccedunt ex diuerſo iure. *l. ſi cum pat. ff. de contra tab. l. mulieri & Titio. ff. de cond. & demonſt.*

Quin-

Quintò fallit, ſi vnus excludit ſe facto ſuo, vt per pactum de non petendo. ita tenet Floria. *in l. antepen. ff de vſu. accreſ.* allegat nota. *in l. ſi duo patroni. in prin. ff de iureiur.* facit *l. pater filium. ff. de inofficioſo teſtamento.*

Sextò fallit, in teſt. diuerſorum: quia non habet ius accreſcendi *l ſi ſub conditione, in fine. ff quib. mod. vſufru amit.*

Septimò fallit, vbi eſt coniunctio verbalis in rebus penitus diuerſis: quia tunc non habet locum ius accreſcendi. tex. eſt not. *in l. huiuſmodi legat. §. quibus ita. de leg 1.*

Octauò fallit, in his, quæ dantur gratia conditionis implendæ, quo caſu non habet locum ius accreſcendi *l pen. ff de cond. & demonſt.*

Nonò fallit in coniunctis coniunctione legali. *l. Proculo. ff de leg. 2.*

Decimò fallit, quando portio in principio eſt pro non ſcripta. quia in coniunctis coniunctione legali non habet locum accreſcendi: vt eſt in caſu *l. Plauti. ff. ad l. Falcidi.*

Vndecimò fallit, quando legatur piæ cauſæ: vt quādo filius teſtatur ad piam cauſam, & in illo legat fundum eccleſiæ, vt accreſcat eccleſiæ. ita dicit Bald. *in l. ſenium. in fine. C. qui teſtamenta facere poſſunt.* & hoc quando filius teſtatur ad piam cauſam cum conſenſu patris.

Duodecimò fallit inter eos, quibus legatur à diuerſis hæredibus *l penult. & fin. de vſufru accreſc.* quod limita per tex. *in l. planè. §. ſi coniuncti. de legat. 1.*

Tertio decimò fallit inter eos, qui habent communienem in re, ſed vni expreſſa eſt diſpoſitio, alteri verò tacita. *l. 1. in 2. & 3. reſponſo.* & *l. item ſi apud. §. 1. ff. de vſufru. accreſcendo.*

Quartodecimò fallit in contractibus inter viuos. *vt l. fundus cum Titio ff de verb. obl.* præterquam in vſufr. *l. 1. §. interdum. ff. de vſufr. acer.*

Quintodecimo fallit inter eos, quibus legatur res

ad vnam cauſam, quæ non recipit pluralitatem impletionis. *l. dominus. de vſufr.*

Sextodecimò fallit inter legatarios, quibus eſt legata pecuniæ quantitas, ſecundum Pet. *in l. 4. ff. de leg. 1. ſi inter. de leg. 3. in 1. char.*

Decimoſeptimò fallit, ſi illi cuius portio vacat ſubſtitutus ſuppoſitus eſt: vt *l. vni. § in 1. & §. pro ſecundo. C. de cadu. toll.* & *in l. ſi ſeruus communis. ff. de acq. hered.*

Decimooctauò fallit, vbi per fideicommiſſum ob alimenta fructus pluribus relinquitur: nam ſi alimentarij diminuuntur, legati commoditas non augetur. *l. dominus. postremo reſponſo. ff. de vſufruct.*

Decimononò fallit, vbi teſtator prohibuiſſet ius acc. *vt d. l. dominus, in princ.*

Vigeſimò fallit, vbi non relinquitur vſuſf. ſed eius commoditas. caſus eſt *in d. l. dominus. de vſufru. ſecundum vnam lect.*

Vigeſimoprimò fallit, vbi ſunt plures vſufructuarij. nam illis non competit ius accreſcen. *l. non multum.* & *l. Titium ff. de condi. & demon.*

Vigeſimoſecundò fallit per text. *l. ex contractu. de re iud.* de quo vide Paul *in l. pen. ff. de acq. hared.*

REGVLA CCLXVII.

IVS accreſcendi in contractibus locum non habet. *l. ſi mihi & Titio. & ibi per Doctor. ff. de verbor. obligationib.*

Primò fallit in his, quæ indiuidua ſunt, vt ſeruitutes, *l. proprium. ff. communia prædiorum.* & *in l. final. ff. quibus ad libertatem proclamare non licet.*

Secundò fallit in caſu, *l communi diuidundo §. ſi debitor. ff. communi diuidundo,* & *in l. Iulia. §. idem Celſus ff. de actio. empt.*

Tertiò fallit in aſſignatione libertorum.

Quartò fallit, quando eſſet conceſſio in contractibus ex liberalalitate principis: *vt l. 1. C. ſi lib. impe. ſoc. ſine har. deceſ. lib. 10.*

Quin-

Quintò fallit in vſufructu. *l.1.§.fi.ff. de vſufructu accreſ.*

Sextò fallit, quando intereſt promiſſoris vel ſtipulatoris: vt eſt caſus *in l. fundus ille. ff. de contrahenda emptione.*

Septimò fallit in donatione cauſa mortis, per text. *in l.1 in fin. C de cadu. toll.*

Octauò fallit in mortis cauſa capione. *l. mo. cauſa capione. de don. cauſa mortis.* & de iſta materia vide plenè per Bart. *in d l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. oblig.*

REGVLA CCLXVIII.

Ius Ciuile in eius foro ſeruandum eſt. *c. quòd clericis, & ibi per Doct. de foro compet.*

Primò fallit, quando tale ius odioſum eſſet odio irrationabili: prout voluit Bal. *in l.1. de ſumma Trini.* vbi plenius vide per eum. de quo etiam per ipſum *in c. ſi clericus. extrà, de foro comp.*

Secundò fallit, quando tale ius concernit perſonam non ſubiectam: prout eſt ſi ſtatutum diſponat, quòd nullus poſſit facere teſtamentum ſine certa ſolennitate. Nam tunc cum ſtatutum non afficiat non ſubditum, *vt l.1. de ma. libr.* & *l.1. de tut. & cur.* non ligat clericum, vnde ſecundum ipſum non iudicabitur etiam in foro ſeculari. ſed Imol. aliter *in c. quod clericis. extrà de foro compet.* Anto. *in c. eccleſia extrà, de conſt.* & not. per Bart. *in l.1. de ſumma Trinit. & fide Cath.* quòd ſic diſputando tenuit Lapus *in quæſtione ſua, quæ incipit, ſtatutò Mutinenſi.* & Petr. de Anchar. *in c.1. de conſtit.*

Tertio fallit, quando ius laicorum diſponeret circa modum decidendi, vt ſi dicat, quod ſtetur libris mercatorum: quia tunc non ſtatur tali ſtatuto in præiudicium clerici, etiam in foro ſeculari, cui non ſubiectus eſt. ad hoc facit text. *in d.c. quòd clericis.* intelligendo, quòd loquitur generaliter, & non loquitur ſpecialiter: vt voluit gloſſ. & text. & dicit, quod

 cauſæ

cauſæ clericorum decidi debet ſecundum ius Canonicum, etiamſi clerici agant contra laicum in foro ſeculari. & hoc niſi ipſe clericus vellet librum pro ſe inducere, ſecundùm dom. Nicol. *in d.c. quod clericis. extrà, de foro compet.* vbi pleniùs per ipſum.

REGVLA CCLXIX.

Ivs ſuperueniens actori, lite pendente, regulariter ei non prodeſt. *c. fin. & ibi per Doctor. extrà, vt lit. pend.* & colligitur *in l. non poteſt. ff. de iud.*

Primò fallit, quando poſt litem conteſtatam accederet aliquid, quod eſſet acceſſorium ad id, quòd eſt in iudicio deductum. *ff. de ædil edict. l. ædiles. §. item ſciendum.* & hoc etiam voluit glo. *in d. l. non poteſt. ff. de iudicijs.*

Secundò fallit, quando eſſet defectus non ex parte actoris, vt quia non poſſidebat, cum incipiat poſſidere poſt litis conteſtationem, & hoc eueniret iudicio pendente: *vt l 3. ff. de pet. hæred. l. ſi autem. ff depoſ.* & nota. *de except. c. aduerſario.*

Tertiò fallit, quando ſuperueniret ius ex cauſa in iudic. iam deducta *ff. de pig act. l. ſi rem. §. fin.*

Quartò fallit, quando fuiſſet generaliter actum non expreſſa aliqua cauſa: cùm tunc ſuperueniens ius proſit ex quadam æquitate: vt pleniùs not. *c. abbate ſanè. extrà, de iud. in 6.* & pleniùs de hoc per Bartol. *in d. l. nõ poteſt. ff. de iudic.* & *in l. an eandem. §. actiones. ff. de excep.* ſi verò ius ex parte rei, tunc regulariter prodeſt eidem, *vt d. l ſi autem ff. depoſiti.* & *c. aduerſario extrà, de except.* adde *l rei iudicatæ ff. ſolu. matri cum ſimil.* quod tamen fallit ſi poſt vſucaptum, *vt l. ſi poſt. ff de rei vend.* vbi non prodeſt reo vſucapio completa pendente iudicio. & hoc quia eſt odioſa: vt id notatur. de quò pleniùs *in l. 1. ff. de expen* & per Ioan. And. *in addition. Spec. in tit de cauſa poſſeſ. §. nunc videndum ad fin.* & quod ibi habetur per Docto. canon. *in d. c. fin. extrà. vt lite pend.* circa quæ vide quæ notantur *in d. l. non poteſt. ff. de iud. & ibi per*

Bald.

Bald. & Bart. & Doct. in d. c. Abbate ſanè extrà, de iud. in 6.

REGVLA CCLXX.

Ivs patronatus regulatur, prout alia iura ſpiritualia. *c. quanto. de iure patronatus.*

Primò fallit in caſibus in contrarium expreſſis.

Secundò fallit etiam in odioſis, quia appellatione ſpiritualium non venit cauſa iuris patronatus: vt per Abb. Pan. *in c. 2. de iuramento calumniæ.* de quo etiam *in c. translato. de conſtit.*

Tertiò fallit quoad actionem perſonalem, quæ competit ad conſtituendum ius patronatus: quia non regulatur vt alia ſpiritualia, nec eſt de foro eccleſiaſt. & per conſequens non habet priuilegium: vt per Anto. de But. *in d. c quanto.* & idem vult Bar. *ibi in antep. col.* & Fel. *in fin.*

REGVLA CCLXXI.

Ivs patronatus coram iudice ſeculari tractari non poteſt, *vt in c. quanto. de iudic.*

Primò fallit, quando interuenit acceſſoriè cum vniuerſitate ſeculari: in qua eſſet patronatus: cum tunc poteſt de ipſa cauſa cognoſcere, vt vidi, & dicit dom. Flor. ſe ita conſuluiſſe per *c. ex literis, extrà, de iure patronatus.* pro quo facit gloſſ. ſingularis, 20. *quæſt. 7. filijs.* ſecundùm do. Anto. *in c. quanto. de iudicijs.*

Secundo fallit, quando ageretur de iure patronatus non actione reali: *vt in d. c. quanto.* ſed ageretur regulariter actione perſonali, purà exceptione vel promiſſione de donando: cum & tunc poſſit ſecularis de tali cauſa cognoſcere, ſecundum dominum Anton. *in d. c. quanto* cuius dictum non videtur tutum: cum text. ibi generaliter loquatur ad hoc 12. *diſtin. c. ſi Roma.*

Tertio fallit, quando patronus eccleſiæ fuiſſet excluſus de cuſtodia eccleſia vacante, vel in ea turbatus:

çùm tunc agere poſſit actione iniuriarum coram iudice ſeculari. Agit enim tunc de iniuria commiſſa in perſona ſua: omnis enim violẽtia dicitur iniuria perſonalis: vt ſingu.no. *ff. de fur. l. quæ falſo.* ſecundùm Bald. qui ad hoc etiam adducit, quod not. *in c. ceterum. extrà, de teſtib.* vbi latiùs vide per Canoniſtas.

De litera L.

REGVLA CCLXXII.

LEGANS rem communem cum alio ſcribendo meam, partem ſuam legare intelligitur. *l. ſerui. §. cum fundus. ff. de l. 1.* & *l. ſi colonus. §. fin. & l. quod in rerum. §. 2. ff. eodem titu.* per gl. *in l. vicino. §. fundus. ff. de leg. 2.* & *in l. Stichus. ff. de vſufr. leg.* & *l. vxor. C. de legatis.*

Primò fallit, vbicunque teſtator non ſcriberet partem fundi eſſe ſuam, ſed putaſſet fuiſſe alienam in totum: nam tunc, quia legatur tanquam aliena, & intendit grauare hæredem onere redimendi in totum, ideò totus fundus debebitur. ita tenet Paulus de Caſtr. *in d. § cùm fundus.* quia lex nihil ſequitur, niſi voluntatem defuncti, quia ſic voluit grauare redimendo in totum, à fortiori in parte redimendo. ita tenet manifeſtè Dominus Paulus de Caſt. per rationem, in *l. 1. C. qui teſtament. facere poſſunt.* qui dicit ita notabiliter limitari debere *d. §. cùm fundus.* & ita fuit etiam de mente Bartol. *in l. ſeruum filij. de legatis 1.*

Secundò fallit, quando teſtator dixit, Lego tibi talem fundum, qui erat communis teſtatoris, & ipſius hæredis: quia illo caſu videtur legaſſe nedum partem ſuam, ſed etiam partem hæredis: ita tenuit Bartol. *in d. §. cùm fundus.* quem ſequitur Bald. & Angel. ibi, ad-

de Pe-

de Petrum de Ancha. & Imol. *in l. filius. C. de teſtamen.* & Bald. *in l. cùm alienam. C. de l. per text. in l. cùm filius. §. donationis. ff. de legat.* 1. qui tex. non eſt alibi ſecundùm Angel. *in d §. cùm fundus.* hoc tamen intelligunt, niſi teſtator dixiſſet, Lego fundum meum. quia talis dictio, meum, reſtringit legatum ad portionem teſtatoris per *d. §. cum fundus.* ſed certè illud quod ipſi dicunt allegando. *d. § donationis.* non videtur iure ſeruari: quia ibi loquitur de vſufructu, qui erat hæredis: quo caſu idem fuiſſet, ſi fuiſſet alterius: vt eſt caſus *in l. vicino. § fundum legatum. de leg.* 2. ſecundùm Dynum & Raynutium, & Imol. ibi, intelligendo quod vſus fructus erat alienus: licèt Barto. ibi dicat illum text. aliter intelligi.

Tertiò fallit, vbicunque teſtator dixiſſe, Lego talem fundum. quia dato, quòd ſit communis, nihilominus totus debetur, per text. ſingula. *in l. Iulianus: in principio de legatis ſecundo.* per quem text. ita tenuit Bartol. *in d. l. cùm alienam. C. de l.* Bartol. & Angel. *in d. l. Iulianus. in principio.*

Quartò fallit, quando teſtator haberet proprietatem nudam rei, quā legaret, & vſusfructus eſſet alicuius: quia tūc legando fundum non videtur tantùm legaſſe ius quod habet, ſed etiam vſumfructum: quoniam tale ius vſusfructus deficiens auferret ipſum emolumentum fundi legati. vt eſt text. valde notabilis in *d. l. Lucius. §. fundo legato ff. de legatis ſecundo.* ſecundum intellectum Dyn. Rayn. & Ioann. de Imol. ibi, & idem Ioann. de Imol. *in d. c. paſtoralis. poſt alios, extrà, de donationibus.* licèt Bart. *in d. § fundum.* aliter intelligat.

Prædictas fallentias, & nonnullas alias habes per Doctor. omnes *in l. hac conſultiſſima. C. de teſtamen.* & *in l. qui ſe patris. C. vnde lib. & de lib. & poſthum. per totum,* & latiſſimè per Canon. *in c. Raynutius.* & *c. Raynaldus. extrà, de teſtament.*

REGVLA CCLXXIII.

LEGARI ædibus affixa regulariter non poſſunt.*l.circa.ff.de leg.*1.

Primò fallit, vbi aliqua eſſent illicitè ædibus affixa: quia tunc talia legari poſſunt, vt eſt text, *in l.fideicomm.* § *ſi quis illicitè ff de leg.* 3.

Secundò fallit in rebus affixis, quas remouere poſſumus ſine ædium deſtructione ſeu deformatione, text. eſt ſing. *in l. inuiti.* §.1. *de leg.* 3. quem text. ad hoc reputat ſingu. Ioan. de Imol. *in d.l.circa.*§.*ſed ſi ea.*

Tertio fallit, niſi leuarentur ea, quæ eſſent affixa paruæ domui. vt eſt text. ſingu. *in l ſenatus.*§.*Marcell. de leg.* 1.

Quarto fallit in caſu *l. Marcell. cum ibi not. de don. inter vir & vxorem.*

Quinto fallit, *vt in d.l circa* §.*ſi quis de leg.* 1.

REGVLA CCLXXIIII.

LEGATÆ rei dominium à teſtatoris morte recta via in legatarium tranſit, *l. à Titio.ff. de ſur. & ibi per Doct.in l.cum pater.* §.*ſurdo.ff.de lega.* 2. & vide gloſſ. & Bartol.*in l.ſi quis ita.ff.de condi.inſti.*

Primo fallit, quando teſtator dixerit: Lego partem bonorum meorum: quoniam in tali legato non tranſit dominium recta via in legatarium, vt vult Bartol. *in l.ſi quis bonorum. ff. de leg.* 1. quem ibi ſequitur Bald. Angel. & Paul. de Caſt. tamen idem Bartol. videtur tenere contrarium *in l. non amplius.* §. *fin. eod. tit.* quem ſequitur ibi Ioann. de Imol. qui conatur repellere primam opinionem.

Secundo fallit in legato tacito: quia non tranſit dominium in legatarium, ſecùs in expreſſo: vt *l. ſeruum filij* §.*fin ff de leg.* 1. ſecundùm Bal *in l ſi à ſocero.* §: *Lucius ff ſolut. matrim.* Ad cuius limitationem vide ibi Ioan. de Imol. Paul. de Caſtr. & Doct. Moder.

Ter-

Tertiò fallit in legato conditionali, *vt l. ſi cui. in principio ff. de lega* 1. & *l. ſi quis ita hæreditatem. ff. de condition. inſtit.* & eſt glo. reputata ſingul. *in l. ſi rem. in principi. ff. de rei vendicat.* ponit Iacob. de Aret. *in l. ſi Stichum. §. ſi decem. ff. de nouationibus.* & *in l. verum. C. commun. de legatis.*

Quartò fallit dicta regula, & limitatur habere locum, quando res per teſtatorem relicta erat teſtatoris, ſecus ſi eſſet hæredis: quia tunc dominium rei legatæ non tranſit in legatarium recta via, tex. eſt melior, quã ſit in iure, *vt in l. ſi quis inquilinos. §. cum ſeruum. ff. de leg.* 1. quod no. ad dicta. *in l. ſi hæredis ſeruus. eod. tit.*

REGVLA CCLXXV.

LEGATVM continens alterius vtilitatem, ſi eſt validum producit actionem ex teſtamento. Bart. *in l. 1. ff. de legat.* 1.

Amplia, ſiue factum ſit legatum in teſtamento, vel Codicillis: vt per gl. *in l. 3. de iure Codicillorum.* & *in l. 1. ff. de teſtamentis.*

Amplia etiamſi teſtamentum rumperetur ex cauſa præteritionis vel exhæredationis: quo caſu legata & fideicommiſſa ſuſtinetur. *Authen. ex cauſa. C. de liberis præteritis.* nam etiam tunc competit actio ex teſtamento, per tex. *in l. fin. ff. de hæred. inſt.* & Bart. *in l. 1. in 9. quæſt. ff. de iure Codicillorum.*

Primò fallit, quando legatum non concernit vtilitatem alicuius, ſed ſolùm honorem teſtatoris: quia agitur officio iudicis, vt per Bartol. *in l. 1. de leg.* 1. & per text. *in l. hæreditas. in fin. ff. de petitione hæreditatis.*

Secundo fallit, quando legatum continet vtilitatem non æſtimabilem per pecuniam: vt in grauato emancipare filium, vt probatur *in l. ſi cui legatum. ff. de cond. & demonſt.* & *in l. filiusfa. §. ſecundum vulgarem. ff. de leg.* 1.

Tertio fallit, quando conditio adiecta legato habetur

tur

tur pro impleta de iure ſpeciali: vt in caſu *l. cum ita dатur. ff. de cond. & demon.* quia tunc competit actio in factum, vel officium iudicis: vt tenent Bart. & Imol. *in l. teſtam, la. 2. ff. de cond. & demonſtr.*

Quartò fallit, ſi teſtator voluiſſet, vel per ſtatutum caueretur, quòd legata debeantur hæreditate etiam non adita. ita tenet Bal. *in l. 1. fine. C. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen.*

REGVLA CCLXXVI.

LEGATVM per rei legatæ alienationem extinguitur. *l. fideicomm. §. ſi rem. ff. de leg. 2.*

Primò fallit, quando teſtimonium redderetur nullum, vel ſubiaceret querelæ, vt quia eſſet legatum factum filio: nam hoc caſu alienatio voluntaria non extinguit legatum, ſed ſaltē debetur æſtimatio. ita not. Doct. *in l. ſancimus. in princ. C. de inoffic. teſtam.*

Secundò fallit, quando alienatio fuiſſet nulla, legatum erat expreſſum, ſecùs ſi erat incluſum ſub generalitate verborum: vt probatur *in l. 3. §. ff. de fin. inſtr.* & ita intelligitur gloſſ. *in l. ſeruum filij. §. idem ſeruus.* & gloſ. *quæ incipit, quòd filius.* & *ibi Paul. de Caſtr.* & vide in ſimili. *l. cum dominus. §. filius. ff. de penu. leg.* Bal. *in in rub. C. de verb. ſign. ad finem.* & vide tex. omninò *in l. pen. §. fin. ff. de auro & arg. leg.*

Tertiò fallit, ſi alienātur res vnde teſtator ſolui deſignauerat, vt eſt *in l. teſtam. de leg. 1.*

Quartò fallit, ſi ſoluit contractum vel conuentionem factam alienando, non autem tradendo ſibi rem, vel pretium recipiendo: quia ſolus contractus non extinguit leg. *l. prædia. de fun. inſtru. ff.* & Bald. *in l. 3. C. de neg. geſtis.*

Quintò fallit, ſi leg. fuit conditionale, ſi res mea erit. caſus eſt *in l. Pomponius. in fine. ff. de auro & argento legat.* & not. per Ludouicum de Roma. *in l. Stichus qui meus erit. ff. de legatis. 1.* & eſt text. *in l. falſa demonſtratio. ff. de condi. & demonſtr.*

Sextò fallit, ſi legetur res vel æſtimatio, vt *in l. Lucius*

tius, de lega. 2 *& ibi gloſſ.* & Bald. *in d l.* 3. *C. de legatis.*

Septimò fallit in libertate, vt ſi ſeruus cui relicta eſt libertas, alienatur, & à priori patrono redimatur, ita not. Bald. *in d. l.* 3. *D. de legat.* licèt ſecùs ſit in alijs, per textum *in l. cùm ſeruus. ff. de adim. leg.*

Octauo fallit, quando teſtator alienauit titulo oneroſo: quia in dubio videtur alienaſſe ex neceſſitate: ſecùs, ſi in titulo lucratiuo, ita dicit Butri. *in d. l.* 3. *C. de legat.*

Nono fallit, ſi teſtator permittit hæredi, quod alienet rem legatam: nam non videtur reuocari leg. text. eſt *in l.* 10. *in fine. ff. vt leg. nomin. caue.* & Bald. *in d l.* 3.

Decimo fallit, vt not. Bart. *in l. Iulianus.* §. 2. *de legat.* 1.

Vndecimo fallit, vt per eundem Bartol. in *d. l. apud Iulianum.* §. 2. *de leg.* 1. vbi omnino vide per Bald. duas limitationes ſeu fallentias.

REGVLA CCLXXVII.

LEGATVM in genere ſi minimum vtile ſit, tunc illud minimum debetur, *in l. legato generaliter, de legat.* 1.

Primo fallit *in* § *quod autem, Authen. de fideiuſſorib.* vbi creditor poteſt eligere rem meliorem debitoris. & hoc eſt, quia cogitur accipere rem pro pecunia.

Secundo fallit in *l. Stichus. de legat.* 3. vbi quando legatur ſeruus cum hoc, quod exerciter artem, tunc debet inſpici ingenium ſerui, ad quam artem eſt magis idoneum.

Tertio fallit *in l. ſi cui. ff. de alim. lega.* quando legata ſunt alimenta, quia debet etiam inſpici conditio perſonæ, cui alimenta ſunt legata.

Quarto fallit, quando datur electio legatario, qui debet eligere medium, vt eſt gl. *cùm poſt* §. *gener. ff. de iure dotium.*

RE-

REGVLA CCLXXVIII.

LEGATVM à debitore creditori factum regulariter non valet. *l.ſi creditori.§.Marcellus.cum l.ſequen.* *de legat.* 1. & *Inſtitut.de legat.* §. *ex contrario.*

Primo fallit, quando legatum determinatum non fuiſſet durum,ſed ſub aliqua conditione, & ex tali legato ſentiret commodum: quia tunc deberetur purè, vt eſt caſus *in d.l.ſi creditor.§. Marcellus. cum l.ſeq.* & *d. §.ex contrario.* & *in l.*1.§.*ſi quis in rem,de leg.*3.

Secundo fallit in aliquo caſu valdè notabili, vt quando creditor, cui fuit legatum determinatè, dum peteret illud,detur, in iudicio habuiſſet ſententiam contrà,vel quia probare non potuit, vel alia legitima cauſa: quia tunc incipit valere legatum,ex quo apparet non fuiſſe debitum ex alia cauſa. & ſic à vero debitore,vt legatum peti poteſt,vt eſt caſus in *l. Aurelius. §.fi.ff.de liberat.legat.*

Tertio fallit, quando iſtud debitum non fuiſſet legatum:cùm interſit creditoris plures habere debitores,ad hoc,vt magis tutus ſit. caſus eſt in *l.* 3. §.*fin.in fin.de liber.lega.*

Quarto fallit, quia licèt non valeat tale legatum per viam directam, quoad probationem determinati,quia prodeſt creditori talis confeſſio teſtatoris ad probandum ſuum debitum. & ideo tale ſuum commodum ad hoc facit valere legatum.vt not.dicit Bald. *in l.*1.*in* 6.*col.C.de furt.*dicit tamen ibi,quod talis confeſſio teſtatoris non facit plenam nec ſemiplenam probationem,ſed aliqualem præſumptionem, de quo articulo, quantam fidem faciat teſtatoris confeſſio ,etiam vide Bart.*in l.cùm quis,* §. *codicillis, de leg.*3. & *in l. generaliter. C. de non numer pecu* & Bald. *in l* 1. *C. ad leg. Falcid.* & Bart. *in l. ſi quis in graui.*§.1.*ff. ad Syllan.*

Quinto fallit etiam quoad interrumpendam præſcri-

ſcriptionem, quæ currebat, vt dicit Bald. *in l.1. in 6.col. C de furt.*

Sexto fallit generaliter, quando creditor quoquo modo ex tali legato ſentiret commodum, vt per Doctores *in d.l.ſi creditori de legat.1.* & eſt textus *in d l.1. §. ex diuerſo. & §. ſi quis rem* & *l.1.§.ſi quis creditori, ad leg. Falcid.* & *l verbis, eod titul.*

Vltimo fallit *a*, quando legatum factum à debitore creditori in dubio videatur factum animo compenſandi, vide Bald. *in l. quoniã in prioribus. C. de inoffic. teſtamen.* & *l.ſi adiecta. C.de hered.actio.* & *l.ſi vxor. C.de bonis authorit. iudic.poſſiden.l. controuerſia. & ibi etiam Angel. ff de tranſactionib.* Bartol. & Doctores *in l. ſi cùm dotem. § ſi pater. ff ſolut.matrim.* & *l 2. §.penul.ff de leg.3.* & Doct. *in l.homini. §. ſi pater, de lega.1.* Bal. *in l. vnic. §. illo. C.de rei vxor.act.* Paul. de Caſt. *in conſ.64.65. & 66.*

ADDITIO.

a Vltimò fallit. *Ad hanc fallent. adde Do. Pet. & Philip. Corn.* in conſil.115.incip. quanquam, per totum. in 4.part. & in conſil.258.incipien. quoad princip. in litera C.

REGVLA CCLXXIX.

LEGATVM rei alienæ regulariter non valet. *l.proprias. C.de legatis.*

Primo fallit, vbicunque talis res poteſt afferre aliquam commoditatem legatario: quia tunc legatum valeret, caſus eſt ſingul. ſecundùm vnam lecturam Cyn. & Docto. *in l.ſi tibi homo. §.1.ff.de legat.1.*

Secundo fallit in re mea, quæ alij debebatur, non ſolùm per actionem ſibi competentem, *vt in l. apud Iulianum in §.ſi Titius, de lega. 1.* ſed etiam per officium iudicis, vt eſt caſus *in l de vnoquoque. §.ſi ex bonis, eod.tit.* not. gloſſ. *in d.l.ſi tibi homo, in §.1. de legat. 1.*

REGV-

REGVLA CCLXXX.

LEGIBVS, non exemplis *a*, iudicandum eſt.*l.nemo.C.de ſentent. & interlocut. omn. iudic. cum ſimilib.*

ADDITIO.

a Exemplis. *Et an, & quando exemplis ſit iudicandum, vide Felin.remiſſiuè* in c.2. princip. de præſumpt.

Primo fallit, niſi ſint exempla publicæ perſonæ, vt eſt Imperator aut Papa, & ita nota.*in c.verum, extrà de iureiuran.* ad hoc facit tex.*in c.cauſis, de re iudi.* & *in c. fin.20.diſtinct. & ibi hoc not.tenet gloſſ.*

Secundo fallit, quando apparerent exempla publica perſonarum plurium: quia plurium perſonarum exemplis iudicandum eſt, non paucorum, vt not.*in c. quoniam, de iureiur.*

Tertio fallit, quando ius non reperitur expreſſum: nam tunc iure deficiente, iudicandum eſt ſecundùm exempla aliorum, ita limitat gloſſ. *in præallegato c. fin. 20.diſtinctio.* quam tene menti.

REGVLA CCLXXXI.

LEX 2.C.de reſcind.vend. an & quando locum non habeat.

Primo locum non habet, vbicunque inſtrumento dicatur, quod quis vendit rem pro tanto, & illud quod valebat, dedit & donauit emptori, ita tenet Bartol.*in l. ſi quis cùm aliter ff de verbo. obliga.* quod habet locum etiam in habente errorem rei, vt not. Barto.*in d.l.2.in 4.colum.* & ſequitur ibi eum Bald.*in l. cùm filius. §.pater, de legat.2.* & idem tenet Ioan. de Imol.*in c. cum contingat, in 35.chart. de iureiuran.* Pet. de Anchar. & Innocen. *in d. c. cùm contingat.* dicunt hoc eſſe verum, quando in inſtrumento diceretur & illud plus quantum-

ſumcunque ſit: quia tunc propter verbum, quantumcunque, non habebit locum remedium. *d.l.2.vt ibi per eos.* & iſtud fuit de mente Guli. *in l. ſi tibi decem. in princip. ff. de pact.* vbi tex. not *in l. fina. §. idem quaſiuit. & ibi Bartol ff de condi. indebi.* & Bald. *in Rubric. C. de contrahen. emptio.*

Secundo locum non habet, vbicunque venditio facta eſſet cum decreto iudicis. *l. 1. C. de prædi. cur. lib.* 10. quam ad hoc ibi ponderat Bart. in verbis, immoderatus venditor & emptor iniuſtus inuenitur. ſed contrarium tenuit Ioan. de Imol. & Ludouic. de Roman. *in d. l. ſi quis cùm aliter.* per text. *in l. 2. C. de fide inſtrumen & iur. haſt. fiſc lib.* 10. vbi propter iniuſtum pretium venditio reſcinditur, & tamen in illo contractu interuenit decretum iudicis requiſitum, vt ibi, iuncta *l. 2. C. ſi propter publ. penſit.* quia aliâs ſequitur, quod rei venditæ per minorem cum decreto, non poſſit peti reſtitutio in integrum. *l. ſi quidem. C. de præd. min.* & *cat.* Adde tamen, quod cùm opin. Bart. concordat Ang. *in conſil.* 148. *incip. tutor vxoris, in fine* & idem tenuit ipſe *in l. pretia rerum ff. ad leg. Falcid.* per text. quem dicit eſſe ſingul. *in d. l.* & idem tenuit Bald. *in l. eadem* & *in d. c. cùm dilectus, de empt. & vendit.* ſed eandem opin. tenuit Bartol. *in l. 1. C. de praſcrip. 30 annor.* ſed vt idem dicit Bartol. fuit defectus circa iniuſtitiam pretij, & ſic reſcinditur: & idem etiam tenuit Imo. *in d. l. pretia rerum.* & Bal. *in repet. d. l. 2. in verbo, ſuper quanta, C. de reſcind. vend.* Abb. *in d. c. cùm cauſam.* vbi pro hoc allegat. *l. magis. §. pen. ff. de verb. obli* & *in c. 1. de reb. Eccleſ. non alien. lib. 6.* & iſta pars de iure videtur verior.

Tertio locum non habet, quando venditio eſſet facta ad publicum incantum. Angel. *in repeti. l. ſciendum, in 6. colum. ff. de verb. oblig.* per text. not. *in l. 1. C. de præd. curiæ. libr.* 10. & idem tenuit *in d. l. pretia* & *in l. 1 C. de praſcrip. 30. annor.* per text. ſingul. *in d. l. 1. C. de præd. curia.* Barto. tenuit contrarium *in l. ſi quos C. de reſcind. vendi.* Ludo. Rom. idem tenuit *in d. l. ſi quis cum aliter.* ſed Angel. *in præalleg. l. pretia.* reſpon-

ſpondet, quod ibi clarè probatum fuit, quod fraus & ambitio interuenerit in ſubhaſtatione, quæ tamen reſponſio violat *d. l. ſi quis cùm aliter*. & ideo teneo opinionem Bartoli.

Quarto locum non habet in adiudicatione inſolidum facta creditori per iudicem, quæ habet vim quaſi tranſactionis, *vt l. à Diuo Pio. §. pignora ff. de re iud.* Bal. *in l. ordo. C. de excep. rei iudica.*

Quinto locum non habet in venditione facta per alium, quàm per dominum, putà per procuratorem: quia tunc non requireretur quod eſſet deceptus in dimidia, ſed ſufficit quod ſit deceptus in ſexta parte totius: vt ſingulariter voluit Bartolus *in l ſocietatem. §. arbitrorum in 6 colum. ff pro ſocio.* iuncta *l. vnde ſi Neruat. eodem titulo.* quod tamen non firmat, ſed contrarium tenuit Ludouic. de Roman. *in d. l. ſi quis cùm aliter.* per *l. ſi voluntate C. de reſcind. vendi.* per quam l. ita tenuit Ioan. de Imo. *in d. c. Quintauallis, in 6. q* & idem tenet Do. Abb. *in 1. artic.* & Imol. *in d l. ſi quis cùm aliter, in fin. ff. de verbor. obligatio.* Abb. *in d. c cùm cauſam.* quia imputari debet domino, qui talem procuratorem elegit, argumen. *l cum mandato §. fina de minorib.* circa quod vide etiam per Bald. *in repetitione d. l. 2. in 4. colum.*

Sexto locum non habet, vbicunque facta eſſet venditio minus quàm ſit dimida iuſti pretij, cum hoc, vt ſi pretium conuentum non ſufficeret, paciſcatur vt ſuppleatur iuſtum pretium, ita tenet Bald. *in c. 1. qualiter, de appella. in prin.* per rationem, de qua ibi per eum.

Septimo locum non habet, quando quis eſſet grauatus à teſtatore de vendendo fundum Sempronio, & vendidit minùs quàm eſſet dimidia iuſti pretij: nam tunc non habebit locum d. regula: quod intellige tamen, vt ibi per Imol. & Bald. *in l ſi fideiuſſori. §. meminiſſe. per illum tex. ff. de legat. 1.*

Octauo locum non habet in contractu tranſactionis, vt tenet gloſſ. in d. c. cùm cauſam. & ibi hoc tenent

Imo.

Imo.Innocen.&Ioan.Andr.& Petr.de Anchar.& Specul.*in tit. de empt & vendi* §. *nunc videndum , verſ. reſtat.* Guli.de Cun.*in l.ex cauſa C. de vſucap. pro empt.* Bal.*in l.ordo.C de execut.rei iudic* &*in l.3.§.1 ff de tranſact. & ibi gloſſ.in verbo.debere.* Bald. *in l. 1. in princip. C.communia de leg* & idem *in l.2.C. de pact.* & eſt text. optimus.*in l.in ſumma,in princip. in verbo,nulla res. & ibi.not ff de condict indebit* ad item text. *in l à diuo Pio. in § pignora ibi,veluti & cat.ff.de re iud.* & *in l. ſi ſuper,* iuncta.*l.2.C. de do.* ſed Bartol. *in d. l. ſi quis cum aliter.* tenet contrarium:dicit tamen, quod haberi debet reſpectus ad æſtimationem dubij euentus , ſuper quo tranſactio eſt facta , & non ad veram æſtimationem rei.& ita intelligit gloſſ.*in d.l Lucius. ff. ad Trebellian.*& idem tenuit Rayn.Bartol.& Angel. & Imol. & Ludoui. de Roman. *in d. l. ſi quis cum aliter.* & Ioann.de Imol.*in d.c. Quintauallis , in 6. chart. de iureiuran,* & Abb.*in d.c. cum cauſam, de emp. & venditio.*

Nono locum non habet in contractu feudi : quia feudum ſapit naturam gratiæ,vt not. Speculat.*in titul. de feudis* §. *nunc videndum verſicul.ſed nunquid.* refert Bald.*in d.l 2 verſic.an habeat locum.*

Decimo locum non habet in contractu emphyteutico,vt dixit Specul.*in d,verſic.§. nunc videndum*, ſed Bald.tenuit contrarium, & bene *in d. l. 2. verſic.ſed nunquid.* & eſt ratio :quia ille contractus empt. ſimilis eſt locationi,*vt in § adeo,Inſti. loc.* in qua conſtat remedium d.l.2. habere locum etiam in omnibus contractibus bonæ fidei, vt ibi per gloſſ. & Doct.

Vndecimo locum non habet , vbi ſuper contractu interueniſſet iuramentum ex certa ſcientia , vt not. Bald.*in l qua ſub conditione §.1.ff.de cond.inſtit.* niſi aduerſarius eum induceret ad iurandum ſuis perſuaſionibus:quia tunc non obſtante iuramento , & tali ſcientia,retractari poteſt venditio quantumcunque iurata, ſicut etiam poſſet retractari , ſi interpoſitum eſt per errorem facti,vt colligitur ex not,in tex. *d. l. 2. verſ. nono quaro*

Digitized by Google

Duodecimò locum non habet, vbicunque quis renunciat beneficio illius l. quia renuncians eſt ſimilis ſcienti. *l. quaritur. §. venditor. ff. de adil. edict.* niſi renunciatio proceſſerit ex renũciantis ſimplicitate vel facilitate. nam tunc non præſumitur ſcientia, ſed error, niſi talis renuncians appareat certificatus de beneficio d. l. ita notab. dicit Bal. *in d. l. 2. verſic. quarto quaro.* ſi autem renunciaret omnibus beneficijs, talis renunciatio non porrigitur ad renunciationem illius l. & de materia vltra prædicta vide Bartol. *in d. l. ſi quis cum aliter.* vbi etiam ponit an remedium d. l. 2. habeat locum in ſtipulatione, in qua quis fuit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij: & communis concluſio eſt, quod ſic. & vide etiam plene per Bald. *in repetitione d. l. 2.* & circa iſtam tranſactionem vide & adde, dato quod ceſſaret remedium d. l. 2. tamen ſi apparet contra me motam eſſe litem, ſuper qua tranſigendo deceptus ſum, tunc tranſactio eſt ipſo iure nulla, textus eſt not. *in l. in ſumma, de condit. indebi.* & prædictis adde, quod remedium d. l. 2. non tantum competit venditori, ſed etiam emptori, vt not. gloſſ. *in pra alleg. l. 2.* & ibi not. tenet Bartol. & Bald. & etiam creditori, cui res eſt obligata, & vendita eſt infra dimidiam iuſti pretij, vt eſt glo. not. *in l. vend. §. 1. ff. de bon. author. iudic. poſſid.* ſecus autem, ſi ipſe creditor illam rem in ſolutum accepiſſet, ſed iudicis authoritate, vt Bald. *in l. 1. C. de execut. rei iudi.* & de materia vide plenè per Cano. *in c. cum cauſam, de empt. & vend.*

REGVLA CCLXXII.

LEX, Barbarius, *de offic. prato.* an & quando locum non habet.

Primo fallit, & locum non habet, ſi Barbarius ſit factus prætor, electione non præcedente, ſecundum Innocent *in c. nihil eſt, in fin. de electio.* & per Bartol. *in l. actuarios. C. de num. & adu. libro* 12.

Secundo debet limitari, quando officium Barbarij fuit publicum authoritate & vtilitate: ſecus ſi authoritate ſit publicum, vtilitate priuatum vt, de tu-

tore dicit Bald. *in concluſ. Specula. in tit. de actore.*

Tertio, quando valerent geſta per Barbatium, tamen quia ipſe non fuit prætor, non deberet habere ſalarium, vt ibi dixit Bart. *in repet.* & Bald. *in l. 2. C. de ſeruit. & aqua.*

Quarto debet limitari, quando inhabilitas, licet ſit facta, tamen non eſt imponenda, vt no. dicit Bal. *in l. 2. de ma. vin.* & *in l. ſi arbiter. C. de ſenten.* Barba. licet eſſet ſeruus, tamen poterat fieri liber. ſed quando foret infamis, quo caſu eſſet inhabilis habitu & actu, non procederet d. l. Barbarius, & de intellectu d. l. vide quæ notat Bal. *in l. teſtium. ff. de teſtam.*

Quinto limitari poteſt, ſi iudex excommunicatus, qui communiter habeatur pro habili, excommunicauerit vel abſoluerit aliquem ab excommunicatione: quia non valet talis ſententia, vt eſt gloſſ. 24. *quæſt. 1. in ſecunda.* Innoc. *in c. ſi vero, de ſent. excommun.*

Sexto fallit, quando illa communis opin. vel tolerantia non eſt probabilis, vt quia quis non fuerit publicè excommunicatus: quia geſta per eum valent, per not. *in c. 1. de poſtulat. prælat.* niſi iam diu fuiſſet excommunicatus, & in loco longinquo, vt per Dom. Anto. *in c. ad probandum, de re iudica.*

Septimo fallit, quando talis ſciebat vitium, vt per Ioan. Andr. *in c. dilectus, el. 2. de præb.* has tres vltimas fallentias ponit An. Barb. *in d. c. dilectus, de præbend.*

REGVLA CCLXXXIII.

LEX pen. C. *de præd. min.* & l. pupillorum. *ff. de reb. eor.* qualiter limitetur.

Primo fallit, vbicunque minor faceret ſuam conditionem meliorem, & dicitur facere ſuam conditionem meliorem, ſi habeat rixoſum vel damnoſum, vt eſt tex. not. *in l. ſi conuenerit. ff. pro ſoc.* & not. Bal. *in l. 1. ſi aduerſ. tranſact.*

Secundo fallit, quando maior dilapidaret bona, vt habetur per Guli. de Cun. *in d. l. pen.* & per Dyn. &

REGVLA CCLXXIII.

LEGARI ædibus affixa regulariter non poſſunt. *l. circa. ff. de leg.* 1.

Primò fallit, vbi aliqua eſſent illicitè ædibus affixa: quia tunc talia legari poſſunt, vt eſt text. *in l. fideicomm. § ſi quis illicitè ff de leg.* 3.

Secundò fallit in rebus affixis, quas remouere poſſumus ſine ædium deſtructione ſeu deformatione, text. eſt ſing. *in l. inuiti.* §. 1. *de leg.* 3. quem text. ad hoc reputat ſingu. Ioan. de Imol. *in d. l. circa.* §. *ſed ſi ea.*

Tertio fallit, niſi leuarentur ea, quæ eſſent affixa paruæ domui. vt eſt text. ſingu. *in l. ſenatus.* §. *Marcell de leg.* 1.

Quarto fallit in caſu *l. Marcell cum ibi not. de don. inter vir & vxorem.*

Quinto fallit, *vt in d. l. circa* §. *ſi quis. de leg.* 1.

REGVLA CCLXXIIII.

LEGATÆ rei dominium à teſtatoris morte recta via in legatarium tranſit, *l. à Titio. ff. de fur. & ibi per Doct. in l. cum pater.* §. *ſurdo. ff. de lega.* 2. & vide gloſſ. & Bartol. *in l. ſi quis ita. ff. de condi. inſti.*

Primo fallit, quando teſtator dixerit: Lego partem bonorum meorum: quoniam in tali legato non tranſit dominium recta via in legatarium, vt vult Bartol. *in l. ſi quis bonorum. ff. de leg.* 1. quem ibi ſequitur Bald. Angel. & Paul. de Caſt. tamen idem Bartol. videtur tenere contrarium *in l. non amplius.* §. *fin. eod. tit.* quem ſequitur ibi Ioann. de Imol. qui conatur repellere primam opinionem.

Secundo fallit in legato tacito: quia non tranſit dominium in legatarium, ſecùs in expreſſo: vt *l. ſeruum filij* §. *fin ff de leg.* 1. ſecundùm Bal *in l ſi à ſocero.* §. *Lucius ff ſolut. matrim.* Ad cuius limitationem vide ibi Ioan. de Imol. Paul. de Caſtr. & Doct. Moder.

Ter-

Tertiò fallit in legato conditionali, *vt l. ſi cui. in principio ff de lega* 1. & *l. ſi quis ita hæreditatem. ff. de condition. inſtit.* & eſt glo. reputata ſingul. *in l. ſi rem. in principi. ff. de rei vendicat.* ponit Iacob. de Aret. *in l. ſi Stichum* §. *ſi decem. ff. de nouationibus.* & *in l. verum. C. commun. de legatis.*

Quartò fallit dicta regula, & limitatur habere locum, quando res per teſtatorem relicta erat teſtatoris, ſecus ſi eſſet hæredis: quia tunc dominium rei legatæ non tranſit in legatarium recta via. tex. eſt melior, quã ſit in iure, *vt in l. ſi quis inquilinos.* §. *cum ſeruum. ff. de leg.* 1. quod no. ad dicta. *in l. ſi hæredis ſeruus. eod. tit.*

REGVLA CCLXXV.

LEGATVM continens alterius vtilitatem, ſi eſt validum producit actionem ex teſtamento. Bart. *in l.* 1. *ff. de legat.* 1.

Amplia, ſiue factum ſit legatum in teſtamento, vel Codicillis: vt per gl. *in l.* 3. *de iure Codicillorum.* & *in l.* 1. *ff. de teſtamentis.*

Amplia etiamſi teſtamentum rumperetur ex cauſa præteritionis vel exhæredationis: quo caſu legata & fideicommiſſa ſuſtinetur. *Authen. ex cauſa. C. de liberis præteritis.* nam etiam tunc competit actio ex teſtamento, per tex. *in l. fin. ff. de hæred. inſt.* & Bart. *in l.* 1. *in* 9. *quæſt. ff. de iure Codicillorum.*

Primò fallit, quando legatum non concernit vtilitatem alicuius, ſed ſolùm honorem teſtatoris: quia agitur officio iudicis, vt per Bartol. *in l.* 1. *de leg.* 1. & per text. *in l. hæreditas. in fin. ff. de petitione hæreditatis.*

Secundo fallit, quando legatum continet vtilitatem non æſtimabilem per pecuniam: vt in grauato emancipare filium, vt probatur *in l. ſi cui legatum. ff. de cond. & demonſt.* & *in l. filiusfa* §. *ſecundum vulgarem. ff de leg.* 1.

Tertio fallit, quando conditio adiecta legato habe-

tur pro impleta de iure ſpeciali: vt in caſu *l. cum ita dantur. ff. de cond. & demon.* quia tunc competit actio in factum, vel officium iudicis: vt tenent Bart. & Imol. *in l. teſtam. la. 2. ff. de cond. & demonſtr.*

Quartò fallit, ſi teſtator voluiſſet, vel per ſtatutum caueretur, quòd legata debeantur hæreditate etiam non adita. ita tenet Bal *in l. 1. fine. C. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen.*

REGVLA CCLXXVI.

LEGATVM per rei legatæ alienationem extinguitur. *l. fideicomm. §. ſi rem. ff. de leg. 2.*

Primò fallit, quando teſtimonium redderetur nullum, vel ſubiaceret querelæ, vt quia eſſet legatum factum filio: nam hoc caſu alienatio voluntaria non extinguit legatum, ſed ſaltẽ debetur æſtimatio. ita not. Doct. *in l. ſancimus. in princ. C. de inoffic. teſtam.*

Secundò fallit, quando alienatio fuiſſet nulla, legatum erat expreſſum, ſecùs ſi erat incluſum ſub generalitate verborum: vt probatur *in l. 3. §. ff. de fin. inſtr.* & ita intelligitur gloſſ. *in l. ſeruum filij. §. idem ſeruus.* & gloſ. *quæ incipit, quòd filius.* & *ibi Paul. de Caſtr.* & vide in ſimili. *l. cum dominus. §. filius. ff. de penu. leg.* Bal. *in in rub. C. de verb. ſign. ad finem.* & vide tex. omninò *in l. pen. §. fin. ff. de auro & arg. leg.*

Tertiò fallit, ſi alienatur res vnde teſtator ſolui deſignauerat, vt eſt *in l. teſtam. de leg. 1.*

Quartò fallit, ſi ſoluit contractum vel conuentionem factam alienando, non autem tradendo ſibi rem, vel pretium recipiendo: quia ſolus contractus non extinguit leg. *l. prædia. de fun. inſtru. ff.* & Bald. *in l. 3. C. de neg. geſtis.*

Quintò fallit, ſi leg. fuit conditionale, ſi res mea erit. caſus eſt *in l. Pomponius. in fine. ff. de auro & argento legat.* & not. per Ludouicum de Roma. *in l. Stichus qui meus erit. ff. de legatis. 1.* & eſt text. *in l. falſa demonſtratio. ff. de condi. & demonſtr.*

Sextò fallit, ſi legetur res vel æſtimatio, vt *in l. Lu-*

cius

tius, de lega. 2 *& ibi gloſſ.* & Bald. *in d. l.* 3. *C. de legatis.*

Septimò fallit in libertate, vt ſi ſeruus cui relicta eſt libertas, alienatur, & à priori patrono redimatur, ita not. Bald. *in d. l.* 3. *D. de legat.* licèt ſecùs ſit in alijs, per textum *in l. cùm ſeruus. ff. de adim. leg.*

Octauo fallit, quando teſtator alienauit titulo oneroſo: quia in dubio videtur alienaſſe ex neceſſitate: ſecùs, ſi in titulo lucratiuo, ita dicit Butri. *in d. l.* 3. *C. de legat.*

Nono fallit, ſi teſtator permittit hæredi, quod alienet rem legatam: nam non videtur reuocari leg. text. eſt *in l.* 10. *in fine. ff. vt leg. nomin. caue.* & Bald. *in d. l.* 3.

Decimo fallit, vt not. Bart. *in l. Iulianus.* §. 2. *de legat.* 1.

Vndecimo fallit, vt per eundem Bartol. in *d. l. apud Iulianum.* §. 2. *de leg.* 1. vbi omnino vide per Bald. duas limitationes ſeu fallentias.

REGVLA CCLXXVII.

LEGATVM in genere ſi minimum vtile ſit, tunc illud minimum debetur, *in l. legato generaliter, de legat.* 1.

Primo fallit *in* §. *quod autem, Authen. de fideiuſſorib.* vbi creditor poteſt eligere rem meliorem debitoris. & hoc eſt, quia cogitur accipere rem pro pecunia.

Secundo fallit in *l. Stichus, de legat.* 3. vbi quando legatur ſeruus cum hoc, quod exerciter artem, tunc debet inſpici ingenium ſerui, ad quam artem eſt magis idoneum.

Tertio fallit *in l. ſi cui. ff. de alim. lega.* quando legata ſunt alimenta, quia debet etiam inſpici conditio perſonæ, cui alimenta ſunt legata.

Quarto fallit, quando datur electio legatario, qui debet eligere medium, vt eſt gl. *cùm poſt* §. *gener. ff. de iure dotium.*

RE-

REGVLA CCLXXVIII.

LEGATVM à debitore creditori factum regulariter non valet. *l.ſi creditori.§.Marcellus.cum l.ſequen. de legat.* 1. & *Inſtitut.de legat.* §. *ex contrario.*

Primo fallit, quando legatum determinatum non fuiſſet durum,ſed ſub aliqua conditione, & ex tali legato ſentiret commodum: quia tunc deberetur purè, vt eſt caſus *in d l.ſi creditor.§. Marcellus. cum l.ſeq.*& *d.* §.*ex contrario.* & *in l.*1.§.*ſi quis in rem,de leg.*3.

Secundo fallit in aliquo caſu valdè notabili, vt quando creditor, cui fuit legatum determinatè, dum peteret illud,detur, in iudicio habuiſſet ſententiam contrà,vel quia probare non potuit, vel alia legitima cauſa: quia tunc incipit valere legatum,ex quo apparet non fuiſſe debitum ex alia cauſa. & ſic à vero debitore,vt legatum peti poteſt,vt eſt caſus in *l. Aurelius.* §.*fi.ff.de liberat. legat.*

Tertio fallit, quando iſtud debitum non fuiſſet legatum:cùm interſit creditoris plures habere debitores,ad hoc,vt magis tutus ſit. caſus eſt in *l.* 3. §.*fin.in fin.de liber. lega.*

Quarto fallit, quia licèt non valeat tale legatum per viam directam, quoad probationem determinati,quia prodeſt creditori talis confeſſio teſtatoris ad probandum ſuum debitum. & ideo tale ſuum commodum ad hoc facit valere legatum: vt not. dicit Bald. *in l.*1.*in* 6.*col.C.de furt.* dicit tamen ibi,quod talis confeſſio teſtatoris non facit plenam nec ſemiplenam probationem,ſed aliqualem præſumptionem, de quo articulo, quantam fidem faciat teſtatoris confeſſio, etiam vide Bart. *in l.cùm quis,* §. *codicillis, de leg.*3. & *in l. generaliter. C. de non numer. pecu.* & Bald. *in l.* 1. *C. ad leg. Falcid.* & Bart. *in l. ſi quis in graui.*§.1.*ff. ad Syllan.*

Quinto fallit etiam quoad interrumpendam præſcri-

ſcriptionem, quæ currebat, vt dicit Bald. *in l.* 1. *in* 6. *col. C de ſurt.*

Sexto fallit generaliter, quando creditor quoquo modo ex tali legato ſentiret commodum, vt per Doctores *in d. l. ſi creditori de legat.* 1. & eſt textus *in d l.* 1. §. *ex diuerſo. & l. ſi quis rem* & *l.* 1. §. *ſi quis creditori, ad leg. Falcid.* & *l verbis, eod titul.*

Vltimo fallit a, quando legatum factum à debitore creditori in dubio videatur factum animo compenſandi, vide Bald. *in l. quoniã in prioribus. C. de inoffic. teſtamen.* & *l. ſi adiecta. C. de hered. actio.* & *l. ſi vxor. C. de bonis authorit. iudic. poſſiden. l. controuerſia. & ibi etiam Angel. ff de tranſactionib.* Bartol. & Doctores *in l. ſi cùm dotem.* § *ſi pater. ff ſolut. matrim.* & *l* 2. §. *penul. ff de leg.* 3. & Doct. *in l. homini.* §. *ſi pater, de lega.* 1. Bal. *in l. vnic.* §. *illo. C. de rei vxor. act.* Paul. de Caſt. *in conſ.* 64. 65. *&* 66.

ADDITIO.

a Vltimò fallit. *Ad hanc fallent. adde Do. Pet. & Philip. Corn.* in conſil. 115. incip. quanquam, per totum. in 4. part. & in conſil. 258. incipien. quo. ad princip. in litera C.

REGVLA CCLXXIX.

LEGATVM rei alienæ regulariter non valet. *l. proprias. C. de legatis.*

Primo fallit, vbicunque talis res poteſt afferre aliquam commoditatem legatario: quia tunc legatum valeret, caſus eſt ſingul. ſecundùm vnam lecturam Cyn. & Docto. *in l. ſi tibi homo.* §. 1. *ff. de legat.* 1.

Secundo fallit in re mea, quæ alij debebatur, non ſolùm per actionem ſibi competentem, *vt in l. apud Iulianum in* §. *ſi Titius, de lega.* 1. ſed etiam per officium iudicis, vt eſt caſus *in l de vnoquoque.* §. *ſi ex bonis, eod. tit.* not. gloſſ. *in d. l. ſi tibi homo, in* §. 1. *de legat.* 1.

REGV-

REGVLA CCLXXX.

LEGIBVS, non exemplis *a*, iudicandum eſt.*l.nemo.C.de ſentent. & interlocut. omn. iudic. cum ſimilib.*

ADDITIO.

a Exemplis. *Et an, & quando exemplis ſit iudicandum, vide* Felin.*remiſſiuè* in c.2. princip. de præſumpt.

Primo fallit, niſi ſint exempla publicæ perſonæ, vt eſt Imperator aut Papa, & ita nota.*in c.verum extrà de iureiuran.* ad hoc facit tex.*in c.cauſis, de re iudi.* & *in c.fin.*20.*diſtinct. & ibi hoc not.tenet gloſſ.*

Secundo fallit, quando apparerent exempla publica perſonarum plurium: quia plurium perſonarum exemplis iudicandum eſt, non paucorum, vt not.*in c.quoniam, de iureiur.*

Tertio fallit, quando ius non reperitur expreſſum: nam tunc iure deficiente, iudicandum eſt ſecundùm exempla aliorum, ita limitat gloſſ. *in præallegato c.fin.* 20.*diſtinctio.* quam tene menti.

REGVLA CCLXXXI.

LEX 2.C.de reſcind.vend. an & quando locum non habeat.

Primo locum non habet, vbicunque inſtrumento dicatur, quod quis vendit rem pro tanto, & illud quod valebat, dedit & donauit emptori. ita tenet Bartol.*in l.ſi quis cùm aliter ff de verbo. obliga.* quod habet locum etiam in habente errorem rei, vt not. Barto.*in d.l.*2.*in* 4.*colum.* & ſequitur ibi eum Bald.*in l.cùm filius.* §.*pater, de legat.*1. & idem tenet Ioan.de Imol.*in c. cum contingat, in* 35.*chart. de iureiuran.* Pet. de Anchar. & Innocen. *in d.c. cùm contingat.* dicunt hoc eſſe verum, quando in inſtrumento diceretur & illud plus quantum-

[illegible]umcunque ſit: quia tunc propter verbum, quantumcunque, non habebit locum remedium. *d.l. 2. vt ibi per eos.* & iſtud fuit de mente Guli. *in l. ſi tibi decem. in princip. ff. de pact.* vbi tex. not *in l. fina. §. idem quaſiuit. & ibi Bartol ff de condi. indebi.* & Bald. *in Rubric. C. de contrahen. emptio.*

Secundo locum non habet, vbicunque venditio facta eſſet cum decreto iudicis. *l. 1. C. de pradi. cur. lib.* 10. quam ad hoc ibi ponderat Bart. in verbis, immoderatus venditor & emptor in iuſtus inuenitur. ſed contrarium tenuit Ioan. de Imol. & Ludouic. de Roman. *in d. l. ſi quis cùm aliter.* per text. *in l. 2. C. de fide inſtrumen & iur. haſt. fiſc lib.* 10. vbi propter iniuſtum pretium venditio reſcinditur, & tamen in illo contractu interuenit decretum iudicis requiſitum, vt ibi, iuncta *l. 2. C. ſi propter publ. penſit.* quia aliâs ſequitur, quod rei venditæ per minorem cum decreto, non poſſit peti reſtitutio in integrum. *l. ſi quidem. C. de præd. min.* & *cat.* Adde tamen, quod cùm opin. Bart. concordat Ang. *in conſil.* 148. *incip. tutor vxoris, in fine* & idem tenuit ipſe *in l. pretia rerum ff. ad leg. Falcid.* per text. quem dicit eſſe ſingul. *in d. l.* & idem tenuit Bald. *in l. eadem.* & *in d. c. cùm dilectus, de empt. & vendit.* ſed eandem opin. tenuit Bartol. *in l. 1. C. de praſcrip.* 30 *annor.* ſed vt idem dicit Bartol. fuit defectus circa iniuſtitiam pretij, & ſic reſcinditur: & idem etiam tenuit Imo. *in d. l pretia rerum.* & Bal. *in repet. d. l. 2. in verbo, ſuper quanta. C. de reſcind. vend.* Abb. *in d. c. cùm cauſam.* vbi pro hoc allegat. *l. magis. §. pen. ff. de verb. obli* & *in c. 1. de reb. Eccleſ. non alien. lib.* 6. & iſta pars de iure videtur verior.

Tertio locum non habet, quando venditio eſſet facta ad publicum incantum. Angel. *in repeti. l. ſciendum, in 6. colum. ff. de verb. oblig.* per text. not. *in l. 1. C de præd. curia. libr.* 10. & idem tenuit *in d. l. pretia.* & *in l. 1 C. de praſcrip. 30. annor.* per text. ſingul. *in d. l. 1. C. de præd. curia.* Barto. tenuit contrarium *in l. ſi quos C. de reſcind. vendi.* Ludo. Rom. idem tenuit *in d. l. ſi quis cum aliter.* ſed Angel. *in præallег. l. pretia.* reſpon-

ſpondet, quod ibi clarè probatum fuit, quod fraus & ambitio interuenerit in ſubhaſtatione, quæ tamen reſponſio violat *d. l. ſi quis cùm aliter*. & ideo teneo opinionem Bartoli.

Quarto locum non habet in adiudicatione inſolidum facta creditori per iudicem, quæ habet vim quaſi tranſactionis, *vt l. à Diuo Pio. §. pignora ff. de re iud.* Bal. *in l. ordo. C. de excep. rei iudica.*

Quinto locum non habet in venditione facta per alium, quàm per dominum, putà per procuratorem: quia tunc non requireretur quod eſſet deceptus in dimidia, ſed ſufficit quod ſit deceptus in ſexta parte totius: vt ſingulariter voluit Bartolus *in l ſocietatem. §. arbitrorum in 6 colum. ff pro ſocio.* iuncta *l. vnde ſi Neruat. eodem titulo.* quod tamen non firmat, ſed contrarium tenuit Ludouic. de Roman. *in d. l. ſi quis cùm aliter.* per *l. ſi voluntate C. de reſcind. vendi.* per quam l. ita tenuit Ioan. de Imo, *in d. c. Quintauallis, in 6. q* & idem tenet Do. Abb. *in 2. artic.* & Imol. *in d. l. ſi quis cùm aliter, in fin. ff. de verbor. obligatio.* Abb. *in d. c cùm cauſam.* quia imputari debet domino, qui talem procuratorem elegit, argumen. *l cum mandato. §. fina de minorib.* circa quod vide etiam per Bald. *in repetitione d. l. 2. in 4. colum.*

Sexto locum non habet, vbicunque facta eſſet venditio minus quàm ſit dimida iuſti pretij, cum hoc, vt ſi pretium conuentum non ſufficeret, paciſcatur vt ſuppleatur iuſtum pretium, ita tenet Bald. *in c. 1. qualiter, de appella. in prin.* per rationem, de qua ibi per eum.

Septimo locum non habet, quando quis eſſet grauatus à teſtatore de vendendo fundum Sempronio, & vendidit minùs quàm eſſet dimidia iuſti pretij: nam tunc non habebit locum d. regula: quod intellige tamen, vt ibi per Imol. & Bald. *in l ſi fideiuſſori. §. meminiſſe. per illum tex. ff. de legat. 1.*

Octauo locum non habet in contractu tranſactionis, vt tenet gloſſ. in d. c. cùm cauſam. & ibi hoc tenent

Imo.

Imo. Innocen. & Ioan. Andr. & Petr. de Anchar. & Specul. *in tit. de empt & vendi §. nunc videndum, verſ. reſtat*. Guli. de Cun. *in l. ex cauſa C. de vſucap. pro empt*. Bal. *in l. ordo. C de execut. rei iudic* & *in L. 3. §. 1. ff. de tranſact. & ibi gloſſ. in verbo. debere*. Bald. *in l. 1. in princip. C. communia de leg* & idem *in l. 1. C. de pact*. & eſt text. optimus *in l. in ſumma, in princip. in verbo, nulla res. & ibi. not ff de condict indebit*. ad item text. *in l. à diuo Pio. in § pignora ibi, veluti & cat. ff. de re iud*. & *in l. ſi ſuper*, iuncta *l. 2. C. de do*. ſed Bartol. *in d. l. ſi quis cum aliter*. tenet contrarium: dicit tamen, quod haberi debet reſpectus ad æſtimationem dubij euentus, ſuper quo tranſactio eſt facta, & non ad veram æſtimationem rei. & ita intelligit gloſſ. *in d. l Lucius. ff. ad Trebellian*. & idem tenuit Rayn. Bartol. & Angel. & Imol. & Ludoui. de Roman. *in d. l. ſi quis cum aliter*. & Ioann. de Imol. *in d. c. Quintauallis, in 6. chart. de iureiuran*. & Abb. *in d. c. cum cauſam, de emp. & venditio*.

Nono locum non habet in contractu feudi: quia feudum ſapit naturam gratiæ, vt not. Speculat. *in titul. de feudis §. nunc videndum verſicul. ſed nunquid*. refert Bald. *in d, l 2 verſic. an habeat locum*.

Decimo locum non habet in contractu emphyteutico, vt dixit Specul *in d. verſic. §. nunc videndum*, ſed Bald. tenuit contrarium, & bene *in d. l. 2. verſic. ſed nunquid*. & eſt ratio: quia ille contractus empt. ſimilis eſt locationi, *vt in § adeo, Inſti. loc.* in qua conſtat remedium d. l. 2. habere locum etiam in omnibus contractibus bonæ fidei, vt ibi per gloſſ. & Doct.

Vndecimo locum non habet, vbi ſuper contractu interueniſſet iuramentum ex certa ſcientia, vt not. Bald. *in l. quæ ſub conditione §. 1. ff. de cond. inſtit*. niſi aduerſarius eum induceret ad iurandum ſuis perſuaſionibus: quia tunc non obſtante iuramento, & tali ſcientia, retractari poteſt venditio quantumcunque iurata, ſicut etiam poſſet retractari, ſi interpoſitum eſt per errorem facti, vt colligitur ex not. in tex. *d. l. 2. verſ. nono quaro*

tore dicit Bald. *in concluſ. Specula. in tit. de actore.*

Tertio, quando valerent geſta per Barbarium, tamen quia ipſe non fuit prætor, non deberet habere ſalarium, vt ibi dixit Bart. *in repet.* & Bald. *in l. 2. C. de ſeruit. & aqua.*

Quarto debet limitari, quando inhabilitas, licet ſit facta, tamen non eſt imponenda, vt no. dicit Bal. *in l. 2. de ma. vin.* & *in l. ſi arbiter. C. de ſenten.* Barba. licet eſſet ſeruus, tamen poterat fieri liber. ſed quando foret infamis, quo caſu eſſet inhabilis habitu & actu, non procederet d. l. Barbarius. & de intellectu d. l. vide quæ notat Bal. *in l. teſtium. ff. de teſtam.*

Quinto limitari poteſt, ſi iudex excommunicatus, qui communiter habeatur pro habili, excommunicauerit vel abſoluerit aliquem ab excommunicatione: quia non valet talis ſententia, vt eſt gloſſ. 24. *quæſt. 1. in ſecunda.* Innoc. *in c. ſi vero, de ſent. excommun.*

Sexto fallit, quando illa communis opin. vel tolerantia non eſt probabilis, vt quia quis non fuerit publicè excommunicatus: quia geſta per eum valent, per not. *in c. 1. de poſtulat. prælat.* niſi iam diu fuiſſet excommunicatus, & in loco longinquo, vt per Dom. Anto. *in c. ad probandum. de re iudica.*

Septimo fallit, quando talis ſciebat vitium, vt per Ioan. Andr. *in c. dilectus, el. 2. de præb.* has tres vltimas fallentias ponit An. Barb. *in d. c. dilectus. de præbend.*

REGVLA CCLXXXIII.

LEX pen. C. *de præd. min.* & l. pupillorum. *ff. de reb. eor.* qualiter limitetur.

Primo fallit, vbicunque minor faceret ſuam conditionem meliorem, & dicitur facere ſuam conditionem meliorem, ſi habeat rixoſum vel damnoſum, vt eſt tex. not. *in l. ſi conuenerit. ff. pro ſoc.* & not. Bal. *in l. 1. ſi aduerſ. tranſact.*

Secundo fallit, quando maior dilapidaret bona, vt habetur per Guli. de Cun. *in d. l. pen.* & per Dyn. & Docto.

Digitized by Google

Docto. *in l. inter pupil. ff. de author. tutor.* adde tamen, quod vna Eccleſia poteſt aliam ad diuiſionem prouocare, vt not. *in c. ex literis, de probat.* glo. *in d. l. iubemus.* & quod ſuprà dictum eſt, quod minor poteſt maiorem ad diuiſionem prouocare a: limita hoc eſſe verum, niſi minori eſſet bonis interdictum: quia tunc non poterit ad diuiſionem prouocare, vt *in l. ex Caſtrenſi, in princip. de Caſtrenſi pecul.* qui text. deputatur à Doctoribus ſingularis.

ADDITIO.

a Prouocare. *Vide Baldum* in d. l. ſi conuenerit. ff. pro ſocio *& Franciſc. Aretin.* in d. l. 1. ſi aduerſ. tranſ.

REGVLA CCLXXXIIII.

LEX generaliter loquens generaliter intelligi debet, *l. de pretio. ff. de publi.* & Lud. de Roma. *in l. ſi vero. §. de viro. ſolut. matrim.*

Primo fallit, quando eſt facta in ſuitate, quia intelligitur, ſi hæres non erit, quia non poteſt, vt eſt gloſſ. valde not. *in l. Gallus. §. quidam recte. de liber. & poſthum.* ratione dignæ perſonæ. *l. ſi con. §. ſi arbitr. ff. de arbitr. l. 1. C. de ſentent. ex breuic. recit.* & *l. ſed. & reprobari. § amplius. ff. de exc. tutor.* facit ad hoc l. & not. ſingularitatis ſecundum aliquos. & *l. ad beſtias. ff de pœnis.* pro quo vide Dom. Laurent. de Palazo. *in quorum. ff. de pignor. in 2. chart. in repet. ſua.* & omnino vide, & ibi ſigna per me.

Secundo fallit propter vtilitatem perſonæ: nam licet mulier non poſſit carcerari, vt *in l. 1. & in Authent. ibi poſita. C. de offi. ciui. iudi.* tamen mulier vilis poterit, ſecundum Bald. *in l. conſentaneum. C. quomo. & quando iudex* quod limita vbi eſſet maritata, quia tunc etiam vilis habet priuilegium, ſecundum Ioan. Andre. *in addit. Specula. in tit. de iniu. & de dam. dato. in princip.* fallit tamen regula *in d. l. 1. in Authent. ibi poſita* in tribus

bus

bus caſibus, qui habentur per Barto. ſaltem duo *in l. ſi quis ita. de teſtam. tutel.* videlicet, quando eſſet meretrix. item, quando mulier conuincerentur ex adminiſtratione tutel. vt ibidem.

Tertio fallit propter modicitatem rei: nam licet ex forma ſtatuti puniatur ille, qui extraxit ſanguinem alicui, non puniretur ille, qui extraxit guttam tantum, Bald. *in l. 1. §. item ſecundum. ff. de ædil. edict.* pro hoc facit vna gloſſa ſingul. 15. *quæſtio. 2. c. non licet.* quæ docet, quòd licèt regulariter licitum ſit Aduocato ſeu Doctori conſulenti petere ſalarium, tamen hoc non habebit locum in eo, qui pauciſſimo labore, & ſine chartarum reuolutione laborauit conſulendo vel aduocando. illam tamen gloſſ. reprobat Ioan. Andr. *in addi. Spec. in tit. de ſalario Aduo §. ſequitur. circa princip.* eo, quia debet remunerari labor præteritus, propter quem de præſenti ſiue chartarum reuolutione poteſt, aliâs eſſent deterioris conditionis periti, quam ignorantes. & intell. dictum Ioan. Andr. quando propter laborem præteritum in puncto conſuluit: ſi autem conſuluiſſet ſine reuolutione chartarum, quia caſus erat clarus, quem omnes ſciunt, vt purà, ſi aliquis eſſet interrogatus de caſu § *gallinarum. Inſtit. de rerũ diuiſ.* tunc locum habeat gloſ. ſupra alleg. & ita ſoluunt Docto. illam gloſſ.

Quarto fallit: nam ratione dignitatis quis non poteſt citari, niſi in ſcriptis: licet aliquis alius poſſet ſine ſcript. text. eſt *in l. quoties. C. de dignit. libro* 12.

Quinto fallit: nam licet regulariter tantum illi, qui ſunt ſufficientes, debeant promoueri ad Doctoratum, vt *l. meminerint. C. de Aduoc. diuer. iu.* fallit, niſi quis fuerit præſtantis ingenij, qui licet non ſtuduerit legitimo tempore, tamen eſt ſpes futuræ ſcientiæ, ſecundum Innocent. *c. cum iuſſionis, de electio.* facit text. iuncta gloſſ. *l. 1. C. quibus & aduerſ. quos.* vbi ſi minor 25. annor. eſt præſtan. ingenij, & diligens paterfamil. ita quod non fuerit veriſimile per ætatem eſſet læſum, non reſtituitur.

Sexto fallit ratione pacis: nam ratione futuræ pacis, matrimonium contrahi poteſt inter eos, inter quos regulariter propter ætatem eſſe non poteſt, vt not. *in c.*1.*de deſponſ. impuber. lib.* 6. ego addo ad hoc dictum Ioan. Andr. *in regul. actus legitimi, de regul. iur. in* 6. vbi dicit, quod ratione futuræ pacis Papa poteſt diſpenſare cum monacho & moniali, vt virum vel vxorem accipiat.

Septimo fallit ratione futuri periculi, vt *l. ſi quis officium.* §. *ſi. ff. de ritu nupt.* nam ratione futuri periculi licitum eſt officiali maritare filiam ſuam in loco cui præeſt, licet aliquis ciuis non poſſet vxorem deducere.

Octauo fallit ratione promotionis & dignitatis, vt per Salic. *in l.*1. *vt dignior. ſeruet.* & ideo ſolet dubitari, an Doctorati per Imperatorem debeant præferri Doctoribus creatis per Collegia. & eſt dicendum, quod aut Imperator creauit ipſum Doctorem cum examine rigoroſo, & tunc præfertur, alias non. ita dicit Paul. de Caſtr. *in l. quoties. C. vbi de crim. agi opor.*

Nonò fallit ratione publicæ vtilitatis, vt *l. portio. C. de offi. rect. prouin.*

Fallit 10. ratione loci, vt *in c. licet. de pœn. & remiſſ.* vt in Mediolanenſibus, qui faciunt regulam hebdomadarum.

Fallit 11. ratione ſterilitatis, vt *in l.*2. *C. de agr. & cenſib. lib.*11. & ibi per Barto. nam licet quis conducat aliquam poſſeſſionem, & promittat eam colere per quadriennium, & eam non deſerere, ſi superuenit magna ſterilitas, eam tenetur colere. vt ibi probatur.

Fallit 12 ratione nimiæ auſteritatis & crudelitatis: nam licet dominus poſſit ſeruum ſuum impunè verberare, vt *Inſtit. de iure perſon.* tamen ſi nimium ipſum crudeliter verberat, tenebitur, vt *Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.* §. *fin.* & *l.*1. *ff. eodem titul.*

Fallit 13. ratione Ciuitatis: nam ſi ſunt in rotulo duo Doctores, vnus aduena, & alius ciuis, cæteris paribus, non erit locus gratificationi, licet aliquis alius eſſet, ſed

Digitized by Google

ſed ciuis præfertur, vt *l. Eccleſias*, *C. de Epiſcop. & cler.*

Fallit 14. ratione hoſtilitatis, vt *l. minime, de religioſis. ff.* nam licet filio patrem offendere impune, ſi eſt hoſtis patriæ: licet alias ſecus.

Decimoquinto fallit ratione coniunctionis ſanguinis, *vt l. 1. & 2. ff. de recept.* nam coniunctus ſanguine celans maleficium non punitur ita, ſicut puniretur alius, qui non eſſet coniunctus *l. 2. ff. de cenſ.*

Decimoſexto fallit ratione coniunctionis hinc inde, vt *l. non ſolum. §. de vno. ff. de ritu nuptiar.* nam licet frater non poſſet cogi deponere contra fratrem, *vt l. Iulia. ff. de teſtib.* hoc verum, niſi deponere pro alio fratre contra fratrem, per illum textum.

Fallit 17. ratione æquitatis: nam licet quis per formam ſtatuti non poſſit legere per ſubſtitutum, hoc verum, niſi ſubſtitutus eſſet æqualis ſcientiæ, vt not. Bal. *in l. abolenda, de Epiſc. & cler.*

Fallit 18. ratione ſubrogationis: nam licèt rector non poſſit facere aliquid in vniuerſitate, niſi adſit maior pars conſiliariorum, hoc verum, niſi eſſent alij ſubrogati ſufficiẽtes. ita voluit Bal. *in l. 1. C. quando non pet.*

Fallit 19. ratione magnæ meliorationis, vt *in to. tit. ff. & C. locati.* & per Bartol. *in l. qui tenet. C. de omni agro deſer. lib.* 10.

Fallit 20. ratione metus, vt *in Clemen. 1. de for. compet.* nam ratione metus quis poteſt exercere iuriſdictionem extra territorium: licet regulariter ſecus, vt *l. fin. ff. de iuriſd. om. iudi.*

Fallit 21. ratione conceſſionis: nam Princeps reuocando priuilegia conceſſa ciuibus alicuius Ciuitatis, non videtur in dubio reuocare priuilegia clauſa in corpore ſtatutorum, per gloſſam *in Authent. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport.* & *l. hæres abſens. ff. de iudic.* & *l. 2. §. 1. eodem titul.*

Fallit 22. ſi priuilegium conceſſum per Principem, tranſit in contractum: nam tunc non poterit illud re-

 uocare,

Digitized by Google

uocare, licet alias poſſet. Bald. *in d. l. ambitioſa. de decre. ab ord. fac.* & *in l. qui ſe patris C. vnde liberi.*

Fallit 23. ratione paupertatis: nam iudex qui habet multas cauſas, primo debet expedire cauſā pauperis, gloſſ. eſt. 1. *q.* 1 *c. primis.* & *in l. non obſtante, de iure fiſci.*

Fallit 24. ratione futuri ſcandali, vt *in c. quam citò, de conſuet.* nam licet ſubditi debeāt obedire ſuperiori, hoc verum, niſi ſequeretur ſcandalum. & ideo tunc debet reſcribere ſuperiori, ſi timet de ſcandalo, vt *in c. ſi quando, de reſcrip.*

Fallit 25. ratione perſonæ. §. *iſta frater. ff. de pen. leg.* vbi eſt iſte caſus.

Fallit 26. ratione amicitiæ, vt eſt gloſſ. *in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regul. iur.* nam ſi aliquis legat centum ratione amicitiæ, cognoſcetur nunquid de maiori vel minori ſumma legauerit, facit *l. ſed & hæc. ff de procurat.* & *in l. exigendi, eodem titul.* vbi vnus amicus poteſt admitti ſine mandato pro amico. *l. inter amicos, de verborum ſignificat.*

Fallit 27. ratione abſentię paternæ, vt *l. ſi longiùs. §. filiusfam. ff. de iudic.* nam ratione abſentiæ paternæ filius admittitur ad agendum, qui alias non admitteretur.

Fallit 28. ratione affectionis paternæ, vt *l. qui officij, de contrah. empt.* nam ille, qui præeſt venditioni, poteſt emere, etiam filius in poteſtate, licet alias non poſſet. *l. ſi. in emptione. ff. de min.*

Fallit 29. ratione ſi finiatur cauſa: nam licet ex forma ſtatuti vxores bannitorum debeant expelli de ciuitate, non debent expelli, ſi vxores remanſerunt viduæ, ſecundum Bart. *in l. Titia. §. vſuras. de leg.* 2.

Fallit 30. ratione famæ: nam licet regulariter ille, qui doctoratur, debeat examinari, fallit, ſi eſt aliquis bonæ famæ, qui publicè viſus eſt legere, & conferre, vel facere alia, ita quod ex fama ſit doctus: nam iſte poterit ſine alia examinatione licite doctorari, ſecundum Ioan. Andr. *in c. conſtituti. el.* 2. *extra, de appel.*

ADDI.

ADDITIO.

a Doctorari. *Adde idem tenentem Fel.* in clem. circa finem. 2. col. de iud.

Fallit 31. ratione geminationis: nam licet confeſſio facta per principem bonorum alicuius banniti non valeat: vt *l. 1. C. de petit. bonor. ſub libro.* 11. fallit, niſi geminauerit ſuam confeſſionem, vt eſt text. in *l. nec damno. C. de precib. imper. offerend.* ſicut & alias dicimus in ſimili *in l. ſi. quando de reſcript.* item licet confeſſio facta abſente parte non probet *l. certum, §. ſi quis abſente. de confeſ.* fallit, niſi emanauit geminata confeſſio, nam talis probabit ſecundum Barto. *in l. cum ſcimus. de agric. & cenſit. libr.* 11. fallit, vt *in l. 1. in fine. de conſt. pecu. & in l. antiquis. C. ad Velleia.*

Fallit 32. ratione magnæ iniquitatis. nam licet ex forma ſtatuti contra ſententiam non poſſit opponi exceptio, fallit, niſi opponatur exceptio euidentis iniquitatis, ſecundum Ioann. Andræam *in additio. Specul. in tit. de ſentent. §. vt autem.* & facit quod not. Old. *in conſ.* 18. & Bald. *in l. 1. C. ne liceat tertio prouoc.* nam quando latæ ſunt tres ſententiæ conformes, licet non poſſit regulariter opponi exceptio, poterit opponi exceptio nullitatis vel iniquitatis euidentis, vel etiam exceptio non rectæ formatæ inquiſitionis, ſecundum Franciſcum de Capil. *in l. licet. C. de procuratoribus.*

Fallit 33. ratione præiudicij: nam ſi princeps promiſit ſeruare ſtatuta, non promiſiſſe intelligitur de illis, per quæ generatur ſibi præiudicium: vt *in c. ſi gratioſe. de reſcriptis.* & Cyn. *in l. cum oportet. de bonis quæ liberis.*

Fallit 34. ratione perſeuerantiæ: vt *l. ſi. ff. de exceptio.* nam priuilegium, quod datur aliquibus, qui ſunt in aliqua arte, non intelligitur datũ illis, qui deſciuerunt de illla arte: pro hoc facit quod notat Bald. *in Auth. habi.*

Digitized by Google

habi.C.ne fil propa. vbi voluit quod ſcholaris, qui non intrat, ſed vadit vagabundus, non poſſit dare vocem. pro hoc facit gl. *in l. antea §. ſi quis ff. de acqui. poſſ.* nam aliud eſt eſſe in ſtudio, & aliud ſtudere: pro hoc etiam vide gl. *in l. vnicuique C. de ſacr. ſanct. eccleſ.* & 3. *q. 2 c. gloria epiſcopi.* quæ voluit quod ad probandum quem peritum non ſufficit allegare quod diu ſtuduit, ſed bene ſtuduit: facit gl. not. *in c. literis de in integ reſtitu.*

Fallit 35. ratione affectionis paternæ. nam ſi auus diligat nepotes & eos tractat vt filios, continebuntur filij appellatione: *vt l. alimenta. de alimen. & cib. leg.*

Fallit 36. ratione affectionis. nam licet tres tutelæ procurare poſſint excuſationem, vt *l. tria onera. de excuſ. tut.* hoc verum niſi fuerit affectata. *l. ſpadonem. in prin ff de excu. tut.*

Fallit 37. ratione neceſſitatis officij. nam licet ex forma ſtatuti debeatur præmium capienti bannitum, non tamen debetur capienti officiali poteſtatis. ſecundum Barto. *in l ſi quis. maior. in §. vtrum. ff. ad Syllan.*

Fallit 38. ratione reprobationis. nam nunquam quis poterit petere officium, à quo fuit expulſus tanquam indignus, vt *c. nullus. de pact. lib 6.*

Fallit 39. ratione neceſſitatis propriæ perſonæ: nam licet ex forma ſtatuti omnes lapides qui extrahuntur ex lapidicinis padi debeant vendi communitati: tamen quis non tenetur vendere illos quos extrahit pro ſua neceſſitate. *l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædiorum.*

Fallit 40. quando eſſet periculum in mora. nam poteſt capi debitor nullo iuris ordine ſeruato, ſecundum Bald. *in l. conſentaneum. C quomodo & quando iudex*, & per Bartol. *in l. fi. C. de ferijs.* iuncta alia glo. *Inſt. de act. in princip. in verbo, iudicio.*

Quadrageſimo primo fallit ratione abſentiæ iudicis. nam ſi aliquis non habeat copiam iudicis poterit in eius abſentia appellare, quamuis alias non poſſit: vt no-

vt notatur *in l. ſecunda.* § *biduum. C. quando app. ſit.* facit quod nota. *in c. ex ſuſcepto. extra, de foro compe.* & quod no. Bald. *in c. 1. de vaſal.*

Fallit 42. ratione ſimulationis. nam ſtatutum puniens mulieres portantes monialia, ſiue per las, non obligauit eam, quæ portat monile contra factum, vel per las ſimulatas, ſecundum Bartol. *in l. 1. ff. de fonte.*

Fallit 43. ratione viduitatis. nam vnum verbum vel vna oratio recipit interpretationem ratione clauſulæ, vel orationis præcedentis vel ſequentis, ſecund. Bart. *in l. qui filiabus. de leg.* & gl. ord. *in l. ſi ſeruus plurium. eod tit.*

Fallit 44. ratione infirmitatis. nam legatus, qui finita legatione rediens domum moratur infirmus in aliquo loco habet priuilegium, quamuis ſi moreretur non haberet *vt l. ſi cui.* § *tamen dominus ff. ex quib. cau. maiores.*

Fallit 45. ratione impedimenti. nam licet caupo, poſtquam appoſuerit ſignum in caupona, teneatur omnes hoſpitari: tamen non tenebitur ſi habet multos in domo, adeo quod non poſſit omnibus ſufficere, vel locus eſſet incapax. & hoc probatur *in l. facti aduerſi. ff. natura caupo. ſtab.* & idem notatur in iudice: vt per Bart. *in l. munere ff. de mune. & hono.*

Fallit 46. ratione immunitatis criminis. nam ratione immunitatis criminis poteſt pœna alterari ſecundum Innocen. *in c. 1. extra, de conſtit.* quem refert & ſequitur Bald. *in Auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi.* & intellige quod poterit alterari per principem, non autem per minorem à principe: vt *l. diuus. de fal.*

Fallit 47. ratione magnæ contumaciæ. nam poterit prætor ratione magnæ contumaciæ mittere aliquem in poſſeſſionem ex primo decreto. & quod non admittat dominum in poſſeſſione: ſed regulariter ſecus, vt *l. 4.* § *duas. in verbo, deceditur. ff. de damn. infec.* eodem modo poterit iudex denegare audientiam. *l. ſed & ſi per pratorem.* § *ſed ſi decreto. ff. ex quib. cau. maio.*

Fallit

nam probationem, ſecus quò ad aliqualem præſumptionem, hoc tamen limita ſecundum Bartol. *in l. admonendi. ff de iureiur. in* 10. *colum.* ſi teſtes ſunt mortui, ſecus ſi eſſent viui, & pars vellet quod examinarentur de nouo. nam tunc nullam faciunt præſumptionem, ſecundum Bart. ibid.

REGVLA CCLXXXV.

Lex abrogata regulariter allegari, nec ex ea argui poteſt, text. eſt not. & ibi Bart. & Doct. *in l. fin. ff. de fur.* & per Archid. *in c. frequens. de reſtitu. ſpol. in* 6. & per Canon. *in c. nouit. extra, de iudic.*

Primo fallit, quando allegatur ad hoc, vt habeatur notitia de ea: vt nihil antiquitatis ignoretur. vt voluit gl. *in d. c. nouit.*

Secundo fallit, quando allegaretur ad finem oſtendendi effectum concedentis eam: vt glo. *in d. c. nouit.* & not. 11. *q.* 1. *qui tenet.*

Tertio fallit, quando eius ratio durat: quia tunc allegari poteſt: vt eſt gloſſ. *in d. c. nouit.* & not. *in d. c. qui tenet.* & Dom. Anto. & Innoc. *in c.* 1 *extra de conſtit.*

Quarto fallit vltra gl. ſi allegaretur per principem, cum per eum allegari poſſit. & extat arg. C. *de conſtit. pecu. l.* 2. §. *pen.*

Quinto fallit, quando ipſa lex tranſiuiſſet in priuilegium conceſſum eccleſiæ, vt not. per text. *in d. c nouit. extra, de iud.* & ibi per Innocent. pro quo facit *d. c. cum ſuis concor.* ſecundum Ioan. Andræ. qui hoc tenet: imò videtur velle ex eorum nota. ſingulariter, ſecundum Do. Flor. & dom. Anto. quod vbi lex vel ſtatutum tranſit in priuilegium non ſubditi, reuocari nõ poteſt, niſi per condemnationem. & hoc etiam voluit Arch. *in d. c. qui tenet,* 11. *quæſti.* 1. idẽ ſi tranſit in contractum cum non ſubdito. *l. qui ſemel. cum ibi not. per Bartol. ff. de decret. ab. ordin. fac. l. omnes populi. ff. de iu-*

uiſio hominis benè poteſt tolli per legem: vt tradit notabiliter Vitalis de Camba *in tractat. clauſarum in clauſula.* 103. *chart.* 3. ſecundum primam impreſſionem.

REGVLA CCLXXXVII.

LIBELLVS ſine concluſione regulariter non procedit, neque valet: vt not. *in l. edita. C. de eden.* & *in c. examinata. de iud.*

Primo fallit in iuribus realibus, quia etiam libellus inhabilis toleratur ſine concluſione. ita dicit Innocēt. *in c.* 1. *de lit. conteſt.* & *in c. in eum. de ſepul.* Bald. *in l. vſusfruct. in princ. de vſufruct. in apoſtil.* & adde 1 *q.* 4 *præſulatus.*

Secundo fallit, quia ſine concluſione libellus procedit coram Papa, & fortè etiam coram alio, ſi concluſio ſit vniformis, & reſponſio colligi poſſit: arg. *ff. de auto. tut. l.* 1. & not. 1. *quæſt.* 4. *præſulatus.* & vide ad hoc Innoc. *in c.* 1. *de lit. conteſt.*

Tertio fallit in libello criminali. caſus eſt *in c. licèt. de ſimo.* & vide Bart. *in l. libellorum. in fin. prin. de accuſ.*

Quarto fallit ſi libellus formetur hoc modo, conqueror, quod Titius alienauit bona ſua in fraudem meam. quia iſta verba ſatius concludunt, vt not. *in l. omnes. §. Luci. ff. de his, quæ in frau. cre* & idem ſi quis dicat. Conqueror de Mar. cui mutuaui 10. quæ reddere recuſat, allegatur ad hoc *l. Paulus reſpondit. §. Lucius, ff. quæ in fraud. credi.*

Quinto fallit in poſſeſſorio. 1. *quæſtion.* 4. *quia præſumitur,* Innoc. *in c.* 1. *de lit. conteſt.* & *in c. dilectus. de ord. cog.* & vide Ant. *in d. c. ex liter. in* 3. *col. in princip.* vbi dicit, tutius tamen eſſe quod ponatur deſpoliatio. & per eundem *in c. cauſam. de cau. poſſ.* & pro Bald. *in l. edita. C de edendo* vbi ponit deſpolia. agentis poſſeſſorio recuperandæ:

Sexto fallit in his, in quibus iudex poteſt ſupplere ex officio ſuo: quia tunc non requiritur concluſio, ita Bart

Bart. *in l.1. ſi ergo. §. pœna grauior. ff. de his. qui no. infam.*

Septimo fallit, ſi ſic generaliter concludatur, Peto mihi iuſtitiam miniſtrari. & omnes prædictas limitationes ponit Anto. de Butr. *in c. examinata. in* 10. *col. extra, de iudic.* vbi ponit plures concluſiones, circa materiam concluſionis libelli.

REGVLA CCLXXXVIII.

LEBELLVS ad hoc, vt lis conteſtari poſſit petitionem ſeu concluſionem continere debet, alias recipiendus non eſt: cum ſententia ſine petitione dici non poſſit. *l. vt fundus. ff. comm. diui.* & *extra, de ſimo. c. licet. el.* 1. pro quo vide etiam, quod voluit Innoc. *in c.* 1. *extra, de litis conteſt.* vbi etiam per gl. & Doct.

Primo fallit, & non tenet hæc regula, quando factum proponeretur corã Papa: cum tunc ſufficiat ipſa facti narratio & reſponſio rei ad ipſam litem inducendam. *extra de inſtitu. c. cum veniſſent.* ſupplet enim princeps eius omnem ſolemnitatem. *extra, de tranſ. c.* 1. ſecundum Innocen. *in d. c.* 1 & hoc tenet Gu. de Cu. ſecundum Ioan. Andr. ibidem.

Secundo fallit, quando agitur de electione ſeu poſtulatione eccleſiarum, ſecundum Hoſt. *in d. c.* 1. §. *certum.* in his enim hodie procedi poteſt ſine lit. conte. *vt in cle. ſæpe, de verb. ſig.*

Tertio fallit, quando agitur de ſpiritualibus inter religioſos *extra de iud. c. dilect.* ſecundum Hoſt. *in d. c.* 1. *de lit. conteſt.* & de his plenè dicendum eſt, vt *in c.* 1. *extra de tranſact.*

Quarto fallit ſecundum quoſdam, quando agitur poſſeſſorio: cum tunc admittatur talis libellus, conqueror de tali, qui me ſpoliauit, abſque alia petitione: prout not. gloſſ. 3. *quæſt.* 4. *præſulatur.* per illum tex. *& 2. quæſti. 1. non tamen. extra, de cauſa poſſeſ. & propriè.*

ſed

ſed non eſt verum, cum in poſſeſſorio requiratur lit. conteſt. *cap.1. & 2. de lit. conteſt. non extrà, de offic. deleg c. conſultationibus.* vt in alijs non procedat talis libellus: vt not. Innocen. *in c. noſtra extrà, de ſep.* & etiam tenent Domin. de Rota *deciſione* 311. ſecundùm Anton. *in d. c. 1. extrà, de lit conteſt.* Nec obſtant in contrarium inducta, cum conſtet, quòd exceptio ibi facta fuit. Et hoc voluit Hoſt. *in d. c. 1.* & Ni. *in d. c.* ſecundum quem. credi poterit, quod dicta iura loquantur, quando factum fuit propoſitum coram Papa.

ADDITIO.

a Quartò fallit. *Pro qua fallen. vide d. Pet. Philip. Corn.* in conſ. 429. oſtenſo per totum. in 1. parte.

Quinto fallit in ſummarijs, in quibus poteſt procedi ſine ſtrepitu & figura iudicij, prout voluit Bart. *in extrauag. ad repri. in verbo, ſine figura.* ſed certè in his requiritur, quod ſaltem apud acta appareat talis petitio, vt patet ex nota. *in d. clem. ſapè, de verb. ſig.*

Sexto fallit in caſibus, in quibus iudex procedere poteſt ex officio: cum in eis ſufficiat ſola narratio ſine concluſione ſiue petitione: vt not. Ioan. de Lig. *extrà, de reſtitu. ſpol c. 1.* dicens, ſic intellige *c. qui præſulatus.* ſecundùm dom. Anton. *in d. 1.* de quo pleniùs *extrà, de iudici. c. examinata,* & per domi. Nico. *in d. c. 1.* qui dicit idem eſſe eadem ratione, in quibus exuberat officium iudicis, vt in eis ſufficiat ſola narratio, abſque concluſione. ad hoc quod not. Innocent. *extrà, de iureiurand. c. ad noſtram el. 2.* & quod not. *in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infe.* Et pleniùs *in d. c.* per eundem Hoſtienſ. qui ponit de generali concluſione libelli. Et quando concluſio eſt latior, quàm narratio vel econtra, vide *extrà, de liber. obla c. 1.* & *extra de ord. cogni. c. cùm dilectus.*

REGVLA CCLXXXIX.

LIBELLVS in qualibet cauſa offerendus eſt,

 nec

nec etiam ſi à parte non petatur, admitti poteſt: cum de iudicij ſubſtantia tam de iure ciuili, quàm de iure Canonico requiratur, vt *in c. 1. & ibi per Doctor. extrà, de lib. obla.* & facit *5. quæſt. 1. ca. 1.*

Primò fallit quando proceditur per viam inquiſitionis: cum in ipſa inquiſitione, quæ procedit ex mero officio iudicis dari non poſſit: cum non ſit qui offerat, ſed loco eius danda ſunt capitula, ſuper quibus inquirendi ſunt. *extrà, de ac. c. qualiter §. debet.* ſecundùm Hoſt. & Io. And. & do. Anto. *in d. c. 1. de lib. ob.* ſecundùm Imol. *in titu. de inquiſitio.* erit offerendus, ſi petatur, & tempus ad deliberandum debet eidem dari. *l. 2. ff. de requi. reis.* & *in Authent. offeratur. C. de lit. conteſt.* & ſecundum Bald. *in d. c. 1.* & hoc quando proceditur ad inquiſitionem ex mero officio & neutro præſente: aliàs ſi procedatur ad eam aliquo præſente, eo ſcilicet qui eam impetrauit, tunc erit dandus, cum requiratur lit. conteſt. prout eſt tex. *in d. c. 1.* & *c. cùm dilectus. extrà, de priui.* vbi de hoc. & *extrà, de re iudic. c. 3. cum L.* & *extrà, vt lit. non conte. c. quoniam. §. ſunt.* & alij, ſecundum dom. Nic. *in d. c. 1. de lib. obla.*

Secundò fallit in cauſa, quæ celeritatem deſiderat: vt in cauſa dam. infe. ſecundùm Doct. *in d. c. 1.* quòd procedit, quãdo iudex hoc arbitraretur arbitratu ſuo: ſed an in hoc requiratur libellus vel non, no. *in l. 4. § quoties. ff. eod. titul.* & *l. 1. §. fin. ff. de fer.* ſecundùm Hoſtienſem, & Ioan. Andr. *in d. c. 1* & ita reſideas ibi cum D. Anto. & Nic. D. circa quòd vide quod not. Bal. & alij *in d. l. 4. §. hoc autem iudicium.*

Tertiò fallit, quando contra neminem ſpecialiter ageretur, nec aliquis appareret contradictor: cùm tunc non ſit, cui offeratur: vt *in d. Auth. offeratur.* ad hoc autem, ſi caſus tales erunt. ſecundùm Hoſtienſ. & Ioan. Andr. & domi. Antoni. *in d. c. 1. de lib. ob.* ſed certè & tunc licèt non requiratur, quòd libellus alicui ſpeciali-

ter offeratur, vt contra aliquem recipiatur, nec litis côteſt. ſit facienda, vt not. *in d. Authent. ſi om-* libellus tamen generaliter erit iudici offerendus, ndùm Baldum *in d. c.* 1. circa quod vide, quod not. *à, de offic iud. c fin.*

Quartò fallit in caſibus vilibus, ſeu modicis, vt ut gloſſ. *in c. fin. extrà, de lib. ob.* & per Docto. *in quis cum clerico* ad hoc *Auth. niſi breuiores. C. de nt. ex breuic. rec.* & tunc non requiritur ſcriptu- prout ibi habetur. quæ autem dicatur modica a, vel vilis, qualitas perſonarum attenditur. *nius. §. æquitate. ff. de vſu & ha.* vt voluit Ioann. *in addit. Spec. §. nunc videndum.* & ſecundùm Anto. *in d. c.* 1. qui hoc videtur tenere, quòd pla- ic. ibidem ſecundum quòd Bart. voluit *in d. Au- niſi breuiores.*

uintò fallit, cum litigantes rudes ſint, vt agrico- l ſimiles. ad hoc facit text. *in Authent. de man. prin. bi.* & *in Authent. de quæſt. in 6. col. extrà, de reſcript.* cundùm Innocent. & Io. And. *in d. c.* 1. *de lib. ob.* fa- l hoc, quod not. *in d. verſi. per Gul.*

xtò fallit, quando eſt talis cauſa, in qua non exigi. t. conteſt. quia tunc non requiritur libellus. ſe- ùm Innoc. & do. Anto. *in d. c.* 1. qui ita tranſeunt *alleg. c.* 1. quòd nón eſt verum. quia iſta duo, ſcili- bellus & lit. conteſt. ſunt duo ſubſtantialia iudicij ata, vnde vna lata, non intelligitur alia. *Inſt it. de . affinitas.* adde quod notat. per gloſſ. *in d. c.* 1. ſe- ùm Innoc. ibid.

ptimò fallit, quando vertitur negotium inter epiſ- m & ſuos clericos: vt *d. c. ſi quis cum clerico.* quòd cunt quidam locum habet etiamſi agerent coram gato: cùm non ſit diuerſitatis ratio. *extrà, de confii. slata.* quod etiã placet Imol. & Guilielm. de Cu. *§. nunc videndum. verſicul ſed nunquid.* ſed hoc non ur verum, cum ſit contra tex. *in d. c.* 1. *de libel oblat.* dùm Hoſt. ſecundùm quem non obſtat *d. c. ſi quis.* loquatur in cauſis breuibus ſiue modicis, &c.

Octauo fallit, quando agitur de reddenda ratione per adminiſtratores, ſeu officiales, vel ex ſyndicatu: vt *in Authent. vt iudices ſine quoquo ſuff. §. neceſſitatem*, & *C. vt omnes tam ciuili, quàm cri. l. fin*, ſecundùm Hoſtien. & Ioan. Andr. *in d. c. 1.*

Nonò fallit, quando factum proponeretur coram Papa. de quo *extrà, de lit. conteſt. c. vnico.* ad hoc quod not. *in l. enim. C. de teſta.*

Decimò fallit, quando agitur inter religioſos, de his quæ pertinēt ad religionem. *extrà, de ap. c. reprehenſibilis.* & *de relig. c. fin.*

Vndecimò fallit, etiam in notorijs. 11. *quæſti. 1. de manifeſta.* & *extrà, de accuſ. c. euidentia.* & *de iureiur. cap. ad noſtram.* ſecundùm Innoc. & Ioan. Andr. ad hoc quod habetur *extrà, de fid. inſtrum. c. conueniatur.*

Duodecimò fallit, quando agitur de beneficijs auctoritate reſcripti Apoſtolici committendis, ſecundùm aliquos: vt not. *extrà, de ætat. & quali. c. accepimus.* ſecundùm Innocen. & Ioan. Andræ, *in d. c. 1.* cum reſcriptum loco habeatur libelli: vt *in d. §. nunc videndum. verſic. tunc.* ſed Bald. *in l. 1.* & Imol. dicunt non ſolum de beneficijs obtinendis vigore reſcripti, ſed etiam cum agitur de cauſa beneficiali non requireretur libellus: vt expreſſum eſt *in clem. diſpendioſam. de iudic.*

Decimotertiò fallit in cauſa matrimoniali, ſi in ea iudex ex officio procedat: vt *extrà, de clan. deſponſ. c. fin.*

Decimoquartò fallit in cauſis, in quibus ſufficit ſummaria cauſæ cognitio, *vt ff. ad exhi. l. 2. & 3. §. ibidem.* ſecundùm Hoſti. & Ioan. Andr. *in d. c. 1.* & ibidem do. Anto. ita tranſit. quòd verum eſt, ſi tales cauſæ ſunt ita ſummariæ, quòd in eis procedi poteſt ita ſimpliciter, de plano, & ſine figura iudicij, vt ſunt duæ cauſæ prædictæ, *l. quando agitur. de vſuris.* aliud ſi ſint tunc ſolùm ſummariæ, & tunc vnius cognitio non ineſt ſub alia cauſa, & ſic nec libellus nec lit. conteſta. ſed ſolùm inducuntur, vt breuiter & breuioribus

s dilationibus procedatur: vt nota. per Bartol. *in* *rauag. ad reprimendum. in verbo , ſummarie. ad fi.* ὸd not. per gloſſ. *in verb. figura. in a. c. clem. ſæpè.* ſe-ndùm Innocent. circa quæ vide eundem ibi de quo-et inſtrumento verboſo. fallit tamen in cauſis merè iritualibus. *extrà, de dolo & contu. c.* 1. ſecundùm Ioã. dr. & dom. Anto. *in c.* 1. *extrà, de lib. oblat* ſed hoc n probatur ibi, nec eſt verum, per *d. clem. diſpendioſ.* iæ enumerat certas cauſas ſpeciales. Vnde ſecùs eſt aliis. *extrà, de præſcript.* notat. *in l. maritus.* ſecundùm nol. *in d. c.* 1.

Decimoquintò fallit, quando conſuetudo diſpo-eret circa libellos, & eſſet ſeruanda: cum talis con-ietudo valeat. *C. de priuil. fiſc. libr.* 12. & *extrà. de eo qui it. in poſſ c.* 3. ſecundũ Imol. & Ioan. And. *in præalleg. c.* quod procedat nõ ſolũ in conuentione, ſed in ſtatu-alicuius municipii, vt voluit Bal. *in d. c.* 1. & *in l. nec uicquam. §. præfinito. ff. de offic procon.* & *in d. clem. ſæpe.* ꝙ habetur *in c. fin. de appella. in* 6. nec poteſt cõſue-udo vel ſtatutum inducere, quod ſaltem petitio non at apud acta, cum eſſet rationabilis, quod not. *in d. lem. ſæpè.*

Decimoſexto fallit, quando imploratur officium udicis à parte incidenter, & deſeruiens actioni, vt ſi etatur mitti ex ſecundo decreto, ſecund. Innoc. *in c.* 1. *le lib. obla.* ad hoc quod not. *ff. de inoffi. teſta. l. Papinia-ius. § ſed ſi filius.* & *ff. de ædi. edi. l. ædiles. §. item ſciendum:* *xtrà, de ſepul. cap. certificari.* & *d. l. nec quicquã §. vbi de-retũ.* vbi de hoc, vel quando extraordinariè implora-tur. *ff de condi. & demon. l. quib. diebus. in prin.* aliàs regu-lariter requiritur libellus, vt not. *in d. c. fin.* ſed illud vo-luit gloſſ. *in rubr ff de interroga. action.*

Decimoſeptimo fallit in caſibus, in quibus non eſt neceſſe, quod ſententia referatur in ſcriptis: vt not. in gloſſ. *in d. Authent. offeratur.* ſecundum domi. Antoni. *in d c.* 1.

Decimooctauo fallit, quando agitur de per ſenten-

 tiam,

Octauo fallit, quando agitur de reddenda ratione per adminiſtratores, ſeu officiales, vel ex ſyndicatu: vt *in Authent. vt iudices ſine quoquo ſuff. §. neceſſitatem,* & *C. vt omnes tam ciuili, quàm cri. l. fin.* ſecundùm Hoſtien. & Iöan. Andr. *in d. c. 1.*

Nonò fallit, quando factum proponeretur coram Papa, de quo *extrà, de lit. conteſt. c. vnico.* ad hoc quod not. *in l. enim. C. de teſta.*

Decimò fallit, quando agitur inter religioſos, de his quæ pertinēt ad religionem. *extrà, de ap. c. reprehenſibilis.* & *de relig. c. fin.*

Vndecimò fallit, etiam in notorijs. 11. *quæſti. 1. de manifeſta.* & *extrà, de accuſ. c. euidentia.* & *de iureiur. cap. ad noſtram.* ſecundùm Innoc. & Ioan. Andr. ad hoc quod habetur *extrà, de fid. inſtrum. c. conueniatur.*

Duodecimò fallit, quando agitur de beneficijs auctoritate reſcripti Apoſtolici committendis, ſecundùm aliquos: vt not. *extrà, de ætat. & quali. c. accepimus.* ſecundùm Innocen. & Ioan. Andræ, *in d. c. 1.* cum reſcriptum loco habeatur libelli: vt *in d. §. nunc videndum. verſic. tunc.* ſed Bald. *in l. 1.* & Imol. dicunt non ſolum de beneficijs obtinendis vigore reſcripti, ſed etiam cum agitur de cauſa beneficiali non requireretur libellus: vt expreſſum eſt *in clem. diſpendioſam. de iudic.*

Decimotertiò fallit in cauſa matrimoniali, ſi in ea iudex ex officio procedat: vt *extrà, de clan. deſponſ. c. fin.*

Decimoquartò fallit in cauſis, in quibus ſufficit ſummaria cauſæ cognitio, *vt ff. ad exhi. l. 2. & 3. §. ibidem.* ſecundùm Hoſti. & Ioan. Andr. *in d. c. 1.* & ibidem do. Anto. ita tranſit. quòd verum eſt, ſi tales cauſæ ſunt ita ſummariæ, quòd in eis procedi poteſt ita ſimpliciter, de plano, & ſine figura iudicij, vt ſunt duæ cauſæ prædictæ, *l. quando agitur. de vſuris.* aliud ſi ſint tunc ſolùm ſummariæ, & tunc vnius cognitio non ineſt ſub alia cauſa, & ſic nec libellus nec lit. conteſta. ſed ſolùm inducuntur, vt breuiter & breuioribus

bus dilationibus procedatur: vt nota. per Bartol. *in extrauag. ad reprimendum. in verbo*, *ſummarie. ad fi.* quòd not. per gloſſ. *in verb. figura. in a. c. clem. ſæpè.* ſecundùm Innocent. circa quæ vide eundem ibi de quolibet inſtrumento verboſo. fallit tamen in cauſis merè ſpiritualibus. *extrà, de dolo & contu. c.* 1. ſecundùm Ioã. Andr. & dom. Anto. *in c.* 1. *extrà, de lib. oblat* ſed hoc non probatur ibi, nec eſt verum, per *d. clem. diſpendioſ.* quæ enumerat certas cauſas ſpeciales. Vnde ſecùs eſt in aliis. *extrà, de præſcript.* notat. *in l. maritus.* ſecundùm Imol. *in d. c.* 1.

Decimoquintò fallit, quando conſuetudo diſponeret circa libellos, & eſſet ſeruanda: cum talis conſuetudo valeat. *C. de priuil. fiſc. libr.* 12. & *extrà. de eo qui mit. in poſſ. c.* 3. ſecundũ Imol. & Ioan. And. *in præalleg. c.* 1. quod procedat nõ ſolũ in conuentione, ſed in ſtatuto alicuius municipii, vt voluit Bal. *in d. c.* 1. & *in l. nec quicquam.* §. *præfinito. ff. de offic procon.* & *in d. clem. ſæpe.* & ꝙ habetur *in c. fin. de appella. in* 6. nec poteſt cõſuetudo vel ſtatutum inducere, quod ſaltem petitio non fiat apud acta, cum eſſet rationabilis, quod not. *in d. clem. ſæpè.*

Decimoſexto fallit, quando imploratur officium iudicis à parte incidenter, & deſeruiens actioni, vt ſi petatur mitti ex ſecundo decreto, ſecund. Innoc. *in c.* 1. *de lib. obla.* ad hoc quod not. *ff. de inoffi. teſta. l. Papinianus.* §. *ſed ſi filius.* & *ff. de ædi. edi. l. ædiles.* §. *item ſciendum.* *extrà, de ſepul. cap. certificari.* & *d. l. nec quicquã* §. *vbi decretũ.* vbi de hoc, vel quando extraordinariè imploratur. *ff de condi. & demon. l. quib. diebus. in prin.* alias regulariter requiritur libellus, vt not. *in d. c. fin.* ſed illud voluit gloſſ. *in rubr ff de interroga. action.*

Decimoſeptimo fallit in caſibus, in quibus non eſt neceſſe, quod ſententia referatur in ſcriptis: vt not. in gloſſ. *in d. Authent. offeratur.* ſecundum domi. Antoni. *in d c.* 1.

Decimooctauo fallit, quando agitur de per ſenten-

tiam, tranſactionem, vel compoſitionem finita, ne lites ex litibus oriantur. *l. fin. C. de fide inſt.* ſecundùm Imol. *in d. c.* 1. quod verum eſt, ſi excutitur liquidè & imploratur offic. iu. cum tunc non requiratur libellus. ad hoc quod not. per gloſſ. *de inoffi. teſta.* & quod habetur *in l. minor. 15. annis ff. de minor* alias intentatur per executionem ſententię actio iudicati, vel alia actio deſcendens ex ipſa ſententia, tranſactione vel compoſitione: quia tunc libellus, &c. vt voluit Bart. *de in lit. iu. & ſuprà, de re iud.* Bald. *in d. c.* 1. *de lib. obla.* dom. Ant. quòd procedit, vt not. Innoc. *de except. in c. cùm venerabilis.*

Quarto fallit in iudiciis vniuerſalibus, cùm in eis poſſit fieri emendatio & additio poſt litem conteſta. vſque ad ſententiam. & hoc voluit Innocent. *in d. c. fina.* & gloſſ. *in d. l. edita.* ad hoc *Inſtitut. de actio. §. ſi minus. de petitio hæredita. l. 4.* quia procedit non ſolùm, ſi concluſio fuiſſet generalis, vt quia petat declarari ſe hæredem, quia non fuit ſibi ſatisfactum, ſed etiamſi Actor ponat in libello exceptionem legitimam competentem, putà, ſi dicat, peto decem, quæ mutuaui, & es mihi obligatus, non obſtante pacto de non petendo, ipſe Actor eſſet audiendus, ſi non probet aliquid allegando eam, pro hac apparet libellùm eſſe iniuſtum, debet enim libellus contra libellantem ſeruari. *C. de libe. cauſa l. cùm pre.* & *extrà, de iudic. examinata*, per Cano. *in c. fin. extrà, de verbor. ſignific.*

Quinto fallit, vbicunque libellus relatiuè, non narratiuè loquatur, vt quia dicit, quod tale quid ſic fuit, vt continetur in inſtrumento, ita not. Pau. de Caſtr. *in*

 l. Gallus.

l. Gallus. §. idem credendum. in fin. ff. de liber. & poſthum.

Sextò fallit, quia dicta regula procedit, quando lis eſt conteſtata ſuper re, ante verò litem conteſtatam poteſt emendari, iuxta materiam *l. edita. C. eodem.*

Septimò fallit, quando pars aduerſa acceptat id, quod in libello eſt narratum: ſecùs autem, ſi illud negat. ita tenet Bal. *in d. l. cum pra.* & idem dicendum eſt in narratis in exactionibus, quia ille fuit libellus Rei, *vt l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine,* & ideo dicitur, quòd in exactionibus Reus eſt Actor. & ideò non poteſt quid narratiuè dici in libello, vel in exactionibus per pœnitentiam reuocari, vt eſt gloſſ. notab. *in d. l. cùm niſi ante litem conteſta.* vt not. gloſſ. *in l. qui familiæ. ff. fam. erciſcun.* & Bald. *in l. ex hac ſcriptura, in fine. ff. de don.* & vide Paulum de Caſtr. *in l. exempla. ff. de pactis.*

REGVLA CCXCIII.

LEBELLI verba ambigua in libellantis fauorem interpretari debent. *l. ſi quis. ff. de iud.*

Primò fallit, quia dicta regula procedit in libello ciuili: ſecus autem in criminali, vt no. Lud. de Roman. *in l. diuortio ff. ſolut. matrim.* pro quo alleg. deciſionem Bald. *in l. quoties, §. ſi quis ff. de hæred. inſtit.* quod eſſet valdè ſingulare, ſi verum eſſet. ſed hoc non puto verum, nec de iure probatur.

Secundo fallit, quando in criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium cauſarum. *vt l. abſentem. ff. de pœnis.*

Tertiò fallit, quia in his terminis Bartol. contrarium voluit. *in l. libellorum, in princ. ff. de accuſat. verſic. quæro,* aliquis percuſſit aliquem per aliquot dies, &c. quem ſequitur Ioan. Fabr. *Inſtit. de actio in princip.* nec obſtat deciſio Bald. *in l. diuortio, & in dictis locis alleg.* quia illa procedit ex eo, quia *in d. l. quoties. § ſi quis. ff. de hæred. inſtit.* præſumitur ibi, quòd etiam probatio

accu-

accuſationis non aliter concludebat, quàm concludebant verba accuſationis: & ideò cum probatio ambigua debeat interpretari contra ipſum probantem, *vt in c. præſentia, de proba.* non interpretantur dicta verba incontinenti contra accuſatorem. & ita apertè declarat Bal. *in d. §. ſi quis. el. 2. de hæred. inſtit.*

REGVLA CCXCIV.

LIBRI ſeu ſcriptura quandocunque antiquiſſima plenam fidem non facit, præſumptionem verò inducit, quæ arbitrio iudicis relinquitur. *l. inſtrumenta. C. de probatio.* vt voluit Ioann. Andre. *in c. cùm cauſam, extrà, de probatio. & in Rubric. de conſecratio Eccleſ. vel altar.*

Primò fallit in libris ſeu ſcripturis repertis ſub cuſtodia publica, & fideli, ſeu in loco, vbi reponuntur ſolum ſcripturæ Authenticæ, vt in archiuo publico, cùm tales faciant fidem, vt voluit Ioan. Andr. *in d. c. cùm cauſam* cum ibi reponuntur. ad hoc not. per gloſſ. *in l. 2. §. ex actis, in ver. per reſt. de orig. iur.*

Secundò fallit in ſcripturis, quibus ab Antiquis noſtris communiter eſt creditum, vt in liberis hiſtorialibus ſeu chronicis, vt voluit Barto. *in l. 1. ff. ſi certum peta.* vbi ex hoc dicit, quod credendum eſt libris Ariſtotelis & Hypocratis, cum Magiſtris maioribus communiter ſit fides adhibita. ad hoc quod not. per gloſſ. *in verbo, magis, in c. inter dilectos, extrà, de fide inſtrumen.* & per glo. *in verbo, tranſtulit, in c. per venerabilem. extrà, de loca* quod ſimiliter locum habet in ſcripturis, quæ olim fiebant in albo, hoc eſt, in loco dealbato ante domum prætoris, de quibus gloſſ. *in verbo, albo. extra de iudic.* cùm & iſta faciant fidem, ex quo ab Antiquis noſtris fides fuerit adhibita.

REGV-

Quarto fallit, quando intentaretur officium iudicis, vt pars ſe abſentet, vt dicit Bal. not. *in d. Authen. qui ſemel, in 3. col.* vide Bald. & Barto. *in l ab eo & in d. §. illud* qui examinat iſtam materiam.

Quinto fallit in cauſa criminali, in qua poteſt ferri ſententia etiam lite non conteſta. vt eſt gloſ. ſing. *in l. abſentem, ff. de pœn.* ſed contrarium tenuit Azo. *in Summa C de requir. reis.* & iſtud eſt verius.

Sexto fallit, quando iudicium non dirigitur contra certam perſonam, nec ab ea petitur aliquid dari vel fieri, concluditur tamen iudicium: nam tunc poterit procedi ad ſententiam lite non conteſta. vt *l. aut ſi omnes. C. ſi iud. adhib.* & ita procedere poterunt iura Legiſtarum, ſecundum Dominum Anton. & Imol. *in c. 3. vt lite non conteſta.*

Septimo fallit, quando agitur de libertate obtinenda, vt habetur *in l. 1. C. de aſſert. tollend. & l. 1. §. ſi vero ſubuentum. ff. de fideiuſſorib.* pro quo facit quod not. in ſimili *in c. cum olim, extra, de iudic.*

Octauo fallit in cauſa beneficiali, vt eſt expreſſum *in c. 1. C. de eo qui mittitur in poſſeſſ. in 6.*

REGVLA CCXCVII.

LITE non conteſtata in cauſa appellationis, ad ſententiam diffinitiuam peruenire poteſt, vt eſt caſus *in § illud. ff. de temp. appel.*

Primo fallit coram iudice à quo: ſecus coram iudice ad quem, vt dicit Bald. *in c per tuas, de appellat.*

Secundo fallit, quando partes eſſent præſentes tempore litis conteſta. quia debent litem conteſtari, alias non audiuntur: ita dicit Bald. *in Authent. qui ſemel, in 1. colum. C. quomodo & quando iudex.* qui dicit, quod ſi comparet in medio tempore probationis, non debet audiri, ne lis conteſtetur, vt patet.

REGVLA CCXCVIII.

LITEM conteſtandi animus in dubio tam ex

parte

parte Rei, quàm Actoris præſumitur, vt *in c.* 1. *& ibi per Doct. extrà, de lit. conteſt.*

Primo fallit, quando in loco eſſet conſuetudo talis, vt animus lit. conteſt. exprimatur: tunc niſi exprimatur, non præſumitur talis animus, nec inducitur litis conteſtat. vt voluit Dominus Nicol. *in d. c.* 1. *de lit. conteſta. l. ſemper ff. de regul iur.* & *l. liberorum §. quod tamen Caſſius. ff. de legat.* 3.

Secundo fallit, qando illud apparet, videlicet, de non lit. conteſta. quia Actor proponendo factum, & Reus reſpondendo proteſtatus fuit, quod hoc facit non cũ animo lit. conteſt. cùm talis proteſtatio ipſam litis conteſta. impediet, vt voluit gloſſ. *in d. c.* 1 & *in l. vnica. C. de lit. conteſt.* Innnocent. *in c. cùm M. de conſtit.* & Dominic. *in c.* 1. *de lit. conteſt.*

REGVLA CCXCXIX.

LITE non conteſt. teſtes regulariter recipiendi non ſunt, vt *in toto titul. l. vnicæ.* & *in c. quoniam frequenter. & ibi per Doctor. extrà, vt lite non conteſt.* & *in c. veritatis, extrà, de dolo & contumac.*

Primo fallit hæc regula in pluribus caſibus enumeratis per gl. *in d. c.* 1. *vt lit. non conteſt.* & per gl. 3 *q.* 9. *in Summa.*

Sunt & vltrà gloſſ. ſingulares alii caſus, in quibus ſimiliter recipi poſſunt lite non conteſt. quandoque vnus eſt etiam Notarius, qui recipit teſtes ad cautelam, *extra, de elect. c. bona, el.* 1.

Secundus eſt in vniuerſalibus actionibus poſt ſententiam diffinitiuam. *C. de pet. har.*

Tertius eſt, quando agitur de re iudi. vel tranſacta à defuncto, *vt lit. pend. c.* 1. *in* 6.

Quartus caſus eſt in his, quæ lit. non conteſta. ſunt mota. *extrà, de conſtitutio. c. cùm M. de conſtitutio.*

Quin-

Quintus caſus eſt in bonis Eccleſiæ alienatis, & ſuſpenſis, vel excommunicatis poſt inhibitionẽ, *extrà, de dolo & contumac. c. veritatis in fine.*

Sextus caſus eſt, quando agitur contra clericum, quia de maleficiis ſuis publicè gloriatur, *extrà, de exceſſ. prælat. quàm ſit.*

Septimus caſus eſt, quando curant admittere iuramentum, *extrà, de teſtib. c. veniens.*

Octauus caſus eſt in incidentibus vel emergentibus quæſtionibus, vt not. per gl. ſing. *in d. c. extr. vt lit. non conteſta,* imo & in omnibus caſibus, in quibus non eſt neceſſarius libellus, *extrà, de libel. obl c.* 1. ſecundùm Paul. qui has poſt gloſſ. enumerat *in d. c. extrà, vt lit. non conteſt.*

Et de his omnibus Specul. *in tit. de leg.* vbi enumerat 36. in quibus teſtes recipi poſſunt lit. non conteſt. quibus adde alium caſum *in c. quamuis, de offi. ordi. in 6.* alium caſum *in c. pro humanis, de homi. eod. lib.* & alios *in Clemen diſpen. de indi.* & ibi Dom. Nicol.

Nono fallit, quando procederetur per viam inquiſitionis, vt plenè per Canoniſtas *in d. c. veritatis.*

Decimo fallit, quando procederetur ſuper crimine dilapidationis, ibidem per Canoniſt. & habetur per Canon. 3. *q.* 2.

Vndecimo fallit, quando procederetur ex mandato perſonæ, vt patet in gl. *in d. c. veritatis. & ibi etiam per Docto.*

Duodecimo fallit in crimine hæreſis, in quo etiam poſt mortem ferri poteſt ſententia. 24. *quæſtio.* 2. *ſanè.* & vt not. *in c. inſinuatione.*

Decimotertio fallit, quando infamato de crimine inducta fuiſſet, purgatio, cùm tunc ſi non veniat intra terminum, pro confeſſo habeatur, & conuicto eo lapſo, adeo quòd poſſit contra eum ferri ſententia, & lis conteſt. per id quod voluit gl. *in c.* 1. *de ſimon.* ad hoc etiam de pur. Canon. *c. cum P.* quod voluit gl.

in

in c. decernimus prout refert Dom Ant. *in d. c. veritatis.*

REGVLA CCC.

LITE non conteſtata contra abſentem regulariter procedi non poteſt, vt per Innoc. *in c. veritatis, extrà, de dol. & contum.*

Primo fallit, quando ipſe Actor agere non poſſet de præſenti, vt quia debitum ſit conditionale in diem, vel pendeat ex alterius arbitrio: cum tunc recipi poſſit lite conteſta. *ff. ad leg. Aquil. & extrà, de verbo. ſignif.* & ea quæ. vt plenè videtur in dictis iuribus.

Secundo fallit, quando ipſa pars eſſet præſens, & impediret litem conteſtari, per id quod habetur, *extrà, de iudi. c. pen. & fin.*

Tertiò fallit, quando dignitas excitaretur, *extrà, ne ſede vac. c. vltim.* circa quod vide quod ibi notat.

Quartò fallit, quādo exigitur, parte præſente, quod vnum malitioſum tyrānum conuenire Actor non audeat, nec recipi teſtimonium eadem denun. cum tunc iudex ſubueniat eidem Actori iuſtè timenti, arg. *extrà, de appell. c. ſi iuſtus.* & conſiderata negotij qualitate & alijs circunſtan tijs, recipiet teſtes quoad poterit, & diligenter ſuſtinebit intereſſe Rei in ipſorum examinatione, reſeruando ſibi exceptionem in perſonas, *in d. c. cauſa* ſecundùm Hoſtienſ. & Ioan. Andre. *in d. c. quoniam. vt lite non conteſta.* & not. ad hoc etiam in *c. final. extrà, de hæretic. in 6* ſecundum Nicol. non obſt. text. *in præallega. c. quoniam.* faciens mentionem de Reo, quando eſt contumax vel abſens, cum habeat eſpectum ad id, quod communiter accidit. ſecundum Dom Nico. *in præalleg. c. quoniam, frequenter, vt lit. non conteſt.*

REGVLA CCCI.

LIS inter patrem & filium regulariter eſſe non poteſt, *vt l. lis. ff. de iudic.* & *l. actiones. ff. de actio.*

& ob-

& obligat. ſine veniæ petitione, *vt l. final. C. de in ius vocan.* & ſic eodem modo contractus non valet. *l. 1. §. final. de contrahen. emptio. §. poſt mortem, Inſtitut. de inutil. ſtipulat.* & *l. 1. C. de inoffic. donat.*

Primò fallit, vbicunque vellet filius agere contra patrem extraordinario officio iudicis: quia tunc poſſet benè agere, venia nõ petita, vt in gloſſ. valdè not. iuncto text. *in l. cogi. §. ſi pater filio. ff. ad Trebellian.* & nota. *in l. 3. §. ſi ea. ff de bonor. poſſeſſ.*

Secundò fallit in cauſa alimentorum: nam ſi pater denegat alimentare filium, vel filius patrem, tunc eo caſu inter eos poterit eſſe lis, vt eſt textus *in l. ſi quis à liberis, in princip, de liber. agnoſcen.* & eſt textus *in l. fina. §. ipſum autem. C. de bonis qua liberis.* & *in l. nec filius. C. de patr. poteſtate.*

Tertiò fallit in Caſtrenſi vel quaſi Caſtrenſi, nam in his bonis poterit eſſe lis inter patrem & filium, vt eſt tex. iuncta glo. *in l. adop. in princ. ff. de in ius voc.* & tenet gloſſ. *in l. adopt. in d. l. lis nulla.* & eſt tex. *in l. cùm oportet, in §. eodem. C. de bon. qua liber.*

Quartò fallit, vbicunque inter patrem & filium eſſet facta obligatio, & firmata iuramento: quia tunc inter eos poterit eſſe obligatio. ita notanter tenet Bald. *in l. 3. C. pro donatio.* Quia iuramentum eſt de iure naturali, quo iure non conſideratur patria poteſtas. Et idem etiam tenet Ioan. Andr. *in tit. de teſt. gloſſ. in verb. Vber. de Gobijs, in addit. Speculat.* Et hoc eſt ſecundùm eum: quia iſta donatio non eſt prohibita per legem, ne reprobata, ſecundùm ea, quæ not. *in l. cum lege, de fideiuſſ.* & per Bald. *in l. non dubium. ff. de leg. 3.* Sed Paulus de Caſtro *in conſil. 103.* conſuluit contrarium, & malè. nec fuit recordatus de eo, quod dixit Bald. *in d. l. 3. C. pro don.* nec de regulis, quas ponunt Docto. *in c. cùm contingat. de iureiuran.* vbi dicunt, quòd quando actus eſt prohibitus, quia

 eſt

eſt contra bonos mores ciuiles, non vitiatur iuramentum, quod eſt de iure naturali, vnde ius Canonicum non conſiderat aliud, niſi an iuramentum poſſit ſeruari ſine peccato, vel non? iſtud ponderat text. *in d. c. cum contingat.* & *in c. licet mulieres, eodem tit. libr. 6.* & *c. 2. de pact. eodem lib.*

Quinto fallit, ſi filius alieno nomine, putà, tutorio vel curatorio nomine conueniat patrem: quia hoc caſu poteſt, vt eſt text. *l. quaſitum ff. de in ius vocan.* & *in Authen. vt liceat matri & auia, in princip.* quod ſecus eſſet, ſi eſſet procurator in rem ſuam, quia non licet filio accipere ceſſionem actionum contra patrem, vt eſt caſus ſecundum vnam lecturam *in l. actiones, ff. de act. & obliga.* & ita tenet Ang. *in d. l. lis nulla.* qui dicit illum text. eſſe ad hoc perpetuò notandum.

Sexto fallit, quia iſta regula procedit de iure Ciuili: ſecus autem de iure Canonico: quia de omni cauſa inter patrem & matrem & filium poteſt eſſe iudicium, ita not. Ioan. Andre. *in c. in anima, in gloſſ. penultim. de iudic. libr. 6.* & idem tenet Angel. *in d. l. lis nulla.* qui hoc dicit eſſe vtile in terris Eccleſiæ. & ego allego de hoc gloſſ. de iure Canon. valde not. vna eſt 23. *quæſt. 4. c. ſi Eccleſia* alia 2. *quæſt. 7. quare.* tertia eſt. *in c. fin. in gloſſ. penult. de iudic. lib. 6.* quas communiter ſequuntur. & pro hoc allego bonum textum *in c. non eſt nobis, de ſponſal.* qui text. vult, quod in cauſa matrimoniali inter patrem & filium poſſit eſſe iudicium.

Septimo fallit, quando pater filium maledicit, & contra pietatem tractat: quia tunc filius poteſt cogere patrem, vt ipſum emancipet, vt not. *in l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig.*

Octauo fallit, quando pater diſſiparet fideicommiſſum: quia tunc obligatur filio exiſtenti in poteſtate reſtituere ante conditionis euentum: & ſic filius poterit petere, vt remoueatur ab adminiſtratione, vt eſt caſus not. *in l. Imperator. ff. ad Treb.* & *ibi per Doct.* per

Bar-

Bartol. ſolum. *in l fin. in fin. de ſent. paſſ.* & per eundem. *in l.* 1. §. *quod ſi mihi patris:* & *in l. fi. in prin ff ſol. matrim.* alios caſus vide per gloſſ. & Doct. *in d. l. lis nulla, de iud.* & per text. *in l. ius certum, ff. eod.*

REGVLA CCCII.

LITIGARE tenetur quis per ſe in iudicio, maximè criminali, *l. fin.* C. *de procur.* & *in c. paſtoralis, de iudic.*

Primo fallit in magiſtratibus: quia ratione officij poſſunt per alium litigare. *l. non ſolum ff. de procurator.*

Secundo fallit in excommunicato, quia per alium debet litigare, vt *in c. intelleximus, de iudi.*

Tertio fallit in Epiſcopo, qui per alium litigare poteſt, vt 5. *q.* 3. *c. quia Epiſcopi.*

Quarto fallit in vniuerſitate, vt *in l. eorum.* & *in l.* 1. *ff. quod cuiuſque vniuer. nom.*

Quinto fallit in illuſtribus perſonis, quæ per alium litigare poſſunt, vt *d. l. final. C. de procurator.*

Sexto fallit in his, qui non habent diſcretionem, vt ſunt pupilli, prodigi, & furioſi, & ſimiles, vt not. dicit Ant. de But. *in c. paſtoralis, de iudic.* qui ponit 6. ſupraſc. fallen.

Septimo fallit, quando delinquens eſſet poſitus in carceribus: quia propter neceſſitatem datur procurator, niſi pro alio delicto fieret inquiſitio contra eum in alio loco, vt dicit Bal. *in l. eos, §. ſuper his. in fi. ff. de appel.* & vide quod not. Bal. *in l. minime, C. de appel.*

REGVLA CCCIII.

LITERIS ordinarij iudicis non creditur, ſi in eis teſtes deſcripti non ſunt, vt *in c.* 1. & *in c. quoniam, de procur.* & plene per Cano. *in c. poſt. ceſſionem, extrà, de probat.*

factum, de præſentibus emanantibus ſuper his quæ fuerunt in iudicio de pertinentibus ad officium ipſius ſcribentis, ſeu ſcribi facientis, & hoc ſi fecerit ad requiſitionem propriam, cùm tunc eis credatur: præſertim ſi Papa in commiſſione dixerit, ſe fidem relationi habiturum, *extrà, de appell. c. intimaſti*. & *de purg. ca. c. cum dilecti· verſ. igitur*. ſecundùm Io. Cal. & Imol.

Septimo fallit in his literis teſtimonialibus emanantibus ſuper his, quæ fiunt in iudicio tempore datæ. de pertinentibus ad officium ſcribentis, quando in his literis concurrerent plura ſigilla plurium ordinandorum: ordinariorum: cùm tunc ipſis literis credatur. *extrà, de dolo & contum. c. cum olim*. & *d. c. veritas*. ſecundum ipſos Ioan. Cald. & Imol. *d. c. poſt ceſſionem. extrà, de probat.*

Octauò fallit in ipſis literis teſtimonialibus atteſtantibus factum extra iudicium, præſertim commiſſum coram ſe ad officium ipſius ſcribentis: cum tunc credatur ipſis literis, ſecundùm Hoſti· *in d. c poſt ceſſionem* & Imo. *in d. c. 2*· ad quod not. *in d. c. 1. in 3. oppoſit.*

Nono fallit in factis valde antiquis, in quibus fortè ſufficit præſumptiua probatio: cum tunc credatur literis teſtimonialib. ordinariorum, etiam enunciatiuis, ſi enuncient fines antiquos vt *c. ſi Papa de priuilegijs. in 6*. & *c. cum cauſam. extrà, de probationib.* vbi etiam notabiliter in literis Papæ.

REGVLA CCCIIII.

LOCVTIO indefinita ad futura regulariter extenditur: vt *l. fin. C. quæ res pig. oblig. poſ.* & *in l. ſenatus.* & *in l. ſeruitus. C. de ſeru. vrb. præd.* & *in c. quia circa. de priui.* & habetur plenè per Bar. *in l. ſi ita. ff. de auro & argen. leg.*

Primo fallit in iuramento, quia iuramentum eſt

non comparuerit, & poſtea citatus non allegaret excuſationem legitimam, iudex poterit ipſum punire in centum, vel in illa quantitate quam expreſſit. ita dicit ſingul. Old. *in conſil. ſuo 12. incip. cur proceſſum, &c.* ibi alleg. text. *in l. ſi quis reum. ff de cuſt. reorum.* Specul. etiam dicit & idem videntur innuere verba Hoſt. *in titul. de ſentent. & re iudic.* & *in §. item nota. quæ ſit nulla verſ. poſſit etiam.* vbi alleg. *l. 1. §. 1. ff de ſeru. fug.* & *l. diuus. quæ eſt l. 4. eod titul.* & adducit rationem *in l. quòd quis. ff de regul iur.* & dicit, quod hoc etiam de conſuetudine deductum ſeruari debet. *l. minimè de leg. c. cum dilectus de conſuetudine.* quod perpetuo tene menti: quia eſt dictum ſingulare & aureum.

REGVLA CCCVI.

MAGISTRATVS durante magiſtratu conueniri non poteſt.

Amplia quod etiam non tenetur per procuratorem comparere, aliàs nullum eſſet eorum priuilegium. Bartol. *in l. 2. §. ſi quis in iudicio ff. ſi quis cau.*

Primo fallit, quando magiſtratus citatur vt compareat durante magiſtratu, ſecus, ſi citetur, vt compareat finito magiſtratu. *l. ſi tempus. ff. de hæred. inſti.* gl. *in c. prohibentur. 2. q. 1. cano. in c. legebatur. de maior. & obedien.*

Secundo fallit, quando conuenitur pro delictis in officio commiſſis. gloſſ. & Bartol. *in l. nec magiſtratibus. de iniu. l. iubemus. & ibi gloſſ. C. ad l. Iul. repetundarum:* quam dicit ſingularem Romanus *conſ. 415.*

Tertio fallit, quando haberent dignitatem ſine adminiſtratione, vt ſunt comites. marchiones, & duces: quia tales poſſunt conueniri *l. 2. C. vbi ſenatores vel clariſſimi.* & Barto. *in d. l. nec magiſtratibus*

Quarto fallit, quando magiſtratus eſſet extra locum ſui officij. vt in patria ſua: glo. *l. ſi. præſens. C. de epiſcopali audientia.*

REGVLA CCCVII.

MALÆ fidei poſſeſſor ſi quis à principio fuerit, ex poſtfacto verò bonæ fidei pro rata temporis malæ fidei & bonæ fidei iudicandus eſt, ſecundùm d. Anto. & Innoc. *in c. grauis, extrà, de reſtit. ſpolia.* quicquid dixerit Bartol. *in l. ex diuerſo. ff. de rei ven.* qui non decidit ſecundùm Can. *in d. c. grauis.*

Primo fallit, quando efficeretur bonæ fidei poſſeſſor ex poſt facto, non ſuperueniente aliqua legitima cauſa: cùm & tunc reputetur malæ fidei poſſeſſor. *l. non ſolum. §. 1. ff. de iureiur.*

Secundo fallit, quando effectus fuiſſet bonæ fidei poſſeſſor repræſentatione talis perſonæ, quæ repręſentat primā perſonam, vt quia hæres, qui eſt in bona fide, ſucceſſit defuncto, qui erat in mala fide. nā cum tunc ipſe repræſentet primū defunctum cenſetur eſſe in mala fide. *C. de fru. & lit. expen.* & *l. cū hæres ff. de diuerſ. & temp præſcript.* & *l. ſequitur. ff. de vſucap. in §. fructus.* vbi glo. & Bart. hoc voluit ſecundum do. Nic *in d. c. quāuis. de reſti. ſpol.* qui idem tenuit per *d. l. ex diuerſo. ff. de rei. vend.*

REGVLA CCCVIII.

MALAE fidei poſſeſſor de perceptis fructibus propter titulum excuſatur. *l. ſi fundum. ff. de rei ven.* per Can. *in c. grauis. de reſti. ſpoliato.*

Primo fallit in eo, qui in fraudem creditoris emit. *ff. de his, quæ in fraudem credito. l. emit. §. prætor ait.*

Secundo fallit in eo, qui emit contra edictum legis. D

gis. D de agricol. & cens. l. quemadmod. & l. si libro. 11.

Tertiò fallit in eo, qui emit a fisco non seruata solennitate. *C. de fide instrum. lib. 11.*

Quartò fallit in eo qui emit a vendente per metum. *ff. quod metus causa. l. sed & si parens.* & ibi per gloſſ. de his quatuor caſibus, qui procedunt, quando conſtat eum fuiſſe malæ fidei, cum in dubio præſumatur eſſe bonæ fidei in iuſto titulo vſque ad litem conteſt. vt voluit dom. Anto. *in d. c. quamuis* & Do. de Rota. *in deci. 32.* ſecundùm Domi. Nicol. *in d. c. grauis.* ad hæc adduci: quod not. *extrà, de præben. c. de mulcta.* & *extrà, de cau. poſſeſſ. & propriè. c. cum ſuper.* & *de praſcript. c. ſi diligenti.*

REGVLA CCCIX.

MANDATI fines diligenter cuſtodiendi ſunt. *l. diligenter. ff. mandati.*

Primò fallit, quando actus ſunt connexi & dependentes: quia quando mandauit vnum, etiam videtur mandaſſe aliud. vt not. Ang. *in l. qui procuratorem. ff de procurat.*

Secundò fallit, quando dediſſet mandatum ad confitendum, & perueniſſet aliquid ad aures procuratoris propter quod non deberet confiteri: quia non debet confiteri. vt notat. Bald. *in c. 1 extrà, de lit. conteſt.*

Tertio fallit, quando procurator excedit mandatum præſente domino & non contradicente: vt not. Bal. *in Auth qua in prouincia. C. vbi cri. agi oportet.* vbi omnino vide plenè per eum & per alios Doct. in aliis allegatis locis *in d. l. diligenter.*

REGVLA CCCX.

MANDATVM habens ad aliquid emendum vel faciendum. ſi illud emit vel emere facit, nomine mandantis feciſſe præſumitur, vt eſt glo.

glo. & Bar. *in l. qui verò aliena. ff. de itine. actuq́ priua. §. qui ſeruum.*

Primo fallit, cum mandatum fuiſſet repudiatum: quia non præſumitur nomine mandantis emiſſe vel feciſſe, Bald. *in l. qui literas, C. manda.* & ſatis patet per Ang. *in d. l.*

Secundo fallit, quando illud feciſſet ex interuallo longi temporis; quia tunc non præſumitur illud feciſſe nomine mandantis. vt eſt glo. *Inſtit de obl. quæ ex male. fi§. ope.* Inno. *in c. ad audientiam. de homic.*

Tertio fallit in multis caſibus de quibus Ang. *in d. l. procurator,* & Bal. *in l. 1. §. denunciatio. ff. de ope. no. nun.*

REGVLA CCCXI.

MANDATVM regulariter morte mandantis reuocatur *a. l. & quia ff. de iuriſd. om. iu.*

ADDITIO.

a Reuocatur. *Vide Feli.* in c. relatum. circa fi. de off. dele. *&* in c. licèt. in fi. infrà eod. tit.

Primo fallit, quando res deſinit eſſe integra, vt in dictis iuribus.

Secundo fallit, quando eſſet mandatum cum iuramento, quoties mandatum abeſſe contigerit. *c. ſi dilectus. de offic. deleg.*

Tertio fallit, quando mandatum eſt adhibitum ad placitum ſedis apoſtolicæ: vt *c. gratioſè. de reſcrip.*

Quartò fallit, quando executores eſſent deputati ab Apoſtolica ſede, vt *in c. ſuper gratia. de offic. deleg. in 6.*

Quintò fallit, quando executores ſunt dati ſuper re, ad quam tradendam quis erat obligatus: vt *l. fundum. de acquir. poſſ.*

Sextò fallit in inſtitore, *l. ſi quis emancipatus. §. ſi impubes. & ibi gloſſ. de inſtit. act.* & ratio eſt, quia ibi erat man

mandatum generale ſecundum vnum intellectum: vt notat. ibi Paul. de Caſtr. vt *l. ſi per epiſtolam. de acquir. hæredi. & in l. eius qui ff. ſi cert. peta.*

Septimo fallit in mandato, ſeu in commiſſione facta nuncio curiæ ab ipſo iudice: vt not. Bart. *in l. fundi. §. 1. ff. de acquir. poſſe.* & Paul. de Caſt. *in d. l. ſi per epiſtolam. in fine.* vide omnino Ludou. de Rom. *in conſil. 22. quòd incip. morte mandãtis, &c.* vbi dicit, quod ſi dominus credebat procuratorem mortuum viuere, reuocaſſet mandatum: caſus ſing. *in l. libera. ff. de pecul.* ſecundum eum.

Octauo fallit, quando eſt mandatum ad pias cauſas: quia hæres non poteſt illud reuocare: vt *in cle. exiui de paradiſo. §. in verbo.* & non eſt alibi, ſecundũ Bald. *in Authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ. in fin.* & not. etiam Bald. *in l. fin de ſol.* vbi etiam dic, quod idem in mandato de donando aliquid per *l. ſi ego. §. 1 ff. de iu. dotium.*

Nono fallit, quando dominus ſatiſdedit procuratori etiam in inſtrumento procuratorio: quia tunc res deſinit eſſe integra: vt nota. Bartol. *in l. ſi defuncti. ff. de procura.*

Decimo fallit, quando mandatum debet & poteſt exequi poſt mortem: vt in cle. regiſtrando. & not. Alb. de Roſa *in l ſi verò non remunerandi. §. mandati.*

REGVLA CCCXII.

MASCVLINVM regulariter fœmininũ a concipit, *vt l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omnium iudic. l. mancipia. C. de ſeru. fugit.* bonus text. *in l. qui duos milites. ff. de leg. 3.* & habetur plenè per Dyn. *in l. 1. ff. de verb. ſignif. cum ſim.*

ADDITIO.

a Fœmininum. *Ad materiam vide Dom. Petr. Corn.*

com. in conſil. 50. incip. pro deciſ. in litera I. *&* in conſ. 13. incip. ad huius, in litera M. & in conſil. 94. incip. circa, per totum. *&* in conſ. 158. incip. placet in litera D. *&* in conſil. 199. incip. in præſenti, in litera O. la 2. in 2. par. *&* in conſil. 96. incip. licet. per totum. *&* in conſil. 171. incip. repetitio, per totum. *&* in conſil. 211. incip. quanquam. in litera A. *&* in conſi. 222. incip. quamquam. per totum. in 3. parte.

Primò fallit in contractibus: quia appellatione filiorum non comprehenduntur filiæ fœminæ. ita dicit Archid. *in c. ſi quis ſuadente diabolo* 17. *quæſt.* 4. Et ideò eleganter dicit Ioan. de Imo. *in c. potuit, de locato.* quòd ſi in inſtrumento concedatur feudum pro me & filijs, &c. & ita tenet Bal. *in l.* 1. *ff de liber. & poſth.* aliegando Archid. *in d. c. ſi quis ſuadente diabolo.*

Secundò fallit, vbicunque eſſet conſuetudo vel eſſet ſtatutum in Ciuitate, quod filiæ fœminæ non ſuccedant: quia tunc appellatione filiorum non debebunt comprehendi filiæ fœminæ, ita mirabiliter Pet. de Ancha. *in l. tres fratres. ff de pact.* pro quo facit, quod ſignanter tenuit Bart. *in l. penult. ff. ad Trebell.* & text. not. & etiam Raph. Fulgoſ. *in l.* 1. *C. de condi. inſer.* tacit, quod not. tenuit Bar. *in l. hæredes mei. §. cùm ita. ad Trebel.* & *l. iuriſiurandi. ff. de oper. liber.* vbi dicit, quòd ſi quis accepit feudum pro ſe & filijs: & tunc appellatione filiorum non comprehendentur filiæ fœminæ, vbi in ciuitate vigeret conſuetudo, ꝙ filiæ fœminæ non ſuccedant.

Tertiò fallit d. regula, vbicunque in ſtatuto fieret mentio de filiis, quia tunc appellatione filiorum non includerentur filiæ fœminæ. ita Car. Za. *in c. Quintavallis. extrà, de iureiuran.* qui ita dicit ſe conſuluiſſe: ratio eſt, ſecundum eum, quia licèt appellatione filiorum comprehendantur filiæ fœminæ, vt *in d. l. ſi quis. id, quod*

in l. quod de iur. omn. iudic. cum ſimi. tamen hoc non eſt ex propria ſignificatione: ſed per interpretationem & extenſionem, vt *in l. iuſta. ff. de verbor. ſignif.* vbi dicitur, quòd iuſta interpretatione ſæpe appellatione continetur filia, & ſic non ſemper. ad idem eſt gloſſ. not. *in l. Lucius §. quæſitum. ff. de leg. 3.* quæ dicit, quod ſi nomen fratris conceptum in plurali, quod etiam continetur ſoror: vt *in l. Lucius. iuncta gloſſ. ff. fa. er.* habet locum non ex vi verborum, ſeu ex propria ſignificatione verbi: ſcilicèt ex eo, quod maſculinum concipit fœmininum. Sed ſtatuta non recipiunt extenſionem, cùm propriè debeant intelligi: prout *in l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. geſtis. l. non aliter ff. de leg. 3.* & *l. 1. §. is qui nauem. de exercitor.* & ideo infert ipſe, dominus Card. in loco præalleg. quod modo ſtatuti appellatione filiorum non includuntur filiæ fœminæ per rationem, de qua ſuprà. & de materia habetur per Cyn. & Doctor. *in l. quicunque C. de ſeruis fugit.* per Bald. *in l. ſi ita. de irri. & ru. teſtam.* & *in l. cum ex filio. § ex filio ff. de vulgar & pupil.* & *in l. in multis. ff. de ſtatu. hom.* & per Bald. *in l. 1. in prin. ff de liber. & poſthu.* & *in clem. 1. de elect.*

Quarto fallit d. regula, vbicunque tractaretur de odio & ſic maſculinum confertur in materia odioſa & pœnali: quia tunc maſculinum non concipit fœmininum. gl. eſt reputata ſing. quæ alleg. *l. 1. §. quæritur. ff. de ven. inſpi.* iuncta *l. ſi quis exhæredato.* & *in l. ſi quis. ff. ad l. Iul. maie.* & eſt optimus text. *in c. quamuis. de pæn. in 6.* no. Dd. *de hære. eod. lib.* vbicunque alia eſſet mens loquentis: quia tunc in hoc caſu maſculinum non concipit fœmininum: vt *in l. Luci in §. quæſitum ff. de leg. 3.* & ibi caſus. & ita tenet gl. *in d. l. 1. ff. de verbor. ſignific.*

Quinto fallit, vbi maſculinum profertur à iure qualificatum, ſicut ſi eſſet Doctor, Medicus, religioſus: nam hoc caſu maſculinum non concipit fœmininum, caſus eſt *in cle. 5. de conſangu. & aff.* & ibi hoc tenet Pau. de Lea. Car. Flo.

Sexto

Sexto fallit, vbicunque maſculinum profertur in materia differenti, quæ non congruit fœminæ ſicut viro. nam tunc etiam maſculinum non concipit fœmininum: vt *in l. fi. ff. de tut.* iuncta *l. fere. ff. de regul. iur.* & hoc eſt, quod dicit Bald *in l in multis ff. de ſtatu. homi.* vbi dicit, quod maſculinum non concipit fœmininum in his, quæ differunt ratione conſuetudinis vel cauſæ finalis. & ponit exemplum de conſuetudine, puta dicit ſtatutum, quod magnetes poſſint intrare palatium. nam tale ſtatutum non extenditur ad fœmi. quia non conuenit mulieri intrare palatium.

Septimo fallit, vbi profertur maſculinum & fœmininum ſeparatim, nam maſculinum non concipit fœmininum. ita concludit Bal. *in d. l in multis ff. de ſtatu homi.* & probatur. *in l. fi. in princi. C. ad Tertul.*

Octauo fallit, vbicunque quis prolatus eſt ſub nomine proprio. nam tunc etiam non concipit fœmininum, vt *l. ſi quis ita cum ibi nota. ff. de teſtament tutela.* & eſt concluſio omnium. hæc tamen regula patitur vnam limitationem. nam tale maſculinum eſt probatum à iure condendo legem, vt in prima concluſione, & tunc efficitur lex continens, quia lex debet eſſe vniuerſalis, vt *l. omnes populi.* & ibi per Bartol. *ff. de iuſtitia & iure.* de quo vltra prædicta habetur per Doctor. *in Clement* 1. *de electio. in 6.* & Speculat. *tractat in titul. de diſputatio. in §. poſt hæc.* vbi omnia copioſe Bald. *in l finali C de hæred. inſtitut.* & *d. l. in multis. ff de ſtatu homin* habetur. *in l. qui domum.* coniuncta. *l. mater. §. mulieres ff ad legem Iuliam, de adulter.* & *l. vnica, iuxta. fin. ff. de raptu virgin.*

Nonò fallit, vbicunque ſequeretur correctio legum: quia tunc maſculinum non concipit fœmininum, ita Bald, *in l. quicunque.* quas limitationes benè not.

REG V-

REGVLA CCCXIII.

MARITVS conſtante matrimonio ex cauſa donationis dotem vxori conſtituere non poteſt. *l. ſi conſtante, de donat. ante nupt.*

Primò fallit fauore libertatis, vt *in l. 1. C. de ſeruit. pign.*

Secundò fallit in alienatione, quam fecit fiſcus, & hoc eius fauore, vt *l. ſi hypothec. C. de diſ. pign.*

Tertiò fallit in alienatione pignoris, quaſi ſit vnus de creditoribus, cum ſolennitate per proclama vocatus, & tacentibus præiudicat taciturnitas, vt *l. ſi eo tempore. C. de diſ. pig.*

Quartò fallit, niſi ſtudioſè & doloſè faciat, vt decipiat illum, qui ſuper intereſſe ſuum contrahit, vt *C. de lati lib. tol. Authen. ad hæc.* & *l ſi res aliena. pigno. l. 2. C. de diſtra. pigno. mulier.* & *d. l. ſi ſenten. &c.*

Quintò fallit ratione ſanguinis, ſeu coniunctionis, vt *l. ſi ſeruus communis. ff. de dona. inter vir. & vxor.*

Sextò fallit, ſi potior ſum in eo iudicio eodem cuius primo loco mihi competit perſecutio, vt *l. ſæpè, de iudic. in c. quamuis, de re iudic.* vide de hac materia per Ludo. de Rom. *in l. quæ dot. ff. ſolut. matrimon.*

REGVLA CCCXIIII.

MARITVS regulariter non tenetur, niſi inquantum facere poteſt, vt *l. maritum. ff. ſolu. matrimon.*

Primò fallit in marito procuratore, vt eſt text. *in c. 1. de don. inter vir. & vxor.* ſecundùm communem intellectum Io. And. & Doct. quicquid gloſſ. aliter dicat. & idem tenuit Iac. de Beluiſ. *in diſpu. ſua, quam ponit in l. 1.*

C. de

§. de rei uxor *act.* & Ioan. de Imol. *in l. diuortio. §. impenſarum. ff. ſol matr.* & *l filio ff eod. tit.*

Secundo fallit, vbicunque maritus conuenitur conſtante matrimonio, & ad dotem, eò quia malè vtitur ſubſtantia ſua, ſecundum gl *in l. vbi adhuc, C. de iur. dot. in verbo, ita tamen.* & *in verbo, ſubſtantiam.* ſed de hoc dic, vt per Barto. & alios *in l. ſi conſtante, in 8. q. & vlt ff. ſol. mat.*

Tertio fallit, ſi maritus à princip. ſciens ſe non poſſe ſolidam dotem reddere illam accepit, vel confeſſus fuit illam accepiſſe, vt eſt gloſſ. not iuncto tex. *in l. pe. in fi ff. de iure dot.* Bart. *in l. maritum. §. eleganter. ff. ſol. matrim.*

Quarto fallit, ſi res dotalis exiſtit apud maritum, quia ſpecies ſit in dotem dota: quia marito videtur conceſſum hoc priuilegium, niſi quando data eſſent in conſiſtentibus in pondere, numero vel menſura, vt *l. vnica §. cum autem. C. de rei vxor. actio.* pro hoc benefacit. *l. in bona. fi. in prin. de no. feu.* & Ioan. de Imol. *in l. ſi fundum. ff. ſolu. matr.* Bart. *in l. Neſennius. §. ſi fundus. ff de re iudica.* & latius *in d. l. ſi filio* tenet expreſsè contrarium. quòd dic, vt ibi per Dominic. & idem videtur dicendum, ſi res dotalis non extaret; ſed alia empta & acquiſita ex re dotali per *l. ſi cum dotem. §. fin ff. ſol. matr* argu. *l. Imperator. §. ſi ff. de leg.* 3. & in terminis videtur text. *in l. maritus. ff. de donat. inter vir. & vxorem.*

Quinto fallit ſi maritus conuentus negauit ſe fuiſſe maritum, per *l ſed hæc ita. in fi. de reg. iu.* & *l. verum. §. fi.* & *l. ſi vnus ex ſocijs. §. fi. ff. pro ſocio.* & in terminis firmatur per Bart. *per verbum, puto*, *in l. etiam. ſol. matr.*

Sexto fallit niſi maritus promiſiſſet alteri quam mulieri dotem reſtituere, per *d. l. Neſennius. & prin.* & procedit ſecundum diſt. gl. not. ibi, & *in l ſi prior. ff. ſol. matrim.*

Septimo fallit ſi mulier in iudicio iuraſſet maritum ſibi debere centum ex cauſa dotis: vt eſt text. not. *in l. nuper. §. ſi mulier. ff. ſol. matr.*

 Octa-

Octauò fallit, ſi vltra dilationem legalem, marito eſſet conceſſa longior dilatio in reſtituenda dote, quam haberet de iure communi: vt in caſu *l. licèt & ibi nota. ff de pact. dot.* text. eſt not. ſecundùm vnam lecturam gloſſ. *in l ſi ex part. § ſed an etiam. ff quòd cum eod.* quam limitationem poſuit Ludo. de Rom. *in. d. l, maritum.* ſed Bart. ibi tenuit contrarium ſecundum aliam lecturam.

Nonò fallit, ſi maritus vel eius liberi artifices ſint: quia ex artificio commodè viuere poſſent: vt eſt glo. *in l. maritus in id. & ibi Doct. ff. ſol. matri.* & not. gl. *in l. ſi quis argentum ff. de donat.* limita etiam vltra prædicta regulam prædictam ſex alijs modis, vt per Bartol. *in d. l. maritum. ff. ſoluto matrimon.*

REGVLA CCCXV.

MARITVS vxorem alere non tenetur, ſi dos ſibi promiſſa non detur. vt eſt gloſſ. nota. *in Authent. de non eligen. ſecundo nu. § ſin. verſic. onera.* & eam expellere poterit, probatur *in l. fin. C. ad Velle.* & illum tex. ad hoc ponderat Bal. Cyn. & Saly. *in l. quod in vxore. C. de nego. geſt.* Bald. *in l. diuiſione. ff. ſol. matri.* & *in l. ſi cum dotem in. §. ſin autem. ff eodem tit.* vbi etiam per Moder. & per Bart. *in l. ſi donaturus. ff. de condition. ob cauſam.*

Primò fallit, niſi mulier, quæ dotem promiſit, dedit id, quòd poteſt marito: quia non tenetur niſi quatenus facere poteſt; vt *l. ex diuerſo. circa princip. ff. ſol. matrim.*

Secundò fallit, vbicunque alius, vt putà pater vel alia perſona promiſiſſet, & daret pater id, quod poteſt: quia hoc caſu non poſſet mulier expelli: quia pater mulieris habet beneficium ne teneatur genero, niſi in quantū facere poteſt, vt *l pen. ff. de iur dot.* & *d. l. ex diuerſo. in princip.* ita tenet Raph. *in d. l ſi cum doten. § ſi mari.*

[illegible] cum *l. ſeq ff ſol. matr.* & optimè & probatur *in [illegible] ben. dereſti.* & ea quæ parit. §. *quia verò.* & nota. [illegible] *in d. l. ſi donaturus.*

Tertiò fallit, vbicunque nulla dos fuiſſet promiſſa viro; quia hoc caſu etiam tenetur alere, nec eam poſſet expellere, vt probatur *in §. qui autem. in auth. quib. mod. natura. efficiantur ſui.* benè facit *l. quòd ſi nulla ff de relig. & ſumpt. funer.* & *c. per veſtras, de don. inter vir. & vxo.* & ita etiam tenet Bal. *in l. pro onerib. §. ſi. ff. de iure dot.* vbi pro hoc allego rationem: quia mulier tenetur operari viro, vt not. *in l. ſicut. C. de ope. libe.*

REGVLA CCCXVI.

MATRIMONIVM contrahere metu pœnæ aſtringi quis non poteſt: tamen ſpe præmij & lucri & illud contrahendum inuitari poteſt. *l. Titia. & ibi Docto. ff. de verb. oblig.*

Primo fallit, quando lucrum percipiendum eſt ante contractum matrimonium ab altero ex futuris coniugibus, vt ſi dixerit, Promitto tibi centum, ſi conſenſeris in me, vt in maritum; quia tunc non valet, cùm contineat turpitudinem, & cauſam turpis amoris, vt *in l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti, in ſi.* & ibi Bart. *ff. de verb. oblig.*

Secundò fallit, quando eſſet amiſſio magni lucri; quia tunc induceretur iuſtus metus. vt per Pet. Ancha. *in c. 1. in ſi. quod met. cauſ. in 6.*

Tertio fallit in matrimonio ſpirituali; in quo nec metu pœnæ, nec ſpe præmii quis poteſt induci: vnde ſi fieret promiſſio Abbati vel Abbatiſſæ de aliquo dando, ſi receperit talem in monachum vel in monialem, non valet; imò eſſet ſimonia. *c. non ſatis. c. quoniam. & c. dilectus, de ſimon.*

Quartò fallit, & quantum ad inſtituendum hæredem; quia aliquo modo non poteſt inuitari per pœnam, nec per præmium, vt *in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de*

ff de verbo. oblig. & per Doct. *in l. cùm donationis. C. de tranſact.*

REGVLA CCCXVII.

MATERFAMILIAS etiam, vt ducatur ad iudicium, perſonaliter capi non poteſt. *l. 1. & Auth. ibi poſita. C. de inoffic. diuerſ. iudi.* & *in Auth. nouo iure. C. de cuſtod. reor.*

Primò fallit ſecundùm Ange. *in l. conſentaneum C. quomodo & quando iudex.* hoc deberet eſſe verum, niſi abſque eius præſentia iudicium expediri non poſſet: quo caſu abſque ſuo debitore in iudicio eſſe poſſit. *l. 1. §. quod agitur. ff. de ventre inſpicien.* & ibi patet exemplum, ſecundùm Angel.

Secundò fallit ſecundùm Bald. *in d. l. conſentaneum.* illud quod dicitur, quòd materfamiliâs non poteſt capi: quia non habet locum in muliere honeſta: ſecùs in meretrice vel luxuriosè viuente, quæ poteſt perſonaliter capi, argum. *Authent. de reſtit.* & ea quæ parit in 11. menſe. *§. fina. colum. 4.* & per Bald. ibi. facit etiam *l. 1. de offic. diuerſorum iudic.* & gloſſ. *in d. l. conſentaneum.* loquitur de matrefamil. licet materfam. dicatur illa, quæ honeſtè viuit, vt not. gloſſ. *in d. l. mancipijs, in prin. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur.* item de illa, quæ eſt notæ authoritatis, vt eſt text. *in l. 3. §. ſi iuſtum. ff. de libe. exhi.* ſed meretrix, & luxurioſa, & leno, & ſimiles non: quia Bald. *in d. l. conſentaneum.* limitat *d. l. 1. & Auth. ibi poſita. C de offic. diuer. iud.*

Tertiò fallit, & hoc limita verum, niſi iſta meretrix haberet maritum: quia tunc propter reuerentiam mariti gauderet priuilegio. *d. l. 1 & Authent ibi poſita.* & fuit dictum Ioan. Andre. *in additio. Speculat. in tit. de iureiuran.* vbi dixit, quòd ſi ex forma ſtatuti puniatur meretrix, impunè offendi non poterit, ſi eſt maritata. *l. ſi vxor. §. diuus tyranno.* & *§. adult. ff de adult.* melius facit tex. *in verſ. præcedenti. in d. l. ſi vxor.* & ponunt Moder. *in l. ſi vero. §. de viro ff. ſol. matrim.*

Quar-

Quartò fallit, quia non habet locum, quando in criminali pro ferendo teſtimonio duceretur: quia tunc [illegible] non poſſet cogi ad iudicium, gloſſ. eſt ſing. *in c. 1. de teſt. cogen.* ſecundùm Lud. de Roma. *in ſing. ſuis.* ratio poteſt eſſe, quia tunc non curatur de honore: ſecus quando pro ſuo crimine conueniretur: quia tunc capi non poſſet, nec duci ad iudici. vel ad carcerem. vt eſt tex. *in Auth vt nulli iudicum. § nouit. verſ. ſi verò, col. 8. & in Auth. ſed nouo iure. C. de cuſtod. reor.*

Quintò fallit, vbi mulier pateretur, & eſſet contenta venire ad iudicium. *c. mulieres, de iudi libr. 6. ibi, in illa ſas.* & ita tranſit Do. Petr. de Anchar. ſed Cyn. & Petr. *in l. nec honores. C. de Epiſcop. & cler.* dixerunt, quòd priuilegio dato eminenti perſonæ, puta, quòd iudex accedat ad illam, *vt l. ad egregias, de iureiurand* non poteſt renunciari. & Ludo. de Rom. *in 70. ſingul* dicit de hoc dicto Cyn. eſſe caſum *in c. 3. §. cæterus, de iud.* ſed dic, quòd fortè ille text. loquitur in caſu ſpeciali in monialibus: ergo in contrarium eſt ius commune. *l ius ſing. de leg.*

Sexto fallit, niſi reſcripto Apoſtolico hoc exprimeretur: quia tunc ad hoc iudicium etiam plures caſus not *in c. 1. de iudic. in 6.*

Septimo fallit in muliere, quæ acceptauit tutelam filii ſui, & renunciauit ſecundis nuptiis; & velaminibus, & omnia alii legum auxilio: quia tunc iſto caſu pro tali debito poteſt capi mulier, & incarcerari, licèt alias non poſſe. ita ſingul. dicit Barto. *in l. ſi quis ſub conditione. in 7 colum. verſic. quæro. quid ſi renunciauerit ſecund. nup. ff. de teſtam. tutel.* ita not. Bart. *in Authent. neque à vero C. quando mu. tute. fun. poteſt. col. 4. verſic. & iſto caſu.*

REGVLA CCCXVIII.

MENSIS mentio quando fit, in dubio de

 men-

menſe 30. dierũ intelligitur ſecundùm Bartol. *in l.cum biſextus.ff.de verb.ſignific.* & Bald. *in Auth. qui ſemel. C.quomo.& quando iudex.* & *in l.eos. C. de appel.*

Primo fallit, quando proſequeretur vltrà lex vel ſtatutum vſque ad 31. diem: quia tunc intelligitur de menſe habente 31. diem. & eſt caſus *in c. cum interioribus, extrà, de temp. appel.* & ſecundùm Doct. *in locis præalleg.*

Secundò fallit, vbi aſſignantur menſes à iudice pro termino partis, vel aliter proferatur ab ipſo, quia tunc intelligitur de menſe habente tot dies, quot habet menſis ille, in quo fuit aſſignatus ille menſis pro termino ſuo. Ioan. Andr. *in c. quàm ſit periculoſum, de elect. in 6.* & ita tenet Bartol. *in l. cùm dixiſti, de verbor. ſignif.*

REGVLA CCCXIX.

MINOR ſi ex forma ſtatuti contrahere non poteſt ſine conſanguineorum conſenſu, ſi contrahat, talis contractus ipſo iure *a* eſt nullus, ita Bald. *in l.ſi quis mihi bona. ff. de acquiren. hæred. §. quod ſi mandata.*

ADDITIO.

a Ipſo iure. *Vide ad materiam, quæ habentur per Bald.*in conſil. 487. in 3. part. *& per Firmianum* in ſuo aureo Repertorio, in verſic. ſtatuta de contractibus, verſic. 57.

Primo fallit, niſi talis pupillus contraheret cum patre: quia in eo caſu ceſſat ratio. nam ſtatim pater eum decipere non præſumitur. *l. fina. in princ. cum ſim. de cur. fur.* & hac ratione requiritur conſenſus conſanguineorum. ita conſuluit Bal. & ipſe Bal. ponit *in l. pactum dotale. C. de colla.*

Secun-

Secundò fallit in quaſi contractibus, in quibus talis ſolennitas ſtatim non requiritur, vt voluit idem Bal. *in l. 1 ff. de acquir. hære.*

Tertiò fallit, ſi contractus pupilli eſſet ad ſui lucrum: ſecùs, ſi ad ſuum damnum: quia hoc caſu requirerentur conſanguinei, vt per Baldum *in d. l. 1.*

Quartò procedit, quando ipſe pupillus habet conſanguineos: ſed ſi non habet, tunc procedit contractus abſque eiſdem, ſecundùm Bal. *in l. turpia, in fin. de legat. 1.* & *in l. 1.* & *l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore.* & *§. ſi autē, in fi ff. ſol. matrimo.* & Angel. *in l. 1. in fin. ff. quod cuiuſque vninom. &c.*

Quintò fallit, ſi habet conſanguineos inhabiles: quia abſque eis contractus procedit, ſecundùm Baldum *in l. 1. C. qui admit.* tutiùs eſt tamen in his duobus caſibus interponi decretum iudicis. *l. vidua.* & *l. furioſo.* & ibi per Bald. *C. de nupt.*

Sexto fallit, niſi iſti conſanguinei reperiantur furioſi: cùm eorum conſenſus non poſſit interuenire. *l. qui ſeruum. ff. de acquir. hæred.* ſecundùm Bald. *in c. cùm hæres, eod. tit.* has limitationes ponit Lud. de Rom. *l. ſi quis mihi bona. § ſi quis in bona ff. de acquir. hæred.*

Septimo fallit, quando mulier & pater geſſere actum minoris, qui principaliter ordinatur ad acquirendum, licèt in conſequentiam ad obligandum, vt not. *in l. quamuis, in princ. de acquir. poſſeſſ.* & Iac. de Aret. & ita Ang. *in l. mutum. §. 1. ff de acquir. hæred.*

Octauò fallit, quando minor diu poſſedit hæreditatem vel curator: quia præſumitur habuiſſe conſenſum propinquorum. ita dicit Angel, *in l. qui in aliena. ff de acquiren, hæredita. § primo.*

Nono fallit, quando illud decretum fuiſſet in hæreditate, nam valuiſſet additio minorum ſine conſenſu conſanguineorum, quæ probatio transfertur in aduerſarium: quia in dubio factus quis non præſumitur debitor. & hoc dicit Ang. de Peruſio *in l. intuitu ff. de acquir. hæred. §. 1.* quod benè not. quia iſta

 eſt ſub-

eſt ſubtilis materia, & quotidiana. nam commune eſt iſtud ſtatutum per Ciuitates Italiæ.

REGVLA CCCXX.

MINOR publicatis atteſtationibus regulariter reſtitui debet, vt teſtes producere poſſit. Bart. *in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. no. nun.*

Primo fallit, niſi minor diligenter inquiſitionem feciſſet in perquirendis teſtibus, antequàm atteſtationes publicarentur, & eos inuenire non potuit. nam ex hoc non fuit læſus dolo aduerſarij, nec ſui facilitate, & ideò non debet reſtitui, arg. *l. fin. C. de in integ. reſti. min.* ita ſingulariter voluit Specul. *in tit. de reſt in integr. in §. fin. verſ quid ſi cauſa.*

Secundò fallit, niſi peteretur reſtitutio ad producendos teſtes ſuper aliqua exceptione dilatoria vel declinatoria iudicij, quæ non concerneret merita cauſæ: quia illud diceretur modicum in iure, dato quòd non probaretur, argum. *l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. manda.* & pro modica læſione non competit reſtitutio. *l. ſicut. de in integ. reſtit.* ita fuit de mẽte Inno. *in c. cauſam fœlicis, de reſtit. in integ.* & Bal. *l. ſicut. & in l. peremptoriam, circa 4. colum. C. quæ ſent. reſc. non po.* vbi etiam ad hoc allegat Archid.

Tertiò fallit, vbicunque minor poterat reſtitui ad probandum crimen, quod oppoſuit contra aduerſarium: vtputà, minor opponit cõtra aliquem, qui erat infamis, vt aliquẽ accuſauit de aliquo crimine. & doctrina Bald. *in d. §. nuncio.* nõ habet locũ in criminali. vt etiam gloſſ. not. *in Clem. non poteſt, in verſic. penult. de procurat.* & not. *Specul. in tit. de reſtit. in integr. in §. ſi quis autem, verſ. ſed pone.* benè facit text. *in d. l. auxilium, in princip.* & hoc not. Bartol. *ff. de minor.* & quod not. glo. *in l 1 § accuſationis, in verbo, meritò conſequenti ff ad Tur.* Adde etiam quod idem voluit Ant. *in c. quod electio* & Abb. *in c. auditis, de reſtit. in integr.* Ludo. de Roma

in

in d. §. nunciatio. ſed in contrarium allego gloſſ. *in l. minor 25. annis omiſſam. ff. de minor.* & ibi Bald. qui dicit, quòd inuenitur quædam deciſ. Specul. quę dicit, quòd minor 25. annis non reſtituitur in integr. vt poſſit publicatis atteſtationibus producere nouos teſtes ſuper eiſdem articulis: ita dicit Bald. in addit. & non in lectu. poſteà dicit, quod ego allego gl. *in l. minor 25. annis omiſſam.* & poſteà ſoluit, aut in tali cauſa criminali veniebat aliquid quærendum minori, & non reſtituitur, aut nihil, tunc procedit doctrina Specular. de hac materia habetur per Bartol. & Bald. poſt gloſſ. *in d. l. minor 25. ann. omiſſam.* per Angel. poſt antiquos in *l. vbi ff. de eden.* & per Bartol. *in l. nam & poſteà. §. ſi minor. ff de iureiur.* & *in l. minor ſit quaſi contumax ff. de min.* & per Cardi. *in Clem. 1. de reſti. in integ.* & 16. *quæſt.* per Io. Andre. Ant. de Butr. & per Imo. *in d. c. auditis.* vbi dicitur, quòd iura, quæ dicunt, quod publicatis atteſtationibus admittitur minor, debent intelligi, quando ſui facilitate fuit deceptus, de qua deceptione debet præcedere cauſæ cognitio: & ſic debet citari pars aduerſa. & idem in Eccleſia, vbi dicit Cardi. *in præalleg. Clement. 1.* quòd ſi etiā habetur teſtis, qui meliùs probat, & ſi vult eum producere ſuper eiſdem capitulis, quod prius requiritur cognitio cauſæ ſuper ſuæ deceptionis facilitate, & videtur etiam verum circa prædicta. ſed adde, quod Iacob. Butr. *in d. l. minor 25. annis. ff. de mino.* tenet contrarium, ſcilicet, quod nunquam reſtituitur, quem text. ibi Bartol. etiam putat ſingul. *in l. qui res, in princip. verſic. tunc applicatur, in gloſ. ſua ff de ſo.* vbi dicit, quod reſtitutio in integ. conceſſa maiori nunquam prodeſt eius aduerſario in aliquo, ſi læſio minoris aduerſarij præceſſit.

REGVLA CCCXXI.

MINOR aduerſus ſolutionem ſibi factam reſtitui debet.

Primo fallit, vbicunque pecunia eſſet deperdita ca-

ſu ſortuitu, non autem facilitate ipſius minoris, quia tunc non poterit reſtitui in integr. aduerſus dictam ſolutionem, ita not. tenet gloſſ. *in l. verum.* §. *ſciendum ff. de minor.* quam ibi Bartol. dicit ad hoc eſſe notandam, & eam reputat eſſe ſingularem Paul. de Caſt. *in d. l. 1. C. ſi aduerſ. ſo.* pro limitatione d. gloſſ.

REGVLA CCCXXII.

MITTI in poſſeſſionem ſi quis velit, contradictorem citari facere debet, qui ſi compareat, & tempore miſſionis expulſus ſit, & non appellet, ad contradicendum ampliùs non admittitur. *l. 1. C. ſi de momen. poſſ. fuer. appel.*

Primo fallit, vbicunque fuiſſet citatus ſimpliciter ad contradicendum, non autem ſub conditione, vt ſi haberet ius contradicendi, & ideo comparcat ſeu comparere debeat: quia modo hæres vel alius qui fecit eum citari legitimo contradictore, non admitteretur poſtea ad dicendum, quod non eſſet poſtea legitimatus contradictor. ita ſingul. limitat Bald. *in l. fi. C. de edic. Diui Adria. tollend.* alleg. not. per Innocent. *in c. cum inter, extra, de except.* & *l. licet.* & not. Bart. & Bald. & Doctores *in l. mulier ff. ſolut. matrimo.* & Bald. *in l. ſuſcepta. C. de inoff. teſtamen.* & Anton. de Butr. *in c. exhibita, in antepenult. colum. C. de iudic.* Canon. *in d. c. cum inter* & facit quod dicit Bald. *in l. teſtamenta, in fin. C. de teſtament.* & Ange. *in l. 1 in §. hæred. ſtipul. in 8 colum. ff. ſi cui pluſquam, per leg. Falcid.* Et ideo, ſi ſtatutum dicit, quod propinqui, vel collaterales, vel vicini poſſint præſentare ſuper venditionibus vſque ad certum tempus, & elapſo tempore emptor denunciat alicui affini, quod ſi vult ſe præſentare ſuper venditione prædicta debeat comparere, iſte affinis comparet, emptor videns, quod affinis comparuit, opponit quod non poteſt: quia elapſa ſunt tempora comparendi. Dicendum eſt, quod ſi emptor citauit ipſum probabiliter,

citatio

[illegible]tatio fuit facta purè, & non conditionaliter, vt ſpecialiter fuit facta illi affini, emptor non poteſt poſtea opponere de inhabilitate: quia citando ipſum ſimpliciter videtur reputare ipſum legitimum contradicentem vel præſentatorem. Et idem eſſet etiam dicendũ, ſi ſtatutum diceret, ſicut eſt Taruiſij, & citatus comparuit: nam tunc non poterit citans opponere, quod non ſit habilis ex forma ſtatuti, ex quo videtur ipſum approbaſſe citando ipſum ſimpliciter: quia paria ſunt, exceptionem non competere, & non poſſe ipſam opponere: vt eſt gloſſ. not. *in l. habebat. ff. de ma. teſt.* Et ideo ſitis cauti in caſibus prædictis, & in ſimilibus, quando vultis ſpecialiter aliquem citari facere, vt concipiatis citationem conditionaliter hoc modo, Citetur talis, vt compareat, ſi habet ius comparendi, vel præſentandi, vel aliquid aliud faciendi, vel ſi ſua putauerit intereſſe, quod non creditur, debeat comparere. & non dicatis, vt faciunt ignorantes, Compareat talis, vel ſi talis vult præſentare, debeat comparere ad deponendum pecuniam, vel aliquid ſimile faciendum: quia tunc videretur approbaſſe perſonam ſuam, vt dictum eſt, quod ſingul. not. quia eſt valde vtile & quotidianum.

REGVLA CCCXXIII.

MISSVS in poſſeſſionem, ſi Reus infra annum veniat, fructus non lucratur. *c. quoniam. §. in alijs. & ibi gl. extra, vt lit. non conteſt.*

Primo fallit hæc regula, quando ipſe Reus non veniret infra annum. nam cum per annum efficiatur verus poſſeſſor, retinebit ipſam rem cum fructibus, non enim audietur ipſe Reus, niſi ſuper proprietate, vt *d. §. in alijs.*

Secundo fallit, quando ſtatutum vel conſuetudo ita diſponeret, vt ipſe miſſus lucraretur fructus infra annum. ad hoc gloſſ. *in Authent. de exhib. reis. § ſi vero.* per quam gloſſ. Bald. *in d. §. in alijs.* hoc videtur velle.

velle, & loquitur in perſonalibus, ſed vide Abb. *in* §. *in alijs*, & diſtingue, vt ibi per eum.

Tertio, quando iudex propter nimiam contumaciam Rei hoc decerneret, vt ipſe miſſus recipiat, vel quod lucretur fructus, vt eſt caſus ſingul. *ff. ex quib. cauſ. in poſſ. ea. l. Fulcinius* §. *fina*. ſecundum Dom. Nicol. *in d.* §. *in alijs*

REGVLA CCCXXIV.

MISSVS in poſſeſſionem in perſonali ſecundo, decreto interpoſito, fructus *a* non lucratur, ſed Reus contumax, licet ipſe cuſtodire poſſit, vt per gl. *in c. quoniam.* §. *in alijs. & ibi per Doct. extra, vt lit. non conteſt.*

ADDITIO.

a Fructus. *Vide* Felin. in c. conſultatio, in fin. circa princ. 3. col. de offic. deleg.

Primo fallit, quando iudex propter victi contumaciam hoc decerneret, vt lucraretur, pro eo caſus eſt ſing. *in l. Fulcinius* § *ſi ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eat.*

Secundo fallit, quando conſuetudo hoc diſponeret, vt voluit ſing. glo. in *Authen. de exhib. reis* § *ſi vero.* quod locum habet pariformiter in ſtatuto, ſi ita diſponat, cum ſit ſeruandum, vt voluit Bal. *in d.* §. *in alijs.* non enim æſtimantur dicti fructus per perſonam, ſi ſint conſumpti: cum percipiantur vitio contumaciæ judicialis, ſecundum Bald. *in d.* §. *in alijs.* quod verè procedere poſſet, quando conſuetudo vel ſtatutum ita diſponeret propter contumaciam, ad hæc. *d. l. Fulcinius*, ſed ſi non ita diſponat, ſed potius reſpectu ad ipſum creditorem, vt lucretur fructus: & tunc cum ſapiat ſpeciem vſuræ, non valeret ipſa conſuetudo vel ſtatutum, vt voluit Bar. *in l. ſi finita.* § *Iulia, de damn. in fect* & Dom Nicol. *in d.* §. *in alijs.* ad hoc quod not. *in d. Clem. vnica, de vſur.*

REGV-

REGVLA CCCXXV.

Monachi, vel clerici in obſides dari non poſſunt, vt not. *in l. 2. C. de pact.* & *in l. 2. C. de pat. qui fil. di.* & gl. *in c. ex reſcripto, de iureiur.*

Primo fallit, quando darentur per Papam, cum ipſe eos dare poſſit. vt ſic vidi: & propriè obſides ſunt, dummodo deutur pro pace, vel ſimili cauſa. argum. 8. *quæſt. 3. c. cuncta per mundum.* & *c. principalem.* & ita procedit gloſſ. *in d. c. vt prædictum eſt. 24. quæſt. 9.* ſecundum Dom. Nico. *in d. c. ex reſcripto.*

Secundo fallit, quando ipſi darentur non vt ſint propriè obſides, ſed vt ſint in certo loco: quo caſu ſi quæratur de clericis ſecularibus, ipſi dari poterunt per inferiorem à Papa, putà, per Epiſcopum, dummodo velint & iurent ita manere, ſicut ſupradictum fuit de laicis, idem erit de monachis per Abbatem ſuum, vt in præalleg. locis Canoniſt. ſequuntur.

REGVLA CCCXXVI.

Monachus teſtamentum condere non poteſt. *c. quia ingredientibus, de teſta.*

Amplia, quia licet ſtatutum vel conſuetudo poſſit habilitare filiumfa. ad teſtandum, vt per Bart. & alios *in l. ſi quæramus. ff. de teſta.* & Imol. *in c. 2. extrà, eod.* tamen conſuetudo vel ſtatutum non poſſunt habilitare monachum ad teſtandum: quia repugnat regulæ monaſticæ *c. cum ad monaſterium, de ſtatu monach.*

Primò fallit, niſi fuerit ſibi data licentia à Papa antè vel pòſt, vt per Bald. *in l. fin. C. vnde legit.* ſequitur Paul. de Caſt. *l. militibus, C. de teſtamen. milit.*

Secundò fallit, quando monachus efficeretur Epiſcopus: quia tunc poteſt teſtari, nō de bonis iam quæſitis monaſterio, ſed de alijs poſteà obuenientibus, ſecundum Speculat. *in tit. de ſtatu monach. verſ. 23.* & ibi Bald. in addit.

RE-

REGVLA CCCXXVII.

Monitio in denunciatione facienda duplex requiritur, vt *in c. nouit* a, *extra, de iudic.*

Additio.

a Nouit. *Vbi vide Felin.* circa medium 7. col. & ſequen.

Primo fallit, quando peccatum eſſet notorium, vt *in d. can. ſecundum illud 45. diſt.*

Secundo fallit in matrimonio impediendo, cum tunc non requiratur aliqua monitio, *extra, de ſponſ. impub. c. ad diſſolutionem.* ſecundum Domi. Ant. qui dicit idem eſſe in peccato committendo, vt voluit *in d. c. nouit.* ſed certe non cadit in his propriè denunciatio prædicta: imò potius quædam iudicis intimatio facta, vt procedat ad peccatum impediendum, in qua non requiritur aliqua monitio. ad hoc eſt quod not. extra, de iureiuran. *c. 1. & c. ad noſtram.*

Tertio fallit in denunciatione facienda in foro ciuili *b*, eo caſu, quo fieri poteſt de plano, vt non requiratur monitio: prout Innocent. *in d. c. nouit.* per ea, quæ habentur *ff. de offic. præfect. vrbã. l. 1. §. quod autem, & § vicarius & de officio proconſul. l. neque. §. de plano.* Sed requiritur in tali denunciatione iudiciali pro eius forma, quod exiſtat in peccato, vt patet in textu. *in d. c. nouit.* vbi de hoc & alia pro ſolennitate requiſita in tali denunciatione facienda, pleniſſime ibi vide per Canoniſtas.

Additio.

b Ciuili. *An autem in ciuilibus monitio requiratur, vide Felin.* in c. 2. ante fin. verſic. not. vberius, vbi quod in ciuilibus, de accuſ. & in c. 1.

REGVLA CCCXXVIII.

Mora aliter quam per interpellationem nõ

committitur, vt not. *in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verborum obligatio.* & gloſſ. *in l. ampliùs. ff. rem. rat. habe.*

Primò fallit in eo, quod debetur fiſco. *l. cùm quid.* §. *fiſcus. ff. de vſur.* & ibi not. & eſt ſing. gloſ. de hoc. & not. Bart. *in l. 1. C. de his quib. vt indign.* & not. Roma. *in d. l. ſi ex legati cauſa ff de verbo. obligat.*

Secundò fallit in eo, quod debetur Eccleſiæ in vltima voluntate, vt eſt glo. ſing. *in* § *item mixta. Inſtit de act.* & not. Bald *in Authen. hoc ampliùs, in 2. colum. C. de fideicom.* & Pet. de Anchar. *in c. acceſſorium extrà. de regu. iur. in 6.* Ioan. de Imo. *in c. breui, extrà, de iure. iur.* & Roman. *in d. l. ſi ex legati cauſa.*

Tertiò fallit in his cauſis, ex quibus debetur minori. *l. in minorum. C. in quib. cauſis in integr. reſtit. non eſt neceſſe.*

Quartò fallit in dote poſt biennium. *l. 1.* §. *præterea. C. de iure dot.* quo caſu per lapſum biennij conſtituitur in mora abſque interpellatione, vt ibi, & not. *in l. diuiſione ff. ſol. matrim.*

Quintò fallit in eo, qui tenetur ex delicto. quo caſu committitur re ipſa, vt *in l. 1.* § *rectiſſimè.* & *l. meritò ff. de vi & vi arm.* æquiparantur enim fur & moroſus. *l. inter ſtipulantem.* § *penul. ff. de verbor. obligat.*

Sexto limitatur in contractibus vltro citroq; obligatorijs, in quibus vnus adimpleuit, nam videtur reipſa alius conſtitutus in mora, vt *in l. curabit, C de actio. empt* & *l. Iulianus.* §. *ex vend. ff. eodem titul.*

Septimo fallit, vbi quis iurauit aliquid præſtare alicui, & illi dare repromiſſam: nam propter iuramentum abſque interpellatione conſtituitur in mora. ita eſt de mente Ioan. Andre. *in c. breui, extrà, de iureiur.* & ibi Ioan. de Imol. ponderat verba Io. Andre. quod valdè not. tamen non puto hoc iure probari. imo in contrarium allego text. *in c. licet ſi de feud fuer. contromar. inter dom. & agn.* coniuncto *c. 1. de form. fidel.* adde, quod ſpecialiter in vaſallo eſt permiſſum, quando

dominus

domino ſuo eminet magnum periculum, niſi præſtet ſuum ſubſidium, ad quod tenetur ex iuramento fidelitatis, dicitur eſſe in mora. & non aliâs, vt ibi *in c.1. §. ad hæc mutatio hic finitur lex Corn.* & not. *in c.1. in verbo, inquiſitio hic de noua forma fidel.* & vide etiam quæ dixi tenendo oppoſitum *in l. quod te. ff. ſi cert. peta.*

Octauò limitur, vbicunque quis promiſit ſe facturum & curaturum: nam tunc non requiritur interpellatio, quia intelligitur quamprimùm poteſt, vt tenet ſingul. Bald. *in d.c.1. §. ad hoc.* per iura ibi alleg. per eum.

Nono limitatur, vbicunque quis promiſiſſet mihi dare centum vſque ad Paſcha ad mei petitionem: nam aduenientе die Paſchatis eſt in mora abſque aliqua interpellatione. ita Bart. ſing. *in l. ita ſtipulatus, in fi. ff. de verb. oblig.*

Decimo limitatur, vbicunque quis promiſiſſet aliquid conſiſtens in faciendo habens tractum ſucceſſiuum, putà ædificare domum: nam ineſt dies, infra quē commodè fieri poteſt. & ideo tranſacto illo die, remittitur ſtipulatio ad intereſſe ratione moræ, in quam quis incurrit per interpellationem domini tacitè. *l. ſi ita ſtipulatus. & ibi not. ff. de verb. oblig.* & *in l. ſi inſulam.* & not. Bart. *in l. ſi ita ſtipulatus. in q. 2. princip. ff. eod. verſ. quæritur quando committitur ſtipulatio.* dum allegat *l. ſi inſulam.* & clarè not. Do. Paul. de Caſtr. *in d. l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te.*

Vndecimo limitatur non habere locum, vbicunque debitor ipſe interpellaſſet, & creditori dixiſſet, ſe velle adimplere quod promiſiſſet, vt debet: quia eſt caſus qui æquipollet interpellationi, vt probatur *in d. c.1. § ad hæc. hic finitur lex Cornel.* vnde videmus, quod ille, qui dicit ſe velle ad cauſam comparere, non eſt de neceſſitate ampliùs citandus, neq; requirendus. *c.1. extrà, de dolo & contũ. lib. 6.* & not. gloſſ. & Docto. *in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex.* & *in l. fin. de integr. reſtit.* & alios caſus vide etiam latè per

tè per gloſſ. *in l. mora , in princip. gloſſ. magna ff. de vſur.*

REGVLA CCCXXIX.

MORA vltima nocet. *l. illud. ff. de petit. & commod. rei vend. cum ſimil.*

Primo fallit, ſi ſumus in diuerſis perſonis: quia vltima mora rei principalis non nocet fideiuſſori, qui conſtituit creditorem in mora ei offerendo, vt eſt tex. ſing. *in l. mora*, & ibi Paul. de Caſtr. *ff. de verb. oblig.*

Secundo fallit fauore Reipublicæ, quia attenditur prima, & non vltima mora, tex. eſt & ibi Bar. *in l. nulli. C de erog. milit. anno. lib.* 12.

Tertio fallit, quãdo hoc fieret in fraudem: quia tunc vltima mora nocet, vt *l. ſi per emptorem, in fi. cum glo. ff. de act. empt.*

Quarto fallit in edicto. caſus eſt & ibi Bart. C. *de erog. milit. anno. lib.* 12.

Quinto fallit, quando quis fuit in mora, & per moram habeatur conditio pro impleta, ita dicit Bald. *in l. 1. in fin. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. factis.* & vide Paul. de Caſt. *in l. ſi ſeruus §. ſequitur. ff. de verb. oblig.*

REGVLA CCCXXX.

MORA purgari poteſt vſque ad litem conteſtatam, ad euitandum condemnationem intereſſe, vel pœnam. *l. ſi inſulam.* & ibi Bartol. *de verborum obligat.*

Primo fallit, niſi interſit Actoris: *l. ſi ita quis. §. Seia. ff eod tit.*

Secundo fallit, quando eſt adiecta dies & pœna: quia tunc non admittitur purgatio moræ, vt per Bart. *in d. l. inſulam in 3. oppoſ.*

Tertio fallit in Iudæis, qui non admittuntur ad purgandum moram: quia contra eos ſeruatur rigor,

 & non

Digitized by Google

bus habetur *in l. 2. C. de ſecundis nuptiis.* & eſt gl. *in c. cum omnes 6. quæſt. 1.*

Primo fallit, niſi mulier nubat de conſenſu filiorum mariti primi: quia tunc euitabit pœnas prædictas. ita tenuit Ang. *in l. mater. C. ad Trebel.* alleg. glo. ſing. *in Authen. de non elig. ſecun. nub. in prin. in verbo. copulatiuè.* quod etiam fortificatur ratione. nam ratio, quare mulier tranſiens ad ſecunda vota infra tempora luctus venit punienda, eſt, quia per ſecundum matrimonium facit iniuriam filiis primi matrimonij: vt §. *certo in Authent. de nupt.* Sed hic ceſſat filiis conſentientibus: quia ſcienti & violenti non infertur dolus. *l. 1. §. vſque. cum ibi not. in gloſſ. ff de iniur.* & *l. 1. de act. empt.* quod etiam videtur ſentire Bald. *in l. hac edictali. verſic. pone ſtatutum, &c. C. de ſec. nup.* & propterea dico quod ſtatutum vel diſpoſitio l. hac edictali. quæ vult matrem tranſeuntem ad ſecunda vota teneri reſeruare lucrum primi matrimonij. & hoc per ea quæ habentur *in l. fœmina. C. eod. tit.* non vendicat ſibi locum, quando filius conſentit ad matrimonium matris: & propterea ſi cupis viduam habere in vxorem, prouideas habere filiorum conſenſum, & quæ dicta ſunt in matre, habent etiam locum in patre: cum & ipſe in pœnas multas incidat propter tranſitum ad ſecunda vota, vt *in Authent. de non eligendo ſecundò nubentes. § eſt quoque.*

Secundo fallit, vbicunque mulier nubat intra annum luctus de conſenſu primi mariti dantis licentiam in eius teſtamento: quia tunc vxor non pateretur pœnas legales, ita ſing. tenet Bal. *in l. filiũ quẽ habẽtẽ. C. fa. mil. erſc.* & *in l. 1. C. de ſecund. nupt.* quia habita licẽtia à teſtatore, videtur habere hanc licentiã à lege, per illũ text. ſed Ludou. de Rõ. *in ſing. ſuo, nũ. 263. incip. tu ſcis,* ponit iſtã quæſtionẽ, & in ea ita diſtinguit, ꝙ aut marit⁹ ita permittit, ꝙ nubat infra annũ, & hoc caſu nõ euitat pœnas iuris. & mouetur iſta ratione, quia nubit infra annũ, ꝙ eſt contra bonos mores de iure Ciuili. & alleg. caſum ſingul. *in d. l. 1. ibi, ne in his, quæ corruptionem*

morum, &c. cum in his teſtator diſponere non poſſit: vt *l. turpia.* & *l ſi quis inquilinos.ff. de legat.* 1. *&c.* aut de permiſſione viri nubit poſt annum & in tali caſu non incidit in pœnas. & dicit de hoc eſſe gloſſ. ſingul. ſecundum eum *in d. § duo. in Authent. de nupt. verſicul. vnum.* & pro hoc ipſe adducit rationem, quare mulier punitur, ſi poſt annum nubat, quia facit iniuriam animæ primi mariti per ſecundas nupt. vt *in §. quia verò. in Auth. de nup. verſicul. nos igitur.* ſed marito permittente nulla fit iniuria. *d. l.* 1. *ff de act. empt. in princ.*

Tertio fallit in muliere minore 25. ann. arg. gl. ſingu. quæ hoc probat *in l.* 2. *C. ſi aduer. delictum. alleg. l. pen. C de his qui not. infam.*

Quarto fallit, quia d. regula procedit de iure Ciuili, ſecùs autem de iure Canon. quia d ll. ſunt correctæ: vt dicit gloſſ. *l.* 1. *C de ſecund. nupt.* per illud dictũ, quod mortuo viro nubat in domino. & idem tenet gloſſ. *in l. liberorum. § non tamen. ff. de his qui nota. infa.* ſed contrarium tenet gloſſ *in l. decreto. C. ex quib cauſ. infa.* & idem tenet *in c. ſi de ſecun nup.* & *in c. ex parte. de appel.* vide per Bald. *in d. l.* 1. *C. de ſecun. nupt.* vbi de hoc diſputat.

REGVLA CCCXXXIII.

MVLIER de Velleiano non certiorata, ſi renunciet, non tenet renunciatio *a, l. antiqua. § ne autem. C. ad Velleianum.*

ADDITIO.

a Renunciatio. *Vide Felin.* in c. ſi diligenti. de fo. comp. circa fin. 3. col. in verſ. circa primum correlarium. *&* in c. ex reſcripto. in 4. col. verſ. in gl. pen. de iureiuran.

Primo fallit, quando renunciatio facta eſt in iudicio, quæ tunc calore iudicij abſque certioratione valet.

lex. vt *l fi. ff. ad. Valleianum.* argu *gl. in. l. rem. §. fin ff de pign actione.*

Secundo fallit, niſi interueniat iuramentum, ſecundum Bartol *in l. ſciendum ff de verb. obligat.* facit quod nota. *in l. ſi duos §. iurauerit. ff. de iureiur* & quod not. Bald. *in Authent. ſacrament apub C ſi aduer. vend* & *in l. 1. C. de reb. cred.* & *in l. 2. C. de peri. & commo. rei vend.* & per Can. *in c. quamuis. de pact. in 6.*

Tertio fallit in renunciatione facta prætextu tutelaris officij, quod pro filijs ſuſcepit, per *Authent. matri & auia. C. quando mul. offic. tu. fungi po.* facit quod not. Barto. *in l. ſi quis ſub condit ff de teſta. tut.* & iſtas limitationes ponit Ludou. de Roma *in l. repudianda. ff. de acquiren. hæreditate.*

REGVLA CCCXXXIIII.

MVLIER Velleiano regulariter renunciare non poteſt. gl. & ibi Docto. *in c. ſi diligenti. extrà, de foro competen.*

Primo fallit, quando ipſa mulier renunciat in iudicio. *l. ſi mulier. §. plane ff. ad Velleia.*

Secundo fallit, quando ipſa mulier renunciat iuris autoritate, vel iure permittente. *C. quando muli. tu. offic. fun. poteſt. Auth.* & *iure.*

Tertio fallit, quando mulier renunciat per contractum ex interuallo: vt per biennium. *leg. ſed mulier. C. ad Velleianum.*

Quarto fallit, quando interuenit iuramentum, tum tunc poteſt abſque dubio *extra, de iureiur. c. cum contingat.* & dicit Ioan. And *in c. ſi diligenti extra, de fo. compet* & præſumitur tunc certiorata, vt voluit Archidiac. *in c. 2. de pact. in 6.* ſecundum domi. Anto. *in d. c. ſi diligenti.* & hoc etiam voluit Bart. *in l. ſciendum ff. de verbo. oblig.* [vide plenius *in d. c. cum contingat.*

Digitized by Google

De litera N.

REGVLA CCCXXXV.

NEGATIO rem dubiam facit. *l.1. C. de procurat.*

Primo fallit, quando notorium eſt in contrarium, argum. *l. tertia, §. dua cauſa. ff ad Carbon.*

Secundo fallit, quando fit poſt concluſionem in cauſa: vt not *in 3. quæſti. 1. nos.* & *l. Pomponius ff. de procur. §. rati.*

Tertio fallit, quando negatur calumnioſe, vt eſt gloſſ. notat. *in l. poſt rem ff. de tranſact.* & *in l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi certum pet.* & vide de hac materia per Inno. *in c. ſtatutum. de officio delegati.*

REGVLA CCCXXXVI.

NOTARIVS ſubſcribens in inſtrumento mutui verbum, numerauit, non viderit pecuniam numerari, punitur de falſo, ſi probatur, quòd nulla pecunia fuerit numerata.

Primo fallit, niſi conſuetudo & ſtylus notariorum illius loci eſſet apponere verbum, numerauit, quando partes confitentur, licèt pecunia non fuerit numerata: quia tunc conſuetudo excuſat notarium. Bald. *in c. 1. in 2. col. de feud. cogni.* & *in l. 1. C. de confeſ. circa fin.*

Secundo fallit, quando notarius atteſtatur in inſtrumento ſe vidiſſe pecuniam actualiter numeratam antequam eſſet rogatus. ita Bal. *in l. ex his verbis. C. de teſta. milit.*

Tertio fallit, quando notarius fuit rogatus, vt conficeret inſtrumentum de conſilio ſapientis, ita in ſimili notat Bal. *in l. captatorias. in 2. col. C. de teſtam. milit.*

Quar-

Digitized by Google

Quarto fallit, quando notarius in inſtrumento dicit, quod talis fuit confeſſus habuiſſe, & recepiſſe centum à Titio dante & numerante: quia iſta verba cenſentur verba cōfeſſionis partium. ita concludit Bal. *in l. 1. in 8. col. C de confeſſ.* idem Bald. *in l. ſi ex precio. C. eod. tit. & in l ſi ex cautione. C. de non numer. pecu.*

De litera O.

REGVLA CCCXXXVII.

OBLIGATIO perſonalis vniuerſalem non ſingularem fundi ſucceſſorem ſequitur: vt *l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebellia. cum ſimil.*

Primo fallit in poſſeſſore rei feudalis, vt poſſit compelli ad pręſtādum iuramentum fidelitatis, quaſi quodammodo ſit ius reale, ita tenet Angel. *in d. l. 1. in §. ſi hares. ff. ad Trebell.* alleg. *l. omnes. § . ſina. cum gloſſ. in verbo, ciuem. ff. vſufruct. quemadmod. caue.* ſed Ioan. de Imol. & Ludou. de Rom. *in d. § ſi hares.* dicunt quod nec ille tex. nec etiam gloſſ. hoc dicit: quia illa gloſſ. loquitur in hærede ſeu ſucceſſore vniuerſali de quo non dubium, vt habetur per Cyn. *in l 1. C. de noua* & ponit Iacobin. & alii *in l 2 ff. ſolut. matrim.* Barto!. *in l. debitorem. C. de pact* & *in c. dilecti. de maior. & obedientia.*

Secundo fallit in cauſa *l pen.* ſecund. Ange. ibi *ff. de acquir. hæredit.*

Tertio fallit in ſubſidium: vt *in l. 1. § . ſi is qui ff. ad Trebel.* & plenè nota. gloſſ. *in ead. l. in §. fin. in glo. magna.* & de materia vide plenè per Ange. *in l ſi debitori.* per illum text. *C ſi aduerſ. ere.* etiam per Bald. *in l 1. C. communia de leg. in verbo, not. hic de dictione. ſuper.* vbi ſingul. dicit quod ſi ſtatutum diſponat, quod in cau-

ſis vertentibus ſuper inſtrumentis procedatur omni modo, non habebit locum, ſi agatur non contra debitorem, ſed contra tertium poſſeſſorem, *per d. §. ſi hæres.* quod dictum ſequitur etiam Petrus de Ancha. *in repetit. c. canonum ſtatuta. de conſtit. in ver. contra iſtam extenſionem, & in quod perpetuò tene menti.* pro quo bene facere quod voluit Ioan. de Imol. *in l. fin. in nez. chart in verſicul. aduerte tamen inquantum dixi, ff. à quibus appel. non licèt.* & faciunt, nota. per Baldum. in repetition. *l. creditores. in 4. quæſtion principali in verſicul. item dubitatur,* quia de ſucceſſione vniuerſali. C. *de pigno.*

REGVLA CCCXXXVIII.

OBLIGATIO facti non obligat quem præcisè ad factum, ſed ſoluendo intereſſe liberatur. *l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig.* & *in l. ſi quis ab alio. ff. de re iudicata.*

Primo fallit, quando obligatio ad factum inducitur à l. præter propoſitum principale eius, qui obligatur: quia tunc poteſt præcisè compelli ad factum. *l. ſi cum exceptione. §. ſed & ſi quis.* & ibi Bart. *ff. quod metus cauſa.* & idem Bart. *in l. 1. ff. de no. oper. nunc.*

Secundo fallit, vbi quis obligatur ad factum ex diſpoſitione teſtatoris: quia tunc præcisè tenetur, nec ſoluendo intereſſe liberatur. *l. fideicomm. § fin. ff. de leg. 2.* & ibi Bartol.

Tertio fallit, quando eſt tale factum, quod de facili poteſt expediri, quia tunc præcisè compellitur ad factum: vt per Ioan. And. *in addi. Spec. in tit. de rebus eccleſ. non alie.*

REGVLA CCCXXXIX.

OBLIGATIO ad intereſſe, & ſic ad pecuniam, dicitur diuidua: & ideo ad quemlibet ex hæredibus promiſſoris agi debet pro portione

Digitized by Google

tione hæreditaria. Bart. *in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig.*

Primo fallit, quando intereſſe petitur iure actionis & obligationis: vt per Bart. *in l. 2. §. ex his ff. de verbor. oblig.* ſecùs autem, quando intereſſe veniret acceſſoriè per officium iudicis neceſſarium: quia tunc cenſeretur indiuiduum, vt per Bar. in d. loco.

Secundò fallit, quando ageretur ad intereſſe ratione moræ commiſſæ, ſecùs ſi ratione doli in faciendo circa ſpeciem reſtituendam: quia tunc competit actio inſolidum in quemlibet committentem dolum. *l. 1. §. ſi apud duos. & l. ſi duo. §. ſi lancem. ff deposſiti.*

REGVLA CCCXL.

OBLIGATIO perſonalis & inſtantia contra ſucceſſorem non tranſeunt. *l. 1. C. ſi certum petatur.* & not. *in c. quia vero, extrà, de iud.*

Primò fallit in caſu *d. c. quia extrà, de iudic.* in quo tranſit in odium ſuccedentis ſcienter in vitium: vt ibi not.

Secundò fallit, quando eſſet inchoata cũ filio: quia tranſit ad patrem, ex quo ſuccedit in bonis: *vt l. ſi tam ex contractibus ff. de iud.* ex eo, quia hodie pater ſuccedit, vt hære. *vt in Auth. de hæred. quæ ab inteſta §. ſi autem.*

Tertiò fallit, quando fuiſſet inchoata cum defuncto ſub nomine dignitatis vel adminiſtrationis: cum tunc tranſeat in ſucceſſorem in dignitate vel adminiſtratione, ſecùs autem, ſi non ſub nomine dignitatis, ſed procuratorio, ſecundùm Imol. *in d. c. quia.* & ibi circa hoc dic, vt habetur *in c. 2. vt lite pendente. in 6.*

Quartò fallit, quando fuiſſet inchoata cum procuratore: quia tunc tranſit: *vt in l. qui nomine. ff. de procurat.*

Quintò fallit, quãdo mortuo accuſatore conſtaret

 de cri-

de crimine accuſati per eius confeſſionem: quia tunc ſi crimen remanet impunitum, inde poterit proſequi illum impunitum, & illum punire *l. quamuis. C. de adulte.* ſecundum Innocent. & Ioan. Andreæ. *in d. c. quia, extra, de iudic.*

REGVLA CCCXLI.

OFFENDENS ſtipulatorem, vel eius perſonam repræſentans, non tenetur ad intereſſe. *l. ſtipulatio iſta §. alteri. ff. de verbor. obligat.* & *in l. cum pœna. ff. de arbitr.*

Amplia etiamſi non offendatur repræſentans ſtipulatorem, ſed etiam extraneus expreſſus in ſtipulatione: quia & tunc non attenditur intereſſe: vt *in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verbor. obligat.*

Primo fallit, quando ſtipulator eſt ſtipulatus pœnam ſibi, quando non daretur illi tertio: quia tunc committitur pœna, dato quod omnino interſit dari illi tertio: vt *in d. §. alteri*, vt probatur *in l. arbiter intra certum.* & ibi Bart. & Bald. *ff. de arbitr.* & Bart. *in l. 1. ff. de iu. fiſc.*

Secundo fallit, quando pœna fuit appoſita nudo pacto iuxta contractum, quia tunc non poteſt agere ad pœnam, niſi ſua intereſſet *l. ſeruus. ead. ff. de ſer. exportandis.*

Tertio fallit in pœnis iudicialibus vel prætorijs, in quibus conſideratur an interſit, alias peti non poſſent: vt probatur *in l. 2.* & ibi Ang. *ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.* & glo. *in §. alteri in verbo, ei Inſtitut. de inutil. ſtipulat.* & Bald. *in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caution.*

Quarto fallit, quando pœna eſt adiecta ſtipulationi acceſſoriè, non autem principaliter, vt in ſtipulat. de iudic. ſiſti ſub pœna, &c. quia talis non poteſt committi niſi interſit. *l. ſi eum. §. qui iniuriam. ff. ſi quis cautio.* intelligendo, vt per Bart. in *l. qui eum ff eod. titul.* & ita voluerunt Rapha. & Fulg. *in l. fin. ff. ſi quis cau-tion.*

Quin.

Quinto fallit, niſi petitio pœnæ fundetur ſuper aliqua cauſa finali: quoniam ſi in illa cauſa non vertitur intereſſe partis, nulla poteſt committi pœna. ita nouiter limitat Petrus de Anch. *in conſil. 66. incipit, pro clariori deciſione.*

Sexto fallit in curia mercatorum, vbi non poteſt peti pœna vltra quam realiter & effectualiter intereſſet vt per Angel. *in conſil. 219. incip. arbitra.* do. Petr. nam & Arc. §. *Cato. in 1. colu. de verbor. oblig.*

REGVLA CCCXLII.

OFFICIALIS dum eſt in officio cum ſubditis contrahere non poteſt. *l. non licet. ff. de contrahend. emptio.* & *l. 1. C. de contra. iudi.*

Primo fallit, quando contraheret non per ſe; ſed per vniuerſitatem, cui præeſt. *l. Caius. ff. de vſuris.*

Secundo fallit, quia in loco originis poteſt contrahere: vt *in l. præſidijs ff. ſi cert. pet.* ſecundum *vnam lecturam.*

Tertio fallit, cum contraheret cum non ſubditis: vt not. *in d. l. præſidis*

Quarto fallit, quia cauſa neceſſitatis poteſt contrahere: *vt d. l. vnica C. de contra. iud. &c.*

Quinto fallit, quia palam & publicè poteſt contrahere. gl. *in d. l. non licet. de contrah. empt.* licet Ricar. teneat contrarium.

Sexto fallit, quando conceditur à rege vel à principe, vt poſſit contrahere. vt *d. l. licet. & d. l. 1. C. de contra. iudi.*

Septimo fallit, quando eſſet officialis perpetuus vt *d. l. præſidis. ſi cert. peta.*

De

De litera P.

REGVLA CCCXLIII.

PACTVM quòd debitor bonis cedere non poſſit, non valet, cum ad carcerem ſe obligare videatur, quod eſt contra bonos mores: vt *l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matrimon.* vbi etiam per Barto. & Cyn. & Bald. *in l. 1. C. qui bo. ce. poſ.* vbi refert id quod per Iacob. de Aret. conſultum fuit. facit quod habetur *in Auth. imò C. de act. & ob.* vbi idem voluit Richar. Mal.

Primo fallit, quando debitor dilapidauit omnia bona. *l. creditor fiſci, in fin. ff. quæ in frau. cre.* pro hoc vltra Bart. facit quia ex delicto, vel propter dolum in contractu commiſſum perdit quis beneficium, ne condemnetur, vel ne cogatur vltrà quàm facere poteſt. *l. ſi rem. ff de re iud. l. 2. §. 1. ff. ſol. matrim.*

Secundo fallit, quando tempore contractus debitor ſciebat ſe non eſſe ſoluendo. *l. pretium. ff. de iure dot.*

Tertio fallit ſecundùm Angel. *in d. §. eleganter.* quando debitor vellet cedere bonis, nec acceptare velit inducias quinquenales: vt *l. fin. cum ibi not ff. qui bo. ce. poſ.*

Quarto fallit ſecundum ipſum, quando acceptauit inducias quinquennales: quia tacitè videtur renunciaſſe facultati cedendi bonis: vt ibi per gloſſ.

Quinto fallit ſecundùm Imol. *in d. § eleganter*, quando ſtatutum prohiberet ceſſionem bon. & hoc voluit Bart. per plures rationes *in l. Titio. §. 2. de condi. & demon.*

Sexto

Sexto fallit, quando debitor præcisè tenetur ad factum: quia tunc poteſt cedere bonis, per Cy. *in l. q. C. qui bo. ced. poſſ.*

Septimo fallit, quando debitor negat debitum: quia ad hoc vt poſſit cedere bonis requiritur, quod confiteatur à princip. aut quod negans conueniatur, & condemnatur, vt eſt text. *in l. fin. ff. de ce. bo.* vel ex poſt facto confiteatur vel neget: & hoc eſt, quod ſubtiliter ſentit Bald. *in d. l. 1. C. qui bo. cede. poſ.* quia multum facit quod negans maritum perdit beneficium, de quo *in l. maritum ff ſol. matr.* & eſt tex. *in l. ſed hoc ita. § ſi de re iud*

Octauo fallit, quando perſona eſt affecta, non reſpectu alicuius præſtationis, ſed officij: quia tunc ceſſio bonorum nihil ſibi prodeſt. *l. ſi quis vniuerſale. C. de epiſc. & cler.* ſecundùm Bal. ibi in fin.

Nono fallit, quod ſicut in foro pœnitentiali non habet locum beneficium in condem. vt exigatur vltrà quàm facere poſſit, & ſecùs ſit in contentioſo, vt eſt gl. not. *in c. cum tu. in verſi. facultatibus. extrà, de vſu.* & ibi Abb. Sicul. ita videtur quod bonis cedere non poſſit, ſed dubium facit; nam facilius denegatur primum tanquam beneficium ſpecialius. arg. *l. eius militis. §. militia miſ. ff. de mili teſta.* ſed non videtur debere conſequi dictum beneficium poſt ceſſionem, ne condemnetur vltrà quàm facere poteſt; licèt ſecus in contentioſo: vt gl. *in d. c. cum tu verſic facultatibus, extrà, de vſu* & ibi Abb. & ita dici videtur, quod non poſſit cedere bonis, iuxta *l. qui bonis.* & *l. 1. ff. de ce. bo.* & hoc caſu loquitur gl. & Abb. *in d. c.*

Decimo fallit, nam non poteſt quis cedere non bonis in præiudicium reipu. *vt l. nemo cedere. C. de exact. tribu lib.* 10.

Vndecimo fallit, quando quis eſt obligatus ex inſtrumento guarentigiæ, quod habeat executionem paratam, contra quam guarentigiam poſſit opponi exceptio ceſſionis bonorum: nam per huiuſmodi ceſſionem bonorum debitor non liberatur: vt *d. l. 1. C. qui bo.*

Digitized by Google

bo.ce.poſ. & ita dicit Angel. *in l. nemo carceratus C. de exac libr. 15. in ſua repetitione*, ſed diceret aliquis quod Bald. *in d. l.* 1. tenet contrarium, dum dicit; quod ſtante ſtatuto, quòd inſtrumentum guarentigiatum mandetur executioni per carcerem, vel aliam iuſtitiæ viam, quæ placuerit creditori; poteſt cedere bonis: per not. *in d. l. fin. §. in computatione. C. de iure deli.* quia non poteſt videri beneficium ſublatum ceſſionis: ſed dicas quod Bald. & Angel. in diuerſis caſibus loquuntur in terminis. nec ob. Angel. & Bartol. nec gloſſ. nec Angel. *in apoſti. in d. §. in computatione.* vbi tenet quod ſtante ſtatuto inſtrum. confeſſionatum habeat executionem contra debitorem & eius bona; intelligitur niſi hæres fecerit inuentarium, & ſic ſtatutum recipit interpretationem à iure communi *l. 2. C. de noxa. cum ſimil.* nam eadem ratione videtur interpretandum, niſi cedendo bonis: quia exceptio ceſſionis permiſſa à ſtatuto in terminis ſimpliciter, confirmat regulam ſtatuti in non exceptuatis. *l. nam quo ff. de penu. legat.* & ſi ſtatutum remouet vniuerſaliter omnem aliam exceptionem, & ceſſionis bonorum, quod facere poteſt: vt dixi *ſupra in 5. fal'e.* cum per huiuſmodi factum ſuum deludat creditorem & ſtatuariam diſpoſitionem. dictum vero Baldi non præſupponit ſtatutum recipere aliquam exceptionem, quæ habeat confirmare regulam in non exceptuatis. & ratio vera dicitur in terminis ſuis: licet Paul. de Caſtr. *in d. §. eleganter.* improbauerit Bald. contra quem dicit vidiſſe Florentiæ ſeruari, & quod ibi omnes fauent dict. Bald. ſed parcat mihi reuerentia ſua, malè dicit & non aduertit ad ea, quæ dixit: & ideo tene menti: quia faciet tibi magnum honorem.

Duodecimo fallit, ſi maritus eſt conuentus de dote conſtante matrimonio: quia non poteſt cedere bonis, ſicut non habens beneficium; ne condemnetur vltrà quam facere poſſit. & ſic etiam dicto caſu receditur à quibuſdam alijs regulis, per ea quæ dixi *in d. §. eleganter. & in d. l. ſi conſt. ff. ſol. mat.* per alios: nam dicto

caſu

caſu non poteſt facere mulier eum incarcerari, eo non exiſtente ſoluendo. facit text. *in l. ſi cum dotem. §. ſi autem in ſæuiſſimo.* per Doct. *in d. ver. d. l. conſtante.* & ſic ceſſat ratio, propter quam fuit inuentum beneficium ceſſionis bonorum, cauſa euitandi carceres, *C. qui bo. ce poſſ l* 1.

Tertiodecimò fallit, quando non vult præſtare cautionem, quòd ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, ſatisfaciat inſolidum, aliàs quatenus facere poterit: imò debet de vltima cauſa cautionem offerre. *l. vnica. §. cum autem. de rei vend.* vbi text. in fin. loquitur conditionaliter per ablatiuum abſolutum, per quem tex. etiam ſolenniter limita *l. maritus.* & *l. ſi miles. ff. ſol matrim.* nam ſi vult gaudere illo beneficio, debet cautionem præſtare, & vltrà etiam offerre & quod præſtare deberet, & etiam cautionem: vt voluit Raph. Cuman. *in d. l. maritus.*

Quartodecimò fallit ſecundum quaſdam, quando non confecit inuentarium: quia præſumitur eum eſſe malignum, & ſic eſſe in dolo. vt *in Authent. de hære & Falc. § ſancimus. col.* 1. ideò non poteſt cedere bonis vt ſuprà, in prima & ſecunda fallen. Tu autem ſuper hoc caſu diligenter aduerte, quia ſi facit inuentarium, propter tale inuentarium non poteſt perſonaliter capi, vt tene. Bal. & Moder. *in l fin. in § in computatione. de iu. del.* ergo tunc non eſt opus beneficio ceſſionis bonorum, ne propter non confectum inuentarium videatur & dicatur adeò delinquere, quod perdat beneficium ceſſionis per *d. l.* 1. quæ indiſtinctè loquitur. & lex ponit remedium & beneficium ad euitandam ſeruitutem carceris, & vlterius poteſt imaginari plures alios caſus, in quibus quis non poteſt cedere bonis, videlicet in omnibus in quibus non poteſt quis perſonaliter capi & incarcerari: quia tunc ceſſat ratio inductiua facultatis cedendi: vt *d. l.* 1. *C. qui de bo. ce. poſ.* & dicta locum habent in clerico, qui regulariter cedere poteſt: vt in c. dominus. extrà, de ſol. & habet beneficium, ne exigatur

vltra

Digitized by Google

vltra quam facere poſſit: vt eſt glo. *in l. miles. in prin ff. de re iud.* & etiam eccleſiæ, quæ ſimiliter bonis cedere poteſt, vt ſolet allegari tex. fin. *in Authen vt determinatus ſit numerus clericorum in §. cum vero demonſtrabiles, in 1. colum. ibi ſecundum Adria omnem infeliciſſimam cauſam, &c.* Ex quibus enim dico, quod ſicut in duab. primis falle Bart. poteſt renunciari per pactionem beneficio ceſſionis bonorum, eadem ratione & in alijs fallentijs prædictis, ſicut eſt in eiſdem. ſicut etiam dicimus valere pactum, vt creditor poſſit capere debitorem propria auctoritate, iuxta ibi notata, hoc accommodari poteſt ad antedictas fallentias, & cæt. idem ſequitur eadem ratione, vt valeat pactum, quod obliget ad crimen publicum vel priuatum, ſecundum *l. 5. ff. de adul.* & facit, quia hæc pacta dictis caſibus concordant iuri communi. *l. legitima ff de pact.* cum ibi not. per gloſſ. & Doctor. & in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus, *l in rem. §. item perforationem. ff de rei vend.* & *l ſed cum paruo. ff de bon. poſſ.* & quia conſtat ratione, quod non eſt contra bonos mores.

REGVLA CCCXLIIII.

PACTVM de hæreditate certo modo diſponenda vel diuidenda non valet. *l. fin. C. de pact.* & *l. quidam, de iure. § fi. ff. de dona.*

Primo fallit ſi interueniret conſenſus illius, de cuius hæreditate agitur, & in eo perſeueret vſque ad mortem, per *d. l. fi. C. de pact.*

Secundo fallit, quotieſcunque fit pactum ſuper hæreditate incerti hominis: vt probatur *in l. 3. ff. pro ſocio.*

Tertio fallit, quotieſcunque tale pactum fieret in conſequentiam alterius contractus liciti præcedẽtis: vt eſt caſus *in l. ſi ſeruum in prin. de act. empt.*

Quarto fallit, vbi fieret pactum ad liberandum paciſcentem, puta, quia filius daret certum quid creditoribus

toribus hoc pacto quod ipſum nõ moleſtent, ſi contingat eum ſuccedere patri, *l. iuriſgent. idem prob. §. filius. ff. de pact.*

Quintò fallit, vbi hæreditas veniret acceſſoriè: vt quia in hæreditate vendita continebatur ſubſtitutio pupillaris. *l. 2. §. illud. in verbo, maximè. ff. de hær. vel actio. vendita.*

Sextò fallit in patre emancipante filium, & accipiente aliquid in præmium emancipationis. *l. 1. §. ſi vel parens. ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus.*

Septimò fallit in filio ſpurio, vel naturaliter legitimato: quia tempore quo legitimatur, poteſt facere pactum de non ſuccedendo patri: vt per Bart. *in l. quaſitum. ff. de adopt.* ſequitur Rom *in l. qui ſuperſtitis. de acquir. hæreditate.*

Octauò fallit, quando filius paciſcens accepiſſet tantum à patre, quantum aſcendebat ſua legitima: quo caſu valet pactum, ſecundùm alium intellectum per *d. §. ſi vel parens.* & per Bald. & Angel. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verbor. oblig.* & per Barto. & Bald. *in l. fin. C. de pact.* contrarium tamen tenuit idem Bald. *in l. pactum. C. de collat.*

REGVLA CCCLV.

PACTVM factum de hæreditate perdenda, non valet. *l. fin. de ſuis & legit.* & *l. pactum. C. de colla.* & *c. quãuis, de pact. in 6. l. ſi quando. C. de inoffi. teſtã.* & ibi põnitur ratio, ſed nõ generalis: quia in filijs tantùm aliam ponit Bart. *in l. ſtipulatio hoc modo, de verbor. oblig.* Sed contra eam facit text. *in l. 1. C. de pact.* aliam ponit Bald. *in l. pacta in l. quæ contra, eod. titul.* aliam ponit Bald. *in l. quamuis. C. de fidei com.*

Primò fallit, quando habet admixtum delictum, vt *l. 1. § ſi vel parens. ff ſi quis à par. fue. ma.* ſecundùm vnum intellectum.

Secundo fallit, quando recipit ſuum debitum ab illo qui renunciat, *vt in d. §. ſi vel parens* ſecundùm alium intellectum.

Tertio fallit, quando pater paciſcitur de non ſuccedendo filio: quia poteſt, quia non eſt contra, ſed præter ius naturale, vt dicit Baldus *in d. l. quamuis*.

Quarto fallit ſecundum Angel. *in l. repeti. ſua d. l. ſtipulatio*, quando pactum non eſt inter patres & filios, ſed fit inter alias perſonas de hæreditate: quia tunc dicit, quod valet, prout occurrit in Eſau, qui remiſit iura ſua primogenituræ fratri ſuo Iacob. ſed hoc dictum reprobat Raph. & concord. Moder. *in l. de quæſtione. C. de pact.* ſed poſſet reſponderi, *d. l. de quæſtione*, quod ibi non erat pactum de perdenda poſſeſſione.

Quinto fallit, quando interuenit iuramentum, vt *in c. quamuis, de pact. in 6*.

REGVLA CCCXLVI.

PACTVM factum de ſuccedendo cum eo, de cuius hæreditate agitur, non valet. *l. ex eo. C. de inutilib. ſtipulationibus. l. fina. C. de pactis. cum ſimilib.*

Primo fallit, quotieſcunque tale pactum eſſet approbraum à ſtatuto vel conſuetudine, vt per Bald. *in l. cum Archimedorã. C vt in poſſeſ. leg.* de quo tamen per Moder. Bono, *in l. pactum. C. de collationib.*

Secundo fallit in militibus tendentibus ad bellum, inter quos valet pactum de inuicem ſuccedendo, *l. licet. C. de pact.*

Tertio fallit, vbi pactum de ſuccedendo non tollit directo facultatem teſtandi, ſed reſeruatur alia forma diſponendi de bonis. *l. quidam cùm filium, de verbor. oblig. iuncta gloſ. magna, in fin* ſecundum Roman. *in l. ſtipulatio hoc modo. in 12. col. eod. tit.*

Quartò fallit, vbi pater, cui pactum factum eſt, decederet inteſtatus: nam tunc valet inter liberos: quia nihil

nihil refert quomodo declaret voluntatem ſuam, *in l. fin C. famil. erciſc.*

Regvla CCCXLVII.

Pactvm factum per patrem filio, quòd non poſſit eum exhæredare propter ingratitudinem, valet. *l. omnimodò.* C. *de inoffic. teſtam.*

Primo fallit, vbi non remitteretur ingratitudo præterita, ſed futura: quia tale pactum inuitat ad delinquendum. *l. cùm venire.* & ideo non valet. *ff. de pact. dota. l. quidam decedens. ff. de adminiſtrat. tutor.*

Secundo fallit in caſu *l. 2. C. de libertis & eorum liberis.*

Tertio fallit, niſi remaneret incapax hæreditatis in genere, non obſtante tali remiſſione, ſecundum Imol. & Gemin. *in c. 2. de pact.*

Regvla CCCXLVIII.

Pater filiam dotare tenetur. *l. filiam* a. *C. de dotis promiſſ.*

Additio.

a Filiam. *Adde Do. Pet. Phil. Corn.* in conſil. 242. in litera N. in 5. par. *& Feli.* in c. quæ in eccleſ. in 24. colum. ſtatim poſt medium, de conſtitut.

Primo fallit, ſi filia eſſet Iudæa vel hæretica, quia non tenetur illam dotare, gl. eſt ſing. *in l. ſi verò. ff. de in rem verſo.*

Secundo fallit; quia non tenetur dotare filiam naturalem, niſi ſit pauper. ita notat Bald. *in l ſi, de iure doti.*

Tertio fallit, ſi pater eſſet egenus, & non poſſet eam dotare, ſecundum Ludou. *in l. 1. in 3. col. ff. ſolut. matrimon.*

Quarto fallit, quando accepit virum indignum ſine con-

conſenſu patris·ita not. Lud. *in d. l.* 1· aliâs Bal. *in l. fin. C. de dot. promiſſ.*

Quinto fallit, quando eſſet contractum cum viro ſine dote: quia non tenetur illam dotare pater. Ludouic. *in d. l.* 1. & ita dicit Bart. tenuiſſe. Sed Bal. tenet contrarium *in Authen. res quæ, C. commun. de leg.*

REGVLA CCCXLIX.

PATER promittens decem pro filia, ſi poſt ei leget, animo compenſandi dotem promiſſam legare videtur *l. ſi quis mandati. §. cùm pater. ff. de legat* 1. *cum concord.* de quib. in glo. tex. *in Auth. prætereà, in fin. l.* 3. *C. vnde vir & vxor.*

Primo fallit ſecundùm Oldrad. Bartol. Bald. & Paul. *in d. §. ſi pater.* vbicunque in legato eſſet ſpecies relicta, & pro dote fuiſſet promiſſa quantitas, & econtrà & ita intelligunt. *l. ſi pater pro filia. ff. de col. dot.* Bal. *in l. quoniam in prioribus, in penult. colum. C. de inoffic. teſtament.* & *in l. ſi vxor. C. de bonis authorit. iudic. poſſid.* idem tenet Baldus *in l. Neſennius. ff. de negoc. geſt.* cùm regulariter de quantitate ad ſpeciem non fiat compenſatio, vt *in l. ſi conuenerit, in princip. ff. de pignorat. actio.*

Secundo fallit hæc limitatio, quia eſt contra §. *ſi pater.* & contra *Auth. prætereà, in fin.* vbi dicta iura non admittunt hanc diſtinctionem, & iſtam vniuerſalem tenet Io. de Imo. *in d. §. cùm pater.* & *in d. Auth. prætereà.*

Tertio fallit in dicta regula, niſi filia eſſet cum alijs hæredibus extraneis inſtituta, vel etiam cum fratribus, qui ex parte tantùm præcipui lucri percepiſſent, quantùm fuit legatum: & tunc dotem præcipuam habebit, nec compenſabitur cum legato, vt in inſtitutione relicta de ipſa filia, & ita tenuit Bald. Rapha. & Ludouic.

douic. de Roman. *in d. §. ſi pater.* & allegant tex. ſingul: *in l. final. C. communia vtri.* tamen in contrarium videtur gloſſ. *in d. l. Titia §. qui inuita, in verb. veriſimile,* ibidum gloſſ. maximè dicit in illa implicatiua. & etiam Imol. ibi. *ff de lega,* 2.

Quarto fallit ſecundùm Ioan. de Imol. *in d. §. pater filia.* & *in d. §. cùm pater.* vbicunq; pater nō dixiſſet filiæ, Lego pro dote, ſed ſimpliciter dixit, Lego, quia tūc vtrunque debetur, vt *in d. §. ſi pater.* ſed contrarium tenuit ibi Bartol. & ſcribentes, quia obligatus ex cauſa neceſſaria à lege inducta, prout eſt pater, qui ex neceſſitate tenetur dotare filiam, videtur legare animo compenſandi, ſecundùm *d. Authent præterea.* & *l. etiam.* & *l. debitor. ff. de bon. quæ liber.* nam arctat patrem ad duo, ſcilicet ad coniungendam filiam in matrimonium, & ad dandum dotem, vt *l. qui liberos. §. fin. ff de ritu nupt* & not. gloſſ. reputata ſingul. *in l. obligamur. §. lege. ff de actio. & obliga.* quam magis communiter ſequuntur Doct. Bal. *in Authen. res quæ. C. communia de leg.* & Nicol. *in Rubri. ff ſolut. matrimon.* Bald. Imol. & Raph. *in l. 1. eodem tit.* Bald. & Angel. *in l nupta, in princip. ff ſol. matrimo.* & per Abb. *in c. 1. de adult.* licèt Barto. *in d. Authent. res quæ.* & *in d. l. obligamur.* teneat contrarium. & benè not. quia eſt pulchrum. Item pro hac opinione facit, quia pater ſimpliciter legans, videtur ſine dubio pro dote legare, vt ſingul. dicit Barto. *in l. quod autem in ſtipulatio. ff de iur. dot.* per illum text & probatur *in l tali. §. fina. coniuncta gloſſ. ff. eod tit. cum vulgarib* Item, quia ſi dixit, Lego pro dote, perinde ac ſi dixiſſet, Lego cauſa compenſandi pro dote. textus eſt menti tenendum ſecundùm Bal. *in l. 1. C. de rei vxor actio.* & hæc eſt communis opinio, quam tenet gloſſ. *in d. §. cum pater, in verbo eadem.* & eā ſequitur Dyn. & Iacob. de Aret. Petr. Barto. Bald. & cōmuniter omnes, ibi, & Cyn. & Bald. *in l. filia. poſt gloſſ. ibi. C. de leg.* & eſt de mente gloſ. fin. *in l. cùm pater § fin ff de iure dot.*

Quinto fallit dicta regula, vbicunque quantitas le-

legati non concurreret cum quantitate dotis : quia tunc non præſumitur animus compenſandi. & hoc tenet Paul. de Caſt. *in d. §. cum pater, in lectura Bon. alleg. l. cum centum. ff. de adim. leg.* ſecundum Imol. Iacob. de Aretin. & Bartol. *in d. §. ſi pater.* ſed iſtud non videtur verum per *Authent. præterea.* vbi non attenditur, an fuerint quantitates relictæ pares & diſpares: quod etiam tenet Bald. *in l. Titia, §. inuita, de legat.* 2. Bald. & Imol. *in d. l. cum pater.* per *l. Luci. ff. de legat.* 2. Bal. & Ang. & Imol. *in d. l. ſi pater. ff. de collat. do.*

REGVLA CCCL.

PATER filium ſua legitima regulariter priuare non poteſt, vt *in l. ſi quando. C. de inoffic. teſta.* & *l. quoniam in prioribus. C. eod. tit.*

Primo fallit, vbicunque pater ex cauſa oneroſa omnia ſua bona promittat alteri poſt eius mortem: nam cum legitima eius detrahatur poſt æs alienũ, vt *l. Papinianus, §. quarta. ff. de inoffic. teſtam.* deductis illis bonis, vt æs alienum, nihil reſtabit filio, & ſic filius hoc caſu priuabitur legitima. ita tenet Dyn. *in l. hæreditaria. ff. de bon. author. iudic. poſſid.* ſed Bartol. ibi dicit non eſſe bonum: quia adducit pactum de non petendo, iuxta dictum Auguſt. Qui vult, inquit, filium exhæredare, & alium inſtituere, ab alio quàm ab Auguſtino conſilium quærat. de quo nor. gloſſ. *in l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſcop. & cler.* ſi tamen appareat de fraude, filius poſſet reſcindere vendi. pro ſua legitima, vt tenet Ioan. de Platea *in §. item ſi quis, ad. fin. Inſtit. de inut. ſtipu.* & per Bart. *in d. l. hæreditaria.*

Secundo fallit, quando pater inſtitueret filium in nuda proprietate, & alium in vſufructu, dummodo valor dictæ proprietatis æquiualeat legitimæ: nam tunc etiam hoc caſu habebit legitimam inutilem. ita tenet Angel. *in §. prohibemus.* per gloſſ. ibi *in Authent. de trien. & ſemiſſ.* adde Bartol. *in d. l. hæreditaria.* ſed

iſte

iſte modus cum reuerentia Doct. non eſt verus, & contra text. *in Auth. nouiſſima, & ibi gloſſ. C. de inoffic. teſtamen.* vbi filius debet habere vſumfructum ſuæ legitimæ, de quo Barto. tangit *in l. vxori meæ, de vſufructu legat.*

Tertio fallit, quando pater haberet in hæreditate ſolos ſeruos, & eos manumitteret: nam tunc filius nihil habebit, vt probatur *in d. §. prohibemus.* alios caſus, in quibus poteſt filium priuare, vide per gloſſ. nota. *in c. Quintauallis, de iureiuran. & in §. aliud quoque, in Authent. vt cum, de appella cog.* Adde quod in alijs eſt caſus, quo pater filijs & filiabus poteſt denegare alimenta, glo. & ibi hoc expreſſe tenet Barto. *in l. ſi quis à liberis §. idem iudex de liber. agnoſc.* & idem Bart. *in l. ſi pactum.* & *l. fi. C. de lib. agnoſc.* & *l. diuus. ff. ad leg. Pomp de parricid.* & idem tenet Ioan. Andre. & Petr. de Anchar. *in d. c. Quintauallis.* de quo ſe remittunt. *ad Spec. in tit. qui filij ſint legit. verſic. quod ſi filia. & verſic. ſeq.* dicit tamen Spec. *in tit prealleg.* quod ſi filia vult pœnitere de peccato, vt quia luxurioſa erat, & tunc vult ſeruare continentiam, pater debet eam alere, argum. *c. ferrum. 50. diſtinct.* & hoc ſequitur Barto. Ioan. de Imo. & Do. Abb. *in d. c. Quintauallis.* qui plus dicit, quod etiam pater tenetur eam dotare: quia cauſa dotis non eſt minus fauorabilis, quam cauſa alimentorum, vt not. Cyn. *in l. non idea. C. de administrat. tutor.* facit *l. 1. ff. ſolut. matrimon.* & faciunt not. per Bartol. *in Authent. expreſſi. C. de incœſt nup.* vbi dicit, quod pater poteſt relinquere filio ſpurio vſque ad quantitatem ſufficientem in alimentis, & eodem modo filiæ ſpuriæ pro dote: quia ſine dote non poteſt alicui nubere, quæ omnia bene nota.

REGVLA CCCLI.

PATER licet alienationem inter filios fieri prohibeat, tñ vltra ipſos, niſi expreſſe dixerit,

regulariter talis prohibitio non extenditur, gloſſ.eſt.reput.ſingul.*in §.nos igitur, in Auth.de reſtit.fideicom.* & idem tenet Dyn.Rayn. Barto. & Io.de Imo.*in l.ſi tibi homo,in §. Diuus Seuerus. ff. de legat.*1.Bald.& Sali.*in l.voluntas.C.de fidecom.* Bal. *in l. Lucius,in princip.ff. de liber. & poſthu.* & Bart. *in l. Lucius, in §. 1.ff. de legat.* 3. & Bald. *in l. quiſquis.C. ad legem Iul.maieſtã. cum alijs concordantijs.*

Primo fallit, vbicunque pater non prohibuiſſet filios,ſed liberos,ne alienarent, quia tunc huiuſmodi prohibitio extenderetur etiam ad nepotes & alios deſcendentes,vt not.Cyn.*in l.voluntas. C.de fideicommiſ.*

Secundo fallit, quando teſtator non prohibuit filios,ſed hæredem ſuum, quia tunc intelligitur prohibitus hæres hæredis,vt probatur *in l.pater.§. Iulianus. ff.de legat.*3. & *l.Lucius*, argum. à contrario ſenſu, de quo vide plene per Bartol.*in l.filiusfam.§. Diuus Seuerus.ff.de legat.*1. *& l. Lucius.ff.de legat.* 2. & per Cynum *in d.l.voluntas.C. de fideicommiſſ.* & per Ludou. de Roman,*in l.ſi quis.filium.ff.de acquiren. hæred.* & vide etiam optimum text.*in §.penult.in Authent.de reſtit.fideicom.*vbi dicitur, quòd licet hæres prohibeatur alienare fundum,vt in familia remaneat,dicta tamen prohibitio non extenditur ad quartum gradum, ſeu ad quartam generationem poſt teſtatorem, vt eſt caſus notabilis *in d.§.penulti.* & ibi etiam per Angel. & tetigit Barto. *in d.§.Diuus Seuerus.*

REGVLA CCCLII.

PATER filijs naturalibus legitimis exiſtentibus,vnam vnicam tantum legare poteſt, tenet.gl.*in l.cogi, in §. 2. qui. ff. ad Trebellian.* quam gloſſ.ſequitur Ludouic. de Roman. dicens illam

lam eſſe ad hoc ſingulariter no. pro qua videtur caſus expreſſus *in l.2.C.de natur.liber.* & idem etiam tenet gloſſ. *in l.Lucius, in princip.ff. de vulgar. & pupil.* quæ gloſſ. iuncto tex. probat, quod olim de iure fforum filius naturalis poterat in totum capere hæreditatem patris, & ſic vltra vnciam, licet contrarium teneat gloſſ. *in l. Plautius, ff. de condit. & demonſtrat.* quæ tenet, quod etiam hodie pater poteſt eis legare duas vncias exiſtentibus legitimis.

Primo fallit, vbicunque filius naturalis eſſet vulgariter ſubſtitutus in totum, tunc filio legitimo repudiante filius naturalis vulgariter ſubſtitutus poterit capere totam hæreditatem, ac perinde erit ſi eſſet legitimus. ita ſingul. tenet Bartol. *in l. is qui bonis. ff. de vulg. & pupil.* quem ſequuntur ibi Iacob. de Aret. Dyn. Bald. & Angel. & communiter omnes, & aſſignant rationem, quia ſicut poteſt filius naturalis tantum, non exiſtentibus legitimis & naturalibus capere vltra vnciam, vt in *Authent. licet. C. de naturalib. liber.* ita poteſt filius naturalis ſubſtitutus vulgariter in totum, quia tunc demum vocatur filio legitimo repudiante: quo caſu perinde eſt ac ſi non extarent legitimi, argum. *l. 2. §. fin. & §. ſi filius. ff. de bo. qua liber. cum ſimilib.*

REGVLA CCCLIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PATER ad filium a emancipandum regulariter compelli non poteſt. *l. nemo poteſt. ff. de adoptionib. Inſtitut. quibus modis patr. poteſt. ſolu. §. filij.*

ADDITIO.

a Filium. *Vide remiſſiones datas per Iaſ. Mayn. in Au-*

in Authent. ſi qua mulier, de ſacroſanct. Eccleſ. nume. 48.

Primò fallit in quatuor caſibus enumeratis ibi *in gl.* § *filij*, & *d. l. nemo pōt*: putà, ſi agnouit legatum relictum filio ſub conditione, ſi emancipet eum, vt *in l. ſi cui ff. de cond. & demonſt.*

Secundò fallit, quando vitricus adoptat priuignum ſuum impuberem, & factus pubes doceat non expedire ſe eſſe in poteſtate patris adoptiui, vt *l. nonnunquàm. §. fin. cum ſeq. ff de adop.* quem caſum gloſſ. illius l. extendit ad quemlibet adoptiuum.

Tertiò fallit, ſi pater proſtituit filiam, imponens ei neceſſitatem peccandi, vt *l. ſi leones, C. de Epiſcop. audien.*

Quartò fallit, quando pater contra pietatem paternam afficit filium iniuria. *l. fin. ff. ſi quis à parent. fuerit manumiſſ.*

Quintus caſus eſt, qui non numeratur in d. glo. videlicet, quando filius promiſiſſet aliquid patri per ſtipulationem: nam poteſt tunc compellere, vt ipſum emancipet per officium iudicis, vt eſt caſus notab ſecundùm Docto. *in l. virum ff. de verb. oblig. cum ſimilib.*

REGVLA CCCLIIII.

PATER ſi filio aliquid donat, illud in legitimam non computatur, niſi dictum ſit, vt *in l. ſi quando. §. generaliter. C. de inoffic.*

Fallit, niſi pater filio ſimpliciter dedit, ita ſingulariter dixit Barto. *in l. parentes. ff. ſi quis à parent. fuer. man.* facit illud quod ipſe vult *in l. cum quo, in fin. ff. ad leg. Falcid.* & *in l. Titio centum. §. genero ff. de iure dot.*

REGVLA CCCLV.

PATER eo viuente legitimam dare non cogitur.

gitur, vt *in l. 1. §. ſi impuberes. C. de coll. bon.* & not. glo. *in c. Raynutius, de teſtam.* & not. Bar. *in l. poſt emancipat. de liberat. legat.*

Primò fallit, ſi diſſiparet bona ſua: quia tunc cogitur filio dare legitimam, eo etiam viuente, ita not. tenet Bald. *in l. 2. ff. ſi quid in fraud. patr.* & *in l. 1. in 4. quaſtio C. de inoffic. domi.* pro quo facit quod not. tenet Bartol. *in l. 1. in §. ſi in patriis. ff. ſoluto matrimon.* & *in l. ſi constante, in princip. ff. eodem.* vbi nota. dixit, quòd ſi vxor alicuius deceſſit, remanētibus filijs hæredib⁹ relictis, & dos remanet apud patrem, qui diſſipat omnia bona ſua, quòd tunc filiæ poterunt agere contra patrem, vt eorum dos non conſumatur, de quo habetur etiam per Bartol. *in l. fina. C. de ſent paſſ.* vbi ponit, an filij poſſint petere, vt pater remoueatur ab adminiſtratione, quando pater habet malos mores, & diſſipat bona filiorum, vt habetur per Bald. & Doctor. *in l. Imperator. ff. ad Trebellian.*

REGVLA CCCLVI.

PATRONO inſcio nihil poteſt fieri in præiudicium iuris patronatus. Gemi. *in c. quamuis, de reſcrip. lib. 6.* Abb. & omnes Doct. *in c. cùm acceſſiſſent, de conſtit. cum ſimil.*

Primò fallit, niſi immineret neceſſitas, per quam pro vtilitate Eccleſiæ Epiſcopus moueretur ad diſponendum de beneficio patroni, aliter quàm eius natura exigat: quia etiam patrono inuito hoc poterit fieri, ita Abb. *in d. c. cùm acceſſiſſent.* & ibi Felin. adde pro hoc benè facere gl. *in c. 1. 10. diſtinct.* quæ concludit, quòd vbi ſubeſt iuſta cauſa poteſt Epiſcopus parochiam diuidere inuito Rectore, licèt ſine cauſa non poſſet, per quam glo. ita determinat Abb. *in c. audientiam, de eccleſiis ædificandis.*

Secundò fallit in patronatu Eccleſiaſtico: quia ipſi poteſt

Poteſt præiudicari, vt per Felin. *in tracta. quando litera Apoſtolica. & cat.* & per Rom. *in conſil. 361. incip. in caſu propoſita conſultationis.*

Tertio fallit in iure patron. quod habetur ex conſuetudine vel præſcriptione: quia Legatus de latere poteſt ipſi derogare, vt per Feder. *conſil 65. incip. infraſcripta quæſtiones.* idem tenet Ab. *in c. dilecte, de offic. delega.* & Alexan. *in conſil. 75. incip. viſo puncto, in 4. volu.* quamuis contrarium tenuerit Ioan. de Imol. & Bartol. *in d. c. cum dilectus.*

REGVLA CCCLVII.

Pavper ad teſtimonium regulariter admittitur, vt eſt gl. *in l. 3. in princ. ff. de teſtib.* & gloſ. *in c. ſi qui* a, *extra, eod. tit.*

Additio.

a In c. ſi qui. *Vbi vide Felin.* in 2. col. in verſ. gl. fin. ibi alias, cum ſequent.

Primo fallit, niſi eſſet ſuſpectus: quia tunc debet repelli à teſtimonio, vt *in dictis gloſſ.*

Secundo fallit in cauſa criminali: quia tunc etiam repellitur à teſtimonio, ſicut pauper etiam repellitur ab accuſatione, vt 2. *quæſt. 1. in princip.* Et ita tenet Tancred. *in præalleg. c. ſi qui.* & iſtud ſequitur Dom. Anto. de Butr. & communiter omnes ſcribentes ibi. Sed Dom. Abb. ibi tenet contrarium, dicit enim, quod non videt cauſam diuerſitatis in hoc: nam paupertas reddit teſtem ſuſpectum, quia timetur, ne fuerit corruptus per producentem: nam hæc ratio militat etiam in cauſa ciuili: vnde ipſe dicit pauperem non eſſe admittendum ad teſtimonium. ſed iudex ſecundum qualitatem perſonæ, & qualitatem cauſæ arbitrabitur, quanta ſit fides teſti adhibenda. Et ſic Do. Ab. non facit differentiam inter cauſam ciuilem & criminalem, &c.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò fallit, cùm quis incidit in paupertatem propter vitium ſuum: quia tunc etiam non eſt idoneus teſtis, ſecundùm Bald. *in c. præalleg. ſi qui.* quia hoc caſu non ſolùm rerum, ſed etiam famæ ſuæ eſt prodigus, & videtur talis. vnde talis eſt expellendus à teſtimonio, quia qui vitioſus in ſe præſumitur eſſe, multò magis in alium vitioſus eſt, vt *l. fin.* C. *de ſent. paſſ.* ſecùs autem in eo, qui incidit in pauperem ſine vitio ſuo: & tunc benè fauet: quia tunc talis benè eſſet idoneus. & dicit etiam ipſe Bald. vbi ſuprà, quòd magis eſt credendum pauperi virtuoſo, quàm diuiti vitioſo. dicit tamen ibi, quòd quando pauper non eſt nec bonæ, nec malæ famæ, tunc benè admittitur ad teſtimonium, ſed minus ei creditur: quia qui deficit in fide tantùm numero ſuppletur. allegat. gloſſ. notabilem & menti tenendam *in l. 3. §. eiuſdem quoque, in princip. in verb. nunc. ff. eod.* quare quando teſtes non ſunt multum boni, quia deficiunt in fide, ſupplet numerus: putà, ſi quis probaret per tres aut quatuor teſtes, qui non eſſent omninò integri, vnus teſtium ſuppleret defectum fidei. quam gloſſ. ſemper tenebis menti decidendo. dicit tamen Bald. quòd hæc omnia ibi remittuntur iudicis arbitrio: quia non poteſt dari iſta diſcretio, quando dicatur plenè probatum, ſed relinquitur in iudicis arbitrio. de hoc etiam eſt text. melior, quàm ſit in iure, ſcilicet, quando dicatur plenè probatum *in l. 3. §. an magis ſcire poteſt.* & *in §. eiuſdem, in princip. ff. de teſtib.* Et vltrà prædicta adde, quòd teſtis ad hoc vt non dicatur pauper, debet habere tantum in bonis, quantum eſt ſumma negotii, de quo vertitur ipſa quæſtio, vt habetur elegantiſſimè *in gloſſ. ſing. in §. ſi verò autem ſunt, in Authen. de hæred. & Falcid.* quam pro conſtanti & valdè ſingulari alleg. egregius Doct. Do. Ludouic. Rō. *in l. ſi conſtante, in princip. ff. ſol. matrimon.* quam gloſſ. benè not. & tene menti: quia valdè ſingularis eſt.

REGV-

delictum, vt dicit Specu. *in tit. de confeſſ. §. ſequitur, ver quòd ſi.*

Quintò fallit, quando delinquens fuit confeſſus delictum, qua paſſus eſt: nam tunc dicit Bald. eleganter *in l. 1. ne ex delict.* quòd illa confeſſio tranſit in conſtitutum, per text. *in l. qui numeratum, de conſtit. pecun.*

REGVLA CCCLX.

POENA *l. ſi quis in tantam. C. vnde vi* in locis, ſeu cauſis, rebuſque Eccleſiarum locum non habet, etiamſi talis rigor pactionibus approbatus ſit, vt eſt gloſſ. & ibi communiter per Doct. *in c. 1. extrà. de dol. & contum.*

Primò fallit, quando prælatus ita deliquiſſet in re ſpectante ad eius menſam: cùm tunc leuis ſit pœna illius legis, cùm priuetur dominio iuris, quod habet in re in eius vita, vt not. dicit Do. Ant. *in d. c. 1. de dolo & contumac.* per id quod habetur *in c. ſi clericus, in tit. de Cap Corradi. in vſib feudo.* & *c. verum, extrà, de foro compet. c. cæterùm.* & *c. conſtitutus de relig. domib.* & quòd locum habeat d. c. ſi delinquat in re ſpectante ad ipſius menſam, vt priuetur iure quod habet in rè ipſa in vita ipſorum viuentium & delinquentium, ſentit Dominus Nicola. *in d. c. 1. de dolo & contumacia.*

Secundò fallit, quando prælatus cum Capitulo Eccleſiæ, ſeu communicato conſilio ita deliquiſſet inuadendo rem ipſius Eccleſiæ, cùm tunc locũ habeat pœna *d. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.* per *l. iubemus. C. de ſacroſan. eccleſ.* vbi Barto. hoc idem videtur velle *in d. l.* quod etiam videtur tenere gloſſ. *in regula. delictum, in 6.* & *in c. 1. de ordin. cognit.* & Hoſtien. & Ioan. Andre. *in d. c. Eccleſia.* & Dom. Anton. *in d. c. 1. de dol. & contuma.* ex eo quòd tale delictum non eſt totaliter punibile in perſona prælati, vel Capituli: cùm ea pœna ſit priuatio dominii, quod ſpectat ad Eccle-

ſiam

ſiam, ad hoc *in d. l. iubemus*. vbi hoc videtur expreſſum ſecundùm Innocent. *in d. c.* ſecundùm quem hoc commune eſt: imo videtur caſus *in d. c. 2. extrà, de ordi. cogni.* iuncto eo quod not. ibi per gloſſ. quæ dicit, in prælato Eccleſiæ non habente Capitulum ſeu Collegium, per id quod notatur per glo. *extrà, de loca. c. potuit.* ad hoc etiam quod not. *extrà, de capel. mo. c. dilectus. d. c.* 1. *extrà. de dol. & contu.* vbi latiùs.

REGVLA CCCLXI.

POENA legalis regulariter per iudicem minui vel mutari poteſt, vt *in l. quid ergò. in §. pœna grauior* a. *ff. de his, qui not. infam.* & not. *in c. in Archiepiſcopatu, de rap.* & habetur *in c. ad petitionem, extrà, de accuſ.*

ADDITIO.

a Pœna grauior. *Vbi vide Bald. & Franciſc. Aret.* in l. improbum. C. ex quib. cauſ. infam. & *Felin.* in c. qualiter & quando. in fin. in 1. col. circa medium verſ. 4. de accuſ.

Primo fallit, vbicunque iudex non procederet ex denunciatione, vel per inquiſitionem, ſed per accuſationem. ita eliganter not. Hoſtien. *in d. c. in Archiepiſcopatu*, per *l. 3. in fi. C. ne ſanctum baptiſ.* & per *l. ſeruos, in fin. C. ad leg. Iul. de vi publi. vel priuat.*

Secundo fallit, quando probatur plenè & iure: ſecus, ſi per ſupplementum probationum: quia eſt iuſta cauſa mĕtiĕdi, vt not. *in §. ſi quis hominũ, in* 1. *gloſſ. in tit. de pac. Conſtant. in* 10. *col.* de quo vide per Dyn. *in c. adultum, de regu. iur. in* 6. per Cyn. *in Auth. qui ſemel. C. quomo. & quan. iud.* & per glo. *in c. Romana, de appel.* & *in d. c. ad petitionem.* pleniùs per Alber. *in opere ſtatutorum, in Rubr. 3. in 1. parte.*

REGV-

Digitized by Google

REGVLA CCCLXII.

PERITO in arte ſtatur, dicit Bartol. *in l.* 1. §. 1. *ff. de ventr. inſpic.* & *in proœm. ff orum.* & tenet Innoc. *in c. propoſuiſti, de prob.* & ad hoc bonus tex. *in c. fi. ext. de frig. & malef. facit l.* 1. §. *ſi neque C. de vet. iur. enucl.* & quod notatur *in c.* 1. *de conſtitutionib.*

Primò fallit, quando in loco plures reperirentur periti de illa arte: quia tunc omnes adhiberi debent, vt in c. propoſuiſti. quod procedit quando agitur de re grauis præiudicij, quia non ita facili percipitur per vnum, ſicut per plures: cùm tunc plures exhibendi ſint, ſi in loco reperiri poſſunt: aliâs ſufficiat vnus. & ita procedit dictum Bart. & dom. Ant. & Imol. alias ſi agatur de re parui præiudicij, in qua non requiritur magna induſtria, tunc ſufficiat vnus, etiamſi in loco reperirentur plures: vt *in d. c. quia indicante.* ſecundùm Innoc. *in d. c. propoſuiſti.*

Secundò fallit, quando agitur de graui præiudicio ad damnum alterius, ita quòd ipſi periti habent deponere tanquam teſtes, cum tunc debeant eſſe multò plures, & ſi non ſint in loco debent reuerti ad loca vicina, ad hoc quod nota. *in c. prætereà. de reſtitu. in integr.* & 2 *q.* 5. *præſul.* ſecundum vnum intellectum, ad hoc etiam quod not. *extrà, de fideiuſſ. c. conſtitutus.* & *l. ſi quando.* ſecundùm Do. Nic. *d. c. propoſuiſti.*

Tertiò fallit, quando de crimine agitur, & de re multum ardua: vt quia ſi agatur de vita hominis, & dicatur vulnus mortale: cum tunc requiratur iudicium multorum: & ſic requirantur plures periti, ſi in loco reperiantur: aliàs committi debet ad loca vicina pro ipſis. in iſtis enim arduiſſimis debent eſſe probationes luce clariores, maximè in hoc caſu, in quo periti deponunt de credulitate, & non de ſcientia, ad hoc *d. c. propoſuiſti.* & *c. ſignificaſti.*

REGVLA CCCLXIII.

PERTINENTIARVM appellatione veniunt omnia, quæ ad rem pertinent: vt dicit Ioannes de Imol. *in c. cum ad ſedem. extra, de reſtitutione ſpol.*

Licet igitur appellatione pertinentiarum veniant omnia, quæ pertinent ad rem, de qua tractatur, ſiue pertineant de iure communi, ſiue conſuetudine, vel ſtatuto, ſiue ſint corporalia, ſiue incorporalia, & etiam veniant ſub nomine alicuius eccleſiæ, vt rei, vt per Io. Andr. & Innocen. *ac app. c. cum ad ſedem.* fallit tamen in quibuſdam caſibus, vt ibi per Canoniſtas.

Et primo fallit in his, quæ acquiſita eſſent aliquo iure ſpeciali, ſecundum Innocen. *in c. cum ad ſedem.* puta priuilegio vel ex poſt facto, vt voluit dom. Ant. & Ioan. And. ibidem. cum talia non veniant nomine pertinentiarum vt voluit do. Innocent. ibidem, eſto quod in alijs voluerunt contrarium in hoc, per *c. cum de cauſa extra, de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & de his vide latius *in c. cum ad ſedem.*

Secundo fallit in poſſeſſionibus quæ non fuerunt aſſignatæ pro dote eccleſiæ vel alterius rei, ſed ex poſt facto acquiſitæ, cum non veniant ſub pertinentijs, ſed ſunt exprimendæ: vt voluit Innocen. *ind c. cum ad ſedem.* cuius dictum procedere poterit, quando peteretur eccleſia vel alia res cum poſſeſſionibus & pertinentijs, ad hoc *l. ex fac §. 1. ff. de vulg. & pupill.* alias ſi ſimpliciter fuiſſet facta mentio de ipſa re cum pertinentijs. & tunc veniant ſub verbo, Pertinentiarum, vt *d. l. verbum pertinere. ff. de verborum ſignificatio.* ſecundum domin. Anton. & Imol. *in d. l. cum ad ſedem.*

Tertio fallit, quando qualitas petitoris aliud ſuaderet, cum eius qualitas ſit attendenda: vt voluit Innoc. *in d. c. cum ad ſedem. de reſtit.* vnde ſi Epiſcopus petat Eccleſiam cum pertinentijs, veniunt beneficia

reſpectu iurium epiſcopalium, non reſpectu adminiſtrationis, ſecundum domi. Nico. *in d. c. cum ad ſedem*, ad hoc quod not. *ff de vi ur. l. plenum. §. requiri.*

Quarto fallit, quando peteretur ſimpliciter eccleſia quo ad ius epiſcopale, ſeu ius epiſcopi in ea re cum pertinentijs: cùm tunc in ea probationes fiant generaliter, & ſic inducatur ius commune. ſecus, ſi probatur ſimpliciter iura Epiſcopalia deberi, cum tunc veniant illa iura Epiſcopalia, quæ ſunt debita de iure communi, vel eorum loco ſubrogata, vt per Doct. *in d. c. cum ad ſedem*, vbi latius per eos

REGVLA CCCLXIIII.

PETITIO hæreditatis contra titulo poſſidentem non intentatur. *l. 2. C. de petit. hæredit. & ibi per Doct.* & maxime Paul. de Caſtr. *in l. pro hærede.* & *l. nec. vllam. ff. de pet. hæred.*

Primo fallit; quando quis intentaret petitionem hæreditatis, & rei vend. ſimul in vno libello: quia agens probaret ſe dominum, vel defunctum: & tunc auocatur res à poſſidente, ita Paul. de Caſtr. *in l. 2. de petit. hæred.*

Tertio fallit, quando titulus fuiſſet acquiſitus poſt mortem defuncti: quia talis titulus non obſtaret argenti petitio, hæredita. ſecus, ſi eſſet acquiſitus antè mortem defuncti. Bald. *in l. fin C. de edict. D. Adrian. tollen.* & *l. 1. C. ſi iudi. no. poſſ. fac. appel.* & *l. incerti. C. de interdict.* licet Pau. teneat contra Bal. *in d. l. 2. §. ſi poſt motam.*

Tertio fallit, quando quis emiſſet ius vniuerſale, vel quotam hæreditatis: quia ſi quis ageret petit. hæredi. ſingulariter ad quemlibet rem, tunc illi non prodeſſet titulus, cum habeat titulum vniuerſalem, ad hoc eſt text. *in l. 2. de hæred. vel ac. vend.*

Quarto fallit, quando haberet titulum ab illo, in

inquem alienauit rem, quam ſimpliciter poſſidebat à patre: qui contra illum poteſt intentari petitio hæreditatis, vel ad rem, vel ad pretium *ff. de petitione hæredita.*

Quintò fallit, quia ille qui emit rem, aut emit iniuſto pretio, & intentatur petitio hæredit. aut iuſto: & tunc ille qui vendidit, aut non eſt ſoluendo, & non intentatur: aut eſt ſoluendo, & intentatur, vt per gloſſ. *in l. 1. & 2 C. de petit hæred.* & ita dicit Ioan. de Prato. *C. de edict. Diui Adria tollend. l. fina.* & vide gloſſ. in hac materia *in l. hæreditatem. C. in quibus cauſ. ceſſat longi temporis præſcript.*

Sextò fallit, quando titulus non eſſet aptus ad tranſlationem dominii: vt putà, titulus commodati, vel depoſiti: quia contra poteſt intentari petit. hæred. vt in loco præallegato.

REGVLA CCCLXV.

PORTIO iam acquiſita ſi deficit, nõ facit locum iuri accreſcẽdi. *l. aquam. § fin. quemadmodum ſeruitu. amitta. l. 1. § interdum, de vſufruc. accreſ.*

Primò fallit in caſu *l. 1. § 1. ff. de vſufruct. accreſcen.*

Secundo fallit in aſſignatione libertorum. *l. vtrùm in prin. & ibi not. ff. de aſſi. liber.*

Tertio fallit, quando deficit ex poſtfacto per reſtitutionem in integrum: quia tunc accreſcit nolenti, vt *in l. ſi minor ff. de acq. hær.*

Quarto fallit, quando ius accreſcendi habet vnionem ſubſtitutione pupillari, vt *in l. qui patri. ff. de acquir. hæred.*

REGVLA CCCLXVI.

POSSIDENS ſi ille per quem poſſidet, de poſ-

ſeſ-

ſeſſione expellatur , non tantùm naturalem, ſed etiam ciuilem perdit. & idem ſi ſpontè tradatur, vt eſt gloſſ. *in c. cùm olim cauſam, extrà, de reſtitut. ſpoliat.* & per gloſſ. & Doct. *in l. fina.* C. *de acquir. poſſeſſ.* & maximè per Bart. & Angel.

Primo fallit in Eccleſia, quæ ipſam poſſeſſionem ciuilem non perdit: vt *in c. quiſquis*, ſecund. Bal. & *in d. c. cu molim cauſam. de reſtit. ſpol.*

Secundo fallit in fiſco vel pupillo eadem ratione. ad hoc quod not. *extrà, de reſt. in integ. c.* 1.

Tertio fallit, quando ille, qui nomine alieno poſſidet, eam non traderet merè, ſed ſub conditione, ſi domino placuerit: cum tunc non perdat ipſam poſſeſſionem ciuilem, vt colligitur *in d. c. cum olim cauſam.* ſed licet dominus perdat poſſeſſionem, etiam ciuilem, per traditionem ipſius rei nomine poſſidentis ſponte & ſimpliciter facta: tamen ipſe dominus poterit eam recipere per conditionem. *l. fin. ff. de acquir. poſſeſ.* imo etiam poterit ipſe dominus ſi veniat & non fuerit admiſſus illum incontinenti repellere, cum ipſe ſi ſit dominus eum pertinere videatur: & tunc expoliare eum poteſt. ad hoc facit text. *in d c. cum olim cauſam* qui ita procedere poteſt, quando ipſe dominus veniret incontinenti , cum illi incontinenti tradit ipſam poſſeſſionem: aliàs ſi ex interuallo non poſſit, & ſi in illum tranſlata fuiſſet poſſ. ciuilis & naturalis ſecus ſi tantum naturalis, vt quia fuiſſet tradita non ſimpliciter , ſed ſub conditione: vt ſuprà dictum eſt. & ita procedere poteſt text. *in d. c. cum olim cauſam. extrà, de reſtitutio ſpoliatarum.* vbi latius vide.

REGVLA CCCLXVII.

POSSESSOR bonæ fidei licèt fructus lucretur, tamen illos cum impenſa compēſare tenetur,

 tur,

tur, *l. fructus. ff. de vſuris. & ibi gl.* & *l. ſumptus. ff. de rei vendicatione.*

Primò fallit, quando bonæ fidei poſſeſſor rem poſſederit cum titulo, & maximè oneroſo: quia tunc non tenebitur compenſare fructus cum impenſa: vt eſt gloſſ quæ à Doctoribus reputatur ſingul. *in l. emptum in fin. gloſſ. magna. ff de rei vend.* Doct. Mod. *in l. diuortio. in §. interdum. ff. ſolut. matrimon.* eam allegat. pro ſingul. & per illam gloſſ. dicit ibi Bald. vnum quod eſt ſummè notandum, & menti tenendum videtur, quòd ſi quis tenuit fundum in emphyteuſim ab aliquo pro ſe & deſcendentibus, & poſtmodum contingat non extare plures deſcendentes, tunc non debet reuerti ad dominum: quia tunc hæredes emphyteutæ poterunt petere omnia melioramenta facta in dicto fundo ad perpetuam rei memoriam. & de hac quæſt. vide Bald. *in Authent. qui rem C de bon. quæ lib.* & *l. fin. C. comm de leg.* & *in tit. de contr. inueſt. §. ſed ſi manzer. in verſ. quæritur*, quòd bene not.

REGVLA CCCLXVIII.

POSSESSOR bonorum legatario ſatiſdationem de legato ſibi præſtando offerre non tenetur, ſed ſatis eſt quòd non ſit in mora, ſi legatarius ſatiſdationem petat, vt eſt text. *in l. 2. § 1. C. quor. l.* qui tex. quotidie allegatur, quòd vbicunque quis eſt obligatus ad aliquid, non tenetur ſe offerre, ſed ſatis eſt quòd requiſitus vel interpellatus moram non faciat.

Primò fallit, niſi dies ſit appoſita: quia tunc dies interpellat pro homine, *vt l magnam. C. de contrahen & com.* & *in c. potuit, de loc.* ita tenet Bar. *in d. l. 2. C. quo l.* & ita tenet glo. *in c. cupientes. in §. ſi verò contempſerit, de ele. in 6.*

Secundò fallit, vbicunque quis eſſet legatus ad aliquid

quid faciendum, & interpoſitum fuit iuramentum: quia tunc, etiam ſi dies non ſit appoſita, tenetur ſe offerre, etiam ſi fuerit minimè requiſitus, ita ſingul. tenuit Ioan. Andr. *in c. breui, de iureiur.* quem ibi ſequitur Do. Abb. & per hoc etiam limita gloſſ. *in præalleg. c. cupientes. §. ſi verò contempſerit, de elect. in 6.* & *in præallega. l. 2. §. 1. C. quor. leg.*

Tertiò fallit, quando ponuntur verba geminata: tunc enim debet offerre, licèt non ſit requiſitus, ad hoc eſt tex. *in Clemen. vnica iuncta gloſſ. in verbo, exigere, de teſti.* nam illa dicit, quòd ſi religioſus eſt datus executor teſtamenti, quòd debet reddere rationem executionis ordinario loci, & quod ordinarius tenetur rationem exigere, in gloſſ. penult. dicit, quòd tenetur rationem reddere petenti, ſi non offerret: & ſi ordinarius non recipit, ei non eſt imputandum. ita dicit glo. prædicta, & hoc multùm nota. & hoc eſt quia verba debent aliquid operari, vt *in l. ſi quando ff. de leg. 1.* & *in c. ſi Papa, de priuil. in 6.* vt ergò euitetur ſuperfluitas, quando verba geminantur, debet ſe offerre, licèt non requiratur.

Quartò fallit, quando requiratur aliquid fieri tempore actus, de hoc eſt gloſſ. not. *in c. vt circa, in verbo præſtito, de electio in 6.* ex quo infertur, quòd ſi ſtatutum dicat, quòd nullus debeat admitti ad magiſtratum, vel eligi, niſi ſatiſdet & præſtet iuramentum, quòd talis debebit offerre ante adminiſtrationem, aliàs electio vel aſſumptio ad magiſtratum non valebit. & prædicta faciunt quæſtionem ſtatuti dicentis, quòd appellans tenetur præſtare ſatiſdationem infra decem dies à die appellationis, aliâs appellatio intelligitur eſſe deſerta: nam hoc caſu appellans tenebitur infra decem dies offerre ſatiſdationem, aliâs appellatio erit deſerta. & per hac adducitur tex. not. *in l. final. C. quo. leg.* qui text. non apertè hoc probat: ſed pro hoc videtur eſſe gloſſ. in terminis *in d. c. cupientes. §. ſi verò. de elect. in 6.* quæ dicit quòd quotieſ-

cunque apponitur dies vel terminus in ſtatuto, vel in l. quod tunc non eſt neceſſaria petitio: quia dies interpellat pro homine. *d.l.magnam. de contrahen & com.ſtipu.* & ita etiam videtur tenere gloſſ. *in l.cum patronus in gloſſ.2.ff.de bo. li.* Pro hoc alle. bonum tex. *in l.2.C.de iu.emphy.* quæ dicit quod ſi emphyteuta non ſoluit Canonem infra triennium aut biennium, quòd priuatur emphyteuſi, & dicit ibi text. quòd ipſe debet offerre debitum ſpontanea voluntate, & perſoluere: & ſic non requiritur interpellatio, vt conſtituatur in mora, & ita illum tex. quaſi in terminis noſtris tenuit Bar. *in l.fin. §.fin. ff. de quo leg.* ſed contrarium facit quod nota. Gul. *in l.1.ſuper gloſſ.1.ff.de iur.omn.iud.* vbi dicit quòd iudex ita demum tenetur, ſi non facit illud, quod ſibi erat commiſſum, ab eo fuerat petitum: aliàs non, & allega. optimum tex. *in l.2.§. magiſtratibus ff.de magiſt. conue.* quem Bald. ibi dicit ad hoc eſſe meliorem de iure. pro quo facit text. *in l. 4. § hoc autem iudicium. ff. de damn. infec.* item pro hoc videtur gloſſ. quæ hoc expreſsè tenet *in c.fin extrà, de reſcri.* confirmatur per id quod voluit Anto de But. *in c. veritatis. de offici deleg.* vbi dicit ſtante ſtatuto quod iudex teneatur finire cauſam intra certum tempus, aliàs debeat puniri, quod habet locum ſi alias fuit petitum. item pro hoc facit quod tenet gloſſ. *in l.vniuerſa. C. de preeib. imperat. offe.* quæ dicit, quod ſi quis impetrauit à principe, quod non teneatur creditoribus ſatisfacere, niſi vſque ad certum tempus, poſt quod ipſe ſatisfaciet creditoribus: quod hoc eſt verum ſi ab eo dicit gloſſ. *in l. peto.ff. de leg. 2.* & per d. gloſſ. ita tenuit in terminis Paul. de Caſtr. *in præalleg. locis,* quod ſtante ſtatuto quod appellans teneatur præſtare fideiuſſionem infrà decem dies, aliàs appellatio intelligatur eſſe deſerta, quod tale ſtatutum debet intelligi, ſi à parte fuerit petitum, aliâs non. & pro iſta opini. facit gloſſ. *in l. de pupillo. §. qui procuratorio ff. de nou.ope.nun.* quæ dicit, quod licèt quis renunciet nouum opus procuratorio nomine: debet ſatiſdare,

&c.a-

&c. aliàs nunciatio reijcitur. quod procedit, ſi fuerit petita ſatiſdatio, aliàs autem non. accedit quod tenet gl *in c.2. in tit. de ea qua interfecit fratrem viri ſui in glo. ſuper verbo not. quòd quis.* & quod not. Card. *in c. quapropter. § pen. in 17. q. de elect.* & quamuis prima opinio in puncto iuris videatur verior, tamen communis ſeruatur in practica. Et ad adducta contra primam opini. poteſt reſponderi, quòd ibi nulla fuerat dies appoſita ad ſatiſdandum, ſed quandocunque poterat ſatiſdare, quod ſecus erat in propoſito: igitur & pro iſta opini. etiam vltra ſuperius alleg. adduco gl. quæ hoc videtur velle in terminis *in l. mora ff. ſol. matri.* quàm gl. Bald. Raph. & Fulg. ibi ad hoc reputant not. dignam, quæ glo. vult quod mortuo viro hæredes tenentur reſtituere dotem mulieri elapſo anno, aliàs tenentur ad vſuras: vt no. *in l. diuortio in prin. ff ſol. matr.* etiam ſi nulla fuerit interpellatio facta: quia dicit gl. quòd lapſus anni interpellat.

REGVLA CCCLXIX.

Possessorivm adipiſcendæ & recuperandæ petitorium primo intentatum ſuſpendere facit: vt *in c. paſtoralis, extrà, de cauſ. & proprie.*

Primo fallit, quando proponeretur poſt concluſum in cauſa ipſius petitorii, vel poſtquam renunciatum eſſet probationibus, vt patet *in d. c. paſtoralis.*

Secundo fallit, quando ipſe proponens poſſeſſorium, vellet ſuſpendere petitorium, cum non poſſit. ad hoc not. *in c. pia. de except. in 6.* & ſi ipſe ſuſpendens ſemel poſtea rediret ad poſſeſſorium ſuſpenſum cum non ſit locus ipſi niſi ſemel: nam ex quo intentat poſſeſſorium, cogetur in eo perſeuerare: vt *in Authen. qui ſemel C. quomodo & quando.* & ſimiliter in petitorio, ad quem redit per *d. Authent. qui ſemel.* quæ in his quidem non reperitur limitata: vnde cogetur

vtrunque proſequi, ſecundùm domin. Nico. *in c. cum ſuper.* qui hoc tenet, quicquid ibidem dicat domi. Anto. de Butr. & domi. & Rota *in deciſ.* 21. circa quæ vide per d. Rota *in deciſ.* 152. *quæ incipit, Item ſuſpendens.*

Tertio fallit, quando comparens pro ſuo intereſſe in iudicio poſſeſſorio, vellet ſuſpendere petitorium, cum non poſſit: vt voluerunt domini de Rota *in deciſ.* 158. *quæ incipi. item ſi inter nos,* & vide latiùs per Docto. *in d. c. paſtoralis.*

REGVLA CCCLXX.

PRAECEPTVM comminatorium iudicis non valet, ſi metum taxatum de iure excedat. ita tenet Bart. *in l.* 1. *ff. ſi quis ius dicen. non obtem.*

Primo fallit, niſi cognitio interueniſſet, putà, quia iudex cauſa cognita præcipiat, quod talis reſtituat familiam ſub pœua centum, &c. ita tenet ſing. Innoc. *in c. cum in tua, qui. ma. acc. poſ.* alleg *l. ea quæ. C. commi. vel epiſc.* idem fuit de mente Specula. *in titu de ſent. prolat. §. ſpecies. verſicul. ſed nunquid iudex.* quod dictum ſequitur Angel. *in l. debitor. C. de pact. igitur, &c.*

Secundo fallit, vbicunque fit comminatio iſta vigore ſtatuti: exemplum *in l. tutor qui repertorium. §. ſolet C. de adminiſtratione tutorum.* & ita etiam tenet Imol. *in præallegato c. cum in tua. qui matri. accuſ. poſſunt.*

REGVLA CCCLXXI.

PRETIVM particularibus loco rei non ſuccedit, vt *l. venditor. ff. de hæreditate vel actione vendita.* & *l. ſi quis vxori. §. ſi Titius.* & *l. quas. §. fi. ff. de furtis.*

Primo fallit, quando quis ignoranter emit rem furto ſubtractam. Nã iſto caſu pretium ſuccedit loco rei,

rei, & eſt ſpeciale & poteſt eſſe ratio, quia emptor tractat de damno vitando, ne videamur locupletes fieri cum aliena iactura. caſus eſt *in l. Labeo.* & *l. Sab. §. item ſi dominus a. de verbo. obligat.*

ADDITIO.

a §. item ſi dominus. *Et ibi vide dom. Bart. Capol.*

Secundo fallit, quando quis emit rem ſibi legatam, vt *l. teſta de legat. §. ſi res.* & *l. plenè. §. ſi rem ff. de lega.* 1. ratio eſt in præcedenti caſu.

Tertio fallit in illa ratione, quæ oritur ex contractu: vt ſi commodatarius vel depoſitarius vendiderit ſuo nomine ignoranter: quia tunc actio depoſiti vel commodati datur ad pretium, etiamſi res ſit ſalua. caſus eſt multum notabi. *in l. vim & ibi per Doctor. C. de rei vendicatio.* & ibi per Barto. & Docto. *in l. ſi eum ſeruum. in fin ff. ſi cert. petatur.*

Quarto fallit, quando venditio rei meæ eſſet facta neceſſitatis cauſa inuenta à ſuperiore, vt ſi poſſidebam rem meam, & ſuperior me compulit ad ipſam vendendam, vt daret eam militibus: nam poſſum petere à te pretium perceptum, quia non ſum regreſſurus ad rem. *l. item ſi verberatum §. fin. ff de rei vend.* & arg. *l. qui ſolidum. §. 1. de leg. 2.* & ita not. dicit Paul. de Caſt. *in l. in re. de rei vend.*

Quinto fallit, vbi apparet de conſenſu partium expreſsè, ſecùs ſi tacitè: quia tunc pretium ſuccedit loco rei *l. in pertinentibus. in fin.* & *l. ita conſtante.* & *l. ex pluribus.* & *l. fin ff. de iur. do.* & *l. quoties. eod. tit.*

Sexto fallit in re empta ex vſura rei, quia ita iudicatur de re, ſicut de ipſa vſura: vt not. Innocen. *in c. cum tu, & ibi per Doct. extrà, de vſu.* ſed dic quod in hoc pretium non dicitur ſuccedere loco rei, ſed bene res loco pretii.

Septimo fallit in foro animæ: vt not Specu. *in tit. de vſu. ver. pone vſurarius.* & Bal. *in addit. Spec. eod. tit. in princ.*

Octa-

Octauo fallit,*b* quando res eſſet perempta, & ſi contra poſſeſſorem non eſſet mihi ſuccurſum: quia tunc contra venditorem poſſem agere ad pretium. & ſic pretium ſuccedit loco rei, ne venditor locupletetur cum iactura mea, vt *l. non omnes, & l. ſi cum ſeruum. ff. ſi cert. pet*

ADDITIO.

b Octauo fallit. *Vide d. Bart. Cæpo.* in ſupra alle. §. item ſi dominus. in 1. q. in ver. 1. caſu fallit.

Nono fallit in act. quod metus cauſa: vt *l. ſi pap. ff. quo met. cauſa.* de quo dic, vt per Cæpol. *in d. §. item ſi dominus. in oppoſit. prima, in ſecundo caſu.*

Decimo fallit in hæredi. peti. vt *l. ſi rem vel pretium. ff. de pact.* quod dic, vt per gl. & Cæpo. *in d. §. item ſi dominus*

Vndecimo fallit in hæreditatis reſtitutione: vt *l. Imperator cum l. ſequ. de leg. 2.* de quo dic, vt per Cæpol. *in d. §. item ſi dominus. in oppoſit. 1. in quarto caſu.*

Fallit duodecimo in re data in dotem, vt *l. res dotem data ff. de iure do.* de quo dic vt per glo. Bartol. Cæpol. *in d. § item ſi dominus c. in oppo. 1. in 2. caſu.*

ADDITIO.

c §. item ſi dominus. *Et ibi de omnibus his fallent. vide dom. Bart. Cæpol. & dic, vt ibi per eum.*

REGVLA CCCLXXII.

PRAELEGATA in fideicommiſſum non veniunt, quando teſtator poſt hæredum inſtitutionem eis dedit, ſi de hæreditate nulla mentio facta eſt. caſus eſt not. *in l. Marcellus. §. quidam ff. ad Trebellia.*

Primo fallit, vbicunque teſtator totum patrimonium diuiſiſſet inter filius in teſtamento, & eos æqualibus portionibus hæredes inſtituiſſet, vel in rebus, quæ

quæ idem importãt. vt *l. ex facto. ff de hared. inſtitu.* caſus eſt ſing. ſecundum Ioan. de Imol. *in l. quid. ergo la. 2. ff. de leg. 1.* ratio eſt, quia iſta prælegata ſuccedunt in locum portionis hæredi, & ideo totum videntur habere iure hæreditario: vt dicit Bart. *in d. l. Marcell. in §. quidam ff ad Trebel.*

REGVLA CCCLXXIII.

Præſcriptio longiſſimi temporis per litis conteſtat. interrumpitur: vt *l. minor. C. de rei vend.*

Primo fallit *a*, niſi agens deſiſteret renunciando lit. vt no. bene *in l. ſcrip. ff. ne de ſtat. defunc.*

ADDITIO.

a Primo fallit. *Adde Felin.* in c. illud. in 6. col. circa prin. in ver. & ſcias vnum caſum, de præſcrip.

Secundo fallit, quando quis fraudulenter lit. conteſt. vt interrumpatur præſcriptio, & poſt litem non proſequitur: vt Spec. *in tit de reſcr. praſentata. §. ratione autem impetra. ver. quid ſi quis vtitur ita literis* quod eſt valde ſingulare & menti tenendum.

Tertio fallit in præſcriptione libertatis, quæ ſeruitute non interrumpitur per lit. conteſta. *l. ſi cui de ſer. & aqua. C. & ff.* & not. Paul. de Caſtr. *in l fin. §. ſi quaratur ff. ſi ſerui. ven.*

REGVLA CCCLXXIIII.

Præſcriptio *b* contra ignorantem regulariter currit. *l. fin. C. de praſcript. long. temp.*

ADDITIO.

b Præſcriptio. *Adde Feli.* in c. vigilante. de præſcr. in 1. col. *& Paul. de Caſt.* in conſ. 294. incip. ego Pau. *& Bal. plenius* in l. 1. 24. oppo. C. qui admit.

Pri-

Primò fallit, quia licèt currat præſcriptio contra ignorantem, tamen ſi fuerit iuſta ignorantia, dabitur reſtitutio contra præſcribentem: vt dicit Bartol. *in l. 1. §. ſi quis propter. ff. de iti. actuque pri.*

Secundo fallit, quia non habet locum dicta l. in præſcribente ſeruitutem regulariter: quia requiritur ſcientia domini: vt eſt per text. & glo. *in l. 2. C. de ſerui.*

Tertiò fallit, & eſt limitanda *d. l. 1. ſecundum Authenti. malæ fidei C. de præſcript. long temp.* quæ non habet locum in ſciente, ſecundùm Bart. *in l. Pompo. §. cum quis ff. de acquir. poſſ.* & Saly. *in d. Authent. malæ fidei. C. de præſcript. long. tempo.*

REGVLA CCCLXXV.

PRAESCRIBI & conſuetudine quæri poſſunt ea, quæ ſunt iuriſdictionis. vt per Cyn. *in l. 1. C. de emanc. lib.* & per Bart. *in l. 1. ff. de aqua plu. arc. & in c. cum contingat. de foro comp.*

Primo fallit in his, quæ reſeruata ſunt principi in ſignum ſupremæ poteſtatis: cum talia ſint impræſcriptibilia & conſuetudine quæri non poſſint. C. *de præſcript. 30 ann. l competit.* & hoc voluit Innoc. *in c. bonæ. el. 2. extrà, de præben.* & Anto. *in d. c. cum contingat*, pro quo facit tex. cum gloſ. 93. *diſt. nullà.* & quæ not. per gl. *in c. vnico. de elect. in 6.* ſecundùm domi. Anto. *in c. cum contingat. & in d. c bonæ.* & *in c. per venerabilem, extrà, qui filij ſunt legitimi.*

Secundo fallit in reſeruatis principi, non in ſignum ſupremæ poteſtatis, ſed in ſignum cuiuſdam regalitatis, de quibus in c. cum in translatione: *extrà, de offic. dele.* & *in c. ſicut. extrà, de exceſ. prælato.* talia enim ſimiliter ſunt impræſcriptibilia, & conſuetudine quæri non poſſunt, ſecundùm domin. Anton. *in c. cum contingat.* pro quo facit gloſſ. *in d. c. vnico.* quod procedit, niſi interueniat patientia ipſius principis: quia ea interueniente poſſunt præſcribi, & conſuetudine quæri: prout nota. *in c. translationem*, dummodò in-

interueniat curſus tanti temporis, cuius initij in contrarium memoria non exiſtat: *vt extra, de verbor. ſignifi. c. cum quidam.* prout voluit dom. Nicol. *in c. cũ contingat.* & do Anto. *in d. c. per venerabilem.* & not. per Innocen. *in c. cum P. extra, de fide inſtrum.*

Tertio fallit in his, quæ competunt epiſcopo ratione ordinis, & ipſum ordinem reſpiciunt: cum talia non poſſunt præſcribi, nec conſuetudine quæri per inferiorem ab eo. *extra, de conſue. c. quanto.* & *extra, de priuile. c. accedentibus.* Et hoc voluit Ant. *in d. c. cum contingat.* poſt Imol. & Hoſt. dicentem, quod conſuetudo non poteſt tribuere poteſtatem clericis inferioribus ab epiſcop. vt ibi per Dom. Innoc. quia ita intelligit, vt not. *extra, de elect. c. tranſmiſſa.*

Quarto fallit in priuato, qui vellet conſuetudinẽ vel præſcriptione ſibi quærere ea, quæ ſunt meri imperij, cum non poſſit, ſecundum Domin. Nicol. *in d. c. cum contingat.* quod etiam videtur velle ibi Ioan. And. poſt Imo. dicens, quod conſuetudo non poteſt tribuere perſonæ priuatæ poteſtatem excommunicandi, argumen. eorum quæ habentur *extra, de offic. archi. cum ſatiſ.* & *c. ſequenti.* ad hoc etiam facit quod not. Innocent. *in c. conquerente. extra, de offic. ordi.* ſed ipſe Imo. contrarium voluit, *extra, de reſtitut, ſpolia. c. cum olim. el.* 2. dicens, quod conſuetudo poteſt dare ipſi clerico poteſtatem excommunicandi, cum Epiſcopus eodem modo hoc expreſſe poterit concedere: vnde & poterit etiam tacite ita permittendo. & hoc tenet Dom. Florian. *in d. c. cum contingat, extra, de foro competen.* & Domini de Rota. *in deciſ.* 47. quod verius videtur: cum poteſtas excommunicandi ſit iuriſdictio, *extra, de remiſſ. c. tranſmiſſum.* ſecundum Innocen. *in c. cum contingat.* quod verum intellige, quando clericus eam ſibi quæreret nomine ſuæ prælaturæ, vel ſuæ adminiſtrationis, argumen. *c. dilectione, de ſenten. excommunic. in* 6. alias ſi nomine proprio non poſſet quantumcunque habeatur ad

alios

inquem alienauit rem , quam ſimpliciter poſſidebat à patre: qui contra illum poteſt intentari petitio hæreditatis, vel ad rem, vel ad pretium *ff. de petitione hæredita.*

Quintò fallit, quia ille qui emit rem, aut emit iniuſto pretio, & intentatur petitio hæredit. aut iuſto: & tunc ille qui vendidit, aut non eſt ſoluendo, & non intentatur: aut eſt ſoluendo, & intentatur, vt per gloſſ. *in l. 1. & 2 C. de petit hæred.* & ita dicit Ioan. de Prato. *C. de edict. Diui Adria tollend. l. fina.* & vide gloſſ. in hac materia *in l hæreditatem. C. in quibus cauſ. ceſſat longi temporis præſcript.*

Sextò fallit, quando titulus non eſſet aptus ad tranſlationem dominii: vtputa, titulus commodati, vel depoſiti: quia contra poteſt intentari petit. hæred. vt in loco præallegato.

REGVLA CCCLXV.

PORTIO iam acquiſita ſi deficit, nō facit locum iuri accreſcēdi. *l. aquam. §. fin. quemadmodum ſeruitu. amitta. l. 1. §. interdum, de vſufruc. accreſ.*

Primò fallit in caſu *l. 1. §1. ff. de vſufruct. accreſcen.*

Secundo fallit in aſſignatione libertorum. *l. vtrum in prin. & ibi not. ff. de aſſi. liber.*

Tertio fallit, quando deficit ex poſtfacto per reſtitutionem in integrum: quia tunc accreſcit nolenti, vt *in l. ſi minor ff. de acq. hær.*

Quarto fallit, quando ius accreſcendi habet vnionem ſubſtitutione pupillari, vt *in l. qui patri. ff. de acquir. hæred.*

REGVLA CCCLXVI.

POSSIDENS ſi ille per quem poſſidet, de poſ-

ſeſ-

ſeſſione expellatur, non tantùm naturalem, ſed etiam ciuilem perdit. & idem ſi ſponté tradatur, vt eſt gloſſ. *in c. cùm olim cauſam, extrà, de reſtitut ſpoliat.* & per gloſſ. & Doct. *in l. ſina.* C. *de acquir. poſſeſſ.* & maximè per Bart. & Angel.

Primo fallit in Eccleſia, quæ ipſam poſſeſſionem ciuilem non perdit: vt *in c. quiſquis*, ſecund. Bal. & *in d. c. cu m olim cauſam. de reſtit. ſpol.*

Secundo fallit in fiſco vel pupillo eadem ratione. ad hoc quod not. *extrà, de reſt. in integ. c. 1.*

Tertio fallit, quando ille, qui nomine alieno poſſidet, eam non traderet merè, ſed ſub conditione, ſi domino placuerit: cum tunc non perdat ipſam poſſeſſionem ciuilem, vt colligitur *in d. c. cum olim cauſam.* ſed licet dominus perdat poſſeſſionem, etiam ciuilem, per traditionem ipſius rei nomine poſſidentis ſponte & ſimpliciter facta: tamen ipſe dominus poterit eam recipere per conditionem. *l. fin. ff. de acquir. poſſeſ.* imo etiam poterit ipſe dominus ſi veniat & non fuerit admiſſus illum incontinenti repellere, cum ipſe ſi ſit dominus cum pertinere videatur: & tunc expoliare eum poteſt. ad hoc facit text. *in d c. cum olim cauſam* qui ita procedere poteſt, quando ipſe dominus veniret incontinenti, cum illi incontinenti tradit ipſam poſſeſſionem: aliàs ſi ex interuallo non poſſit, & ſi in illum tranſlata fuiſſet poſſ. ciuilis & naturalis ſecus ſi tantum naturalis, vt quia fuiſſet tradita non ſimpliciter, ſed ſub conditione: vt ſuprà dictum eſt. & ita procedere poteſt text. *in d. c. cum olim cauſam. extrà, de reſtitutio ſpoliatarum.* vbi latius vide.

REGVLA CCCLXVII.

POSSESSOR bonæ fidei licèt fructus lucretur, tamen illos cum impenſa compēſare tenetur,

tur, *l. fructus. ff. de vſuris. & ibi gl.* & *l. ſumptus. ff. de rei vendicatione.*

Primò fallit, quando bonæ fidei poſſeſſor rem poſſederit cum titulo, & maximè oneroſo: quia tunc non tenebitur compenſare fructus cum impenſa: vt eſt gloſſ quæ à Doctoribus reputatur ſingul. *in l. emptum in fin. gloſſ. magna. ff. de rei vend.* Doct. Mod. *in l. diuortio. in §. interdum. ff. ſolut. matrimon.* eam allegat. pro ſingul. & per illam gloſſ. dicit ibi Bald. vnum quod eſt ſummè notandum, & menti tenendum videtur, quòd ſi quis tenuit fundum in emphyteuſim ab aliquo pro ſe & deſcendentibus, & poſtmodum contingat non extare plures deſcendentes, tunc non debet reuerti ad dominum: quia tunc hæredes emphyteutæ poterunt petere omnia melioramenta facta in dicto fundo ad perpetuam rei memoriam. & de hac quæſt. vide Bald. *in Authent. qui rem C. de bon. qua lib.* & *l. fin. C. comm. de leg.* & *in tit. de contr. inueſt. §. ſed ſi manzer. in verſ. quaritur,* quòd bene not.

REGVLA CCCLXVIII.

POSSESSOR bonorum legatario ſatiſdationem de legato ſibi præſtando offerre non tenetur, ſed ſatis eſt quòd non ſit in mora, ſi legatarius ſatiſdationem petat, vt eſt text. *in l. 2. §. 1. C. quor. l.* qui tex. quotidie allegatur, quòd vbicunque quis eſt obligatus ad aliquid, non tenetur ſe offerre, ſed ſatis eſt quòd requiſitus vel interpellatus moram non faciat.

Primò fallit, niſi dies ſit appoſita: quia tunc dies interpellat pro homine, *vt l. magnam. C. de contrahen. & com.* & *in c. potuit, de loc.* ita tenet Bar. *in d. l. 2. C. quo l.* & ita tenet glo. *in c. cupientes. in §. ſi verò contempſerit, de elq. in 6.*

Secundò fallit, vbicunque quis eſſet legatus ad aliquid

quid faciendum, & interpoſitum fuit iuramentum: quia tunc, etiam ſi dies non ſit appoſita, tenetur ſe offerre, etiam ſi fuerit minimè requiſitus, ita ſingul. tenuit Ioan. Andr. *in c. breui, de iureiur.* quem ibi ſequitur Do. Abb. & per hoc etiam limita gloſſ. *in praalleg. c. cupientes. §. ſi verò contempſerit, de elect. in 6.* & *in praallega. l. 2. §. 1. C. quor. leg.*

Tertiò fallit, quando ponuntur verba geminata: tunc enim debet offerre, licèt non ſit requiſitus, ad hoc eſt tex. *in Clemen. vnica iuncta gloſſ. in verbo, exigere, de teſti.* nam illa dicit, quòd ſi religioſus eſt datus executor teſtamenti, quòd debet reddere rationem executionis ordinario loci, & quod ordinarius tenetur rationem exigere, in gloſſ. penult. dicit, quòd tenetur rationem reddere petenti, ſi non offerret: & ſi ordinarius non recipit, ei non eſt imputandum. ita dicit glo. prædicta, & hoc multùm nota. & hoc eſt quia verba debent aliquid operari, vt *in l. ſi quando ff. de leg. 1.* & *in c. ſi Papa, de priuil. in 6.* vt ergò euitetur ſuperfluitas, quando verba geminantur, debet ſe offerre, licèt non requiratur.

Quartò fallit, quando requiratur aliquid fieri tempore actus, de hoc eſt gloſſ. not. *in c. vt circa, in verbo præſtito, de electio in 6.* ex quo infertur, quòd ſi ſtatutum dicat, quòd nullus debeat admitti ad magiſtratum, vel eligi, niſi ſatiſdet & præſtet iuramentum, quòd talis debebit offerre ante adminiſtrationem, aliàs electio vel aſſumptio ad magiſtratum non valebit. & prædicta faciunt quæſtionem ſtatuti dicentis, quòd appellans tenetur præſtare ſatiſdationem infra decem dies à die appellationis, aliâs appellatio intelligitur eſſe deſerta: nam hoc caſu appellans tenebitur infra decem dies offerre ſatiſdationem, aliâs appellatio erit deſerta. & per hac adducitur tex. not. *in l. final. C. quo. leg.* qui text. non apertè hoc probat: ſed pro hoc videtur eſſe gloſſ. in terminis *in d. c. cupientes. §. ſi verò. de elect. in 6.* quæ dicit quòd quotieſ-

cunque apponitur dies vel terminus in ſtatuto, vel in l. quod tunc non eſt neceſſaria petitio: quia dies interpellat pro homine. *d. l. magnam. de contrahen & com. ſtipu.* & ita etiam videtur tenere gloſſ. *in l. cum patronus in gloſſ. 2. ff. de bo. li.* Pro hoc alle. bonum tex. *in l. 2. C. de iu. emphy.* quæ dicit quod ſi emphyteuta non ſoluit Canonem infra triennium aut biennium, quòd priuatur emphyteuſi, & dicit ibi text. quòd ipſe debet offerre debitum ſpontanea voluntate, & perſoluere: & ſic non requiritur interpellatio, vt conſtituatur in mora, & ita illum tex. quaſi in terminis noſtris tenuit Bar. *in l. fin. §. fin. ff. de quo leg.* ſed contrarium facit quod nota. Gul. *in l. 1. ſuper gloſſ. 1. ff. de iur. omn. iud.* vbi dicit quòd iudex ita demum tenetur, ſi non facit illud, quod ſibi erat commiſſum, ab eo fuerat petitum: aliàs non, & allega. optimum tex. *in l. 2. § . magiſtratibus ff. de magiſt. conue.* quem Bald. ibi dicit ad hoc eſſe meliorem de iure. pro quo facit text. *in l. 4. § . hoc autem iudicium. ff. de damn. infec.* item pro hoc videtur gloſſ. quæ hoc expreſsè tenet *in c. fin extrà, de reſcri.* confirmatur per id quod voluit Anto de But. *in c. veritatis. de offici deleg.* vbi dicit ſtante ſtatuto quod iudex teneatur finire cauſam intra certum tempus, aliàs debeat puniri, quod habet locum ſi alias fuit petitum. item pro hoc facit quod tenet gloſſ. *in l. vniuerſa. C. de precib. imperat. offe.* quæ dicit, quod ſi quis impetrauit à principe, quod non teneatur creditoribus ſatisfacere, niſi vſque ad certum tempus, poſt quod ipſe ſatisfaciet creditoribus: quod hoc eſt verum ſi ab eo dicit gloſſ. *in l. peto. ff. de leg. 2.* & per d. gloſſ. ita tenuit in terminis Paul. de Caſtr. *in præalleg. locis,* quod ſtante ſtatuto quod appellans teneatur præſtare fideiuſſionem infrà decem dies, aliàs appellatio intelligatur eſſe deſerta, quod tale ſtatutum debet intelligi, ſi à parte fuerit petitum, aliâs non. & pro iſta opini. facit gloſſ. *in l. de pupillo. §. qui procuratorio ff. de nou. ope. nun.* quæ dicit, quod licèt quis renunciet nouum opus procuratorio nomine: debet ſatiſdare,

&c. a-

&c. aliàs nunciatio reijcitur. quod procedit, ſi fuerit petita ſatiſdatio, aliàs autem non. accedit quod tenet gl. *in c. 2, in tit de ea quæ interfecit fratrem viri ſui in glo. ſuper verbo not. quòd quis.* & quod not. Card. *in c. quapropter.* § *pen. in 17. q. de elect.* & quamuis prima opinio in puncto iuris videatur verior, tamen communis ſeruatur in practica. Et ad adducta contra primam opini. poteſt reſponderi, quòd ibi nulla fuerat dies appoſita ad ſatiſdandum, ſed quandocunque poterat ſatiſdare, quod ſecus erat in propoſito: igitur & pro iſta opini. etiam vltra ſuperius alleg. adduco gl. quæ hoc videtur velle in terminis *in l. mora ff. ſol. matri.* quàm gl. Bald. Raph. & Fulg. ibi ad hoc reputant not. dignam, quæ glo. vult quod mortuo viro hæredes tenentur reſtituere dotem mulieri elapſo anno, aliàs tenentur ad vſuras: vt no. *in l. diuortio in prin. ff. ſol. matr.* etiam ſi nulla fuerit interpellatio facta: quia dicit gl. quòd lapſus anni interpellat.

REGVLA CCCLXIX.

POSSESSORIVM adipiſcendæ & recuperandæ petitorium primo intentatum ſuſpendere facit: vt *in c. paſtoralis, extrà, de cauſ. & proprie.*

Primo fallit, quando proponeretur poſt concluſum in cauſa ipſius petitorii, vel poſtquam renunciatum eſſet probationibus, vt patet *in d. c. paſtoralis.*

Secundo fallit, quando ipſe proponens poſſeſſorium, vellet ſuſpendere petitorium, cum non poſſit. ad hoc not. *in c. pia. de except. in 6.* & ſi ipſe ſuſpendens ſemel poſtea rediret ad poſſeſſorium ſuſpenſum cum non ſit locus ipſi niſi ſemel: nam ex quo intentat poſſeſſorium, cogetur in eo perſeuerare: vt *in Authen. qui ſemel C. quomodo & quando.* & ſimiliter in petitorio, ad quem redit per *d. Authent. qui ſemel.* quæ in his quidem non reperitur limitata: vnde cogetur

Vtrunque proſequi, ſecundùm domin. Nico. *in c. cum ſuper.* qui hoc tenet, quicquid ibidem dicat domi. Anto. de Butr. & domi. & Rota *in deciſ.* 21. circa quæ vide per d. Rota *in deciſ.* 152. *quæ incipit, Item ſuſpendens.*

Tertio fallit, quando comparens pro ſuo intereſſe in iudicio poſſeſſorio, vellet ſuſpendere petitorium, cum non poſſit: vt voluerunt domini de Rota *in deciſ.* 158. *quæ incipi. item ſi inter nos,* & vide latiùs per Docto. *in d. c. paſtoralis.*

REGVLA CCCLXX.

PRAECEPTVM comminatorium iudicis non valet, ſi metum taxatum de iure excedat. ita tenet Bart. *in l.* 1. *ff. ſi quis ius dicen. non obtem.*

Primo fallit, niſi cognitio interueniſſet, putà, quia iudex cauſa cognita præcipiat, quod talis reſtituat familiam ſub pœna centum, &c. ita tenet ſing. Innoc. *in c. cum in tua, qui. ma. acc. poſ.* alleg *l. ea quæ. C. commi. vel epiſc.* idem fuit de mente Specula. *in titu de ſent. prolat.* §. *ſpecies. verſicul. ſed nunquid iudex.* quod dictum ſequitur Angel. *in l. debitor. C. de pact. igitur, &c.*

Secundo fallit, vbicunque fit comminatio iſta vigore ſtatuti: exemplum *in l. tutor qui repertorium.* §. *ſolet C. de adminiſtratione tutorum.* & ita etiam tenet Imol. *in praallegato c. cum in tua. qui matri. accuſ. poſſunt.*

REGVLA CCCLXXI.

PRETIVM particularibus loco rei non ſuccedit, vt *l. venditor. ff. de hæreditate vel actione vendita.* & *l. ſi quis vxori.* §. *ſi Titius.* & *l. quas.* §. *fi. ff. de furtis.*

Primo fallit, quando quis ignoranter emit rem furto ſubtractam. Nã iſto caſu pretium ſuccedit loco rei,

rei, & eſt ſpeciale. & poteſt eſſe ratio, quia emptor tractat de damno vitando, ne videamur locupletes fieri cum aliena iactura, caſus eſt *in l. Labeo*. & *l. Sab. §. item ſi dominus* a. *de verbo. obligat.*

ADDITIO.

a §. item ſi dominus. *Et ibi vide dom. Bart. Capol.*

Secundo fallit, quando quis emit rem ſibi legatam, vt *l. teſta de legat. §. ſi res.* & *l. plenè. §. ſi rem ff. de lega.* 1. ratio eſt in præcedenti caſu.

Tertio fallit in illa ratione, quæ oritur ex contractu: vt ſi commodatarius vel depoſitarius vendiderit ſuo nomine ignoranter: quia tunc actio depoſiti vel commodati datur ad pretium, etiamſi res ſit ſalua. caſus eſt multum notabi. *in l. vim & ibi per Doctor. C. de rei vendicatio.* & ibi per Barto. & Docto. *in l. ſi eum ſeruum. in fin. ff. ſi cert. petatur.*

Quarto fallit, quando venditio rei meæ eſſet facta neceſſitatis cauſa inuenta à ſuperiore, vt ſi poſſidebam rem meam, & ſuperior me compulit ad ipſam vendendam, vt daret eam militibus: nam poſſum petere à te pretium perceptum, quia non ſum regreſſurus ad rem. *l. item ſi verberatum §. fin. ff. de rei vend.* & arg. *l. qui ſolidum. §.* 1. *de leg.* 2. & ita not. dicit Paul. de Caſt. *in l. in re. de rei vend.*

Quinto fallit, vbi apparet de conſenſu partium expreſsè, ſecùs ſi tacitè: quia tunc pretium ſuccedit loco rei *l. in pertinentibus. in fin.* & *l. ita conſtante.* & *l. ex pluribus.* & *l. fin ff. de iur. do.* & *l. quoties. eod. tit.*

Sexto fallit in re empta ex vſura rei, quia ita iudicatur de re, ſicut de ipſa vſura: vt not. Innocen. *in c. cum tu, & ibi per Doct. extrà, de vſu.* ſed dic quod in hoc pretium non dicitur ſuccedere loco rei, ſed bene res loco pretii.

Septimo fallit in foro animæ: vt not. Specu. *in tit. de vſu. ver. pone vſurarius.* & Bal. *in addit. Spec. eod. tit. in princ.*

Octa-

Octauo fallit,*b* quando res eſſet perempta, & ſi contra poſſeſſorem non eſſet mihi ſuccurſum: quia tunc contra venditorem poſſem agere ad pretium: & ſic pretium ſuccedit loco rei, ne venditor locupletetur cum iactura mea, vt *l. non omnes, & l. ſi cum ſeruum. ff. ſi cert. pet*

ADDITIO.

b Octauo fallit. *Vide d. Bart. Cæpo.* in ſupra alle. §. item ſi dominus. in 1. q. in ver. 1. caſu fallit.

Nono fallit in act. quod metus cauſa: vt *l. ſi pap. ff. quo met. cauſa.* de quo dic, vt per Cæpol. *in d. § item ſi dominus. in oppoſit. prima, in ſecundo caſu.*

Decimo fallit in hæredi. peti. vt *l. ſi rem vel pretium. ff. de pact.* quod dic, vt per gl. & Cæpo. *in d. §. item ſi dominus*

Vndecimo fallit in hæreditatis reſtitutione: vt *l. Imperator cum l. ſequ. de leg. 2.* de quo dic, vt per Cæpol. *in d. §. item ſi dominus. in oppoſit. 1. in quarto caſu.*

Fallit duodecimo in re data in dotem, vt *l. res dotem data ff. de iure do.* de quo dic vt per glo. Bartol. Cæpol. *in d. § item ſi dominus c. in oppo. 1. in 2. caſu.*

ADDITIO.

c §. item ſi dominus. *Et ibi de omnibus his fallent. vide dom. Bart. Cæpol. & dic, vt ibi per eum.*

REGVLA CCCLXXII.

PRAELEGATA in fideicommiſſum non veniunt, quando teſtator poſt hæredum inſtitutionem eis dedit, ſi de hæreditate nulla mentio facta eſt. caſus eſt not. *in l. Marcellus. §. quidam ff. ad Trebellia.*

Primo fallit, vbicunque teſtator totum patrimonium diuiſiſſet inter filius in teſtamento, & eos æqualibus portionibus hæredes inſtituiſſet, vel in rebus,

quæ

quæ idem important. vt *l. ex facto. ff de hared. inſtitu.* caſus eſt ſing. ſecundum Ioan. de Imol. *in l. quid. ergo la. 2. ff. de leg. 1.* ratio eſt, quia iſta prælegata ſuccedunt in locum portionis hæredi, & ideo totum videntur habere iure hæreditario: vt dicit Bart. *in d. l. Marcell. in §. quidam ff ad Trebel.*

REGVLA CCCLXXIII.

Præſcriptio longiſſimi temporis per litis conteſtat. interrumpitur: vt *l. minor. C. de rei vend.*

Primò fallit *a*, niſi agens deſiſteret renunciando lit. vt no. bene *in l. ſcrip. ff. ne de ſtat. defunc.*

ADDITIO.

a Primo fallit. *Adde* Felin. in c. illud. in 6. col. circa prin. in ver. & ſcias vnum caſum, de præſcrip.

Secundo fallit, quando quis fraudulenter lit. conteſt. vt interrumpatur præſcriptio, & poſt litem non proſequitur: vt Spec. *in tit de reſcr. præſentata. §. ratione autem impetra. ver. quid ſi quis vtitur ita literis* quod eſt valde ſingulare & menti tenendum.

Tertio fallit in præſcriptione libertatis, quæ ſeruitute non interrumpitur per lit. conteſta. *l. ſi cui de ſer. & aqua. C. & ff.* & not. Paul. de Caſtr. *in l fin. §. ſi quæratur ff. ſi ſerui. ven.*

REGVLA CCCLXXIIII.

Præſcriptio *b* contra ignorantem regulariter currit. *l. fin. C. de præſcript. long. temp.*

ADDITIO.

b Præſcriptio. *Adde* Feli. in c. vigilante. de præſcr. in 1. col. & *Paul. de Caſt.* in conſ. 294. incip. ego Pau. & *Bal. plenius* in l. 1. 24. oppo. C. qui admit.

Pri-

interueniat curſus tanti temporis, cuius initij in contrarium memoria non exiſtat: *vt extra, de verbor. ſignifi. c. cum quidam* prout voluit dom. Nicol. *in c. cũ contingat.* & do Anto. *in d. c. per venerabilem.* & not. per Innocen. *in c. cum P. extra, de fide inſtrum.*

Tertio fallit in his, quæ competunt epiſcopo ratione ordinis, & ipſum ordinem reſpiciunt: cum talia non poſſunt præſcribi, nec conſuetudine quæri per inferiorem ab eo. *extra, de conſue. c. quanto.* & *extra, de priuile. c. accedentibus.* Et hoc voluit Ant. *in d. c. cum contingat.* poſt Imol. & Hoſt. dicentem, quod conſuetudo non poteſt tribuere poteſtatem clericis inferioribus ab epiſcop. vt ibi per Dom. Innoc. quia ita intelligit, vt not. *extra, de elect. c. tranſmiſſa.*

Quarto fallit in priuato, qui vellet conſuetudinẽ vel præſcriptione ſibi quærere ea, quæ ſunt meri imperij, cum non poſſit, ſecundum Domin. Nicol. *in d. c. cum contingat.* quod etiam videtur velle ibi Ioan. And. poſt Imo. dicens, quod conſuetudo non poteſt tribuere perſonæ priuatæ poteſtatem excommunicandi, argumen. eorum quæ habentur *extra, de offic. archi. cum ſatiſ.* & *c. ſequenti.* ad hoc etiam facit quod not. Innocent. *in c. conquerente. extra, de offic. ordi.* ſed ipſe Imo. contrarium voluit, *extra, de reſtitut, ſpolia. c. cum olim. el.* 2. dicens, quod conſuetudo poteſt dare ipſi clerico poteſtatem excommunicandi, cum Epiſcopus eodem modo hoc expreſſe poterit concedere: vnde & poterit etiam tacite ita permittendo. & hoc tenet Dom. Florian. *in d. c. cum contingat, extra, de foro competen.* & Domini de Rota. *in deciſ.* 47. quod verius videtur: cum poteſtas excommunicandi ſit iuriſdictio, *extra, de remiſſ. c. tranſmiſſum.* ſecundum Innocen. *in c. cum contingat.* quod verum intellige, quando clericus eam ſibi quæreret nomine ſuæ prælaturæ, vel ſuæ adminiſtrationis, argumen. *c. dilectione, de ſenten. excommunic. in 6.* alias ſi nomine proprio non poſſet quantumcunque habeatur ad

alios

Digitized by Google

alios ſubditos : nam cum hoc dependet à poteſtatē clauium, non poteſt competere nomine proprio, arg. *extra de pœnit. & remiſſ. c. 2. in 6.* vt voluit Ioan. Andre. *in c. cum contingat.*

REGVLA CCCLXXVI.

Præſcriptio contra ius commune titulū requirit, vt *in c. 1. de præſcrip. in 6.*

Primo fallit in præſcriptione tanti temporis, cuius memoria non exiſtat in contrarium, vt *in c. 1. de præſcrip. in fin.*

Secundo fallit, vbi ius commune non facit pro illo, ſed præſcriptionem impugnat, licet non faciat contra præſcriptionem, vt in gloſ. *in d. Clem. de præſcrip.* per Archid. & Io. Andr.

Tertio fallit, quando tractatur in præſcribendo in actu, qui ſimul in præſcriptione creatur, vt dicit Paul. *in d. c. generali, de elect. in 6.* & ibi vide not.

Quarto fallit, quando ius commune non facit iniuſtam rationem præſcribentis, licet faciat contra præſcribentem, vt *in c. cum Eccleſia, de cauſa poſſeſſ. & propriet.* ſecundum Ant. *in c. ſi diligenti, extra, de præſcrip.*

REGVLA CCCLXXVII.

Præſcriptio per litis conteſt. interrumpitur, & actio perpetuatur, vt *in l. ſicut.* & *in l. cum notiſſimi. C. de præſcrip. 30. anno.*

Primo fallit, niſi agens renunciauerit liti, quia non dicitur interrupta præſcriptio, ita tenet Domin. Benedict. Plumbin. *in l. ſi quis ſeruum. C. de furtis.*

Secundo fallit, niſi quis ageret ea intentione, vt præſcriptio interrumperetur, & ſic animo non perſeuerandi litem: & tunc præſcriptio non interrumpitur. ita ſin-

ita ſingul. tenet Spec. *in tit. de reſcr. rep. §. aut ratione.* & idem Do. Abb. Sic. *in c. illud. circa fi. extrà, de præſcript.* Addo ſing. gloſſ. 16. *q.* 6. *c. placuit. el.* 2. poteſt ad hoc pro ſingul. alleg. Ludouic. de Roman. *in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matrimo. in* 34. *fallen. principali.* & habetur per Angel. *in l.* 1. *de priuat. delict.* & *in l. cum lite mortua. ff. de iudic.*

REGVLA CCCLXXVIII.

PRÆSENS in iudicio non eſt aliter citandus. *l. de vnoquoque. ff. de re iudic. cum ſim.* vt per Alex. *in Rub. C. de in ius voc.*

Primò fallit, quando citatio fit ſolùm ad ſimplicem finem comparitionis, vt citatus ſimpliciter compareat: ſecus, ſi fieret in finem reſponſionis & defenſionis.

Secundo fallit, quando citatio requireretur per modum formæ, ſecundum Bald. *in c.* 1. *de mili. vaſ. qui contumax eſt.*

Tertio fallit, dummodo pars præſens in iudiciò certificetur per iudicem de actu qui debet fieri; aliâs cenſeretur factus tanquàm contra abſentem, ſecundum Bartol. *in l. furioſo, ad fin. ff. de re iudic.* quem ſequitur Dom. Anton. de Butr. *in d. c.* 1. *de re iudic.*

REGVLA CCCLXXIX.

PRÆSENTIA alicuius, cui debetur reuerentia, non inducit iuſtum metum ad reſcindendum actum, niſi probentur minæ vel verbera præcedenti, ita Bart. *in l. ad inuidiam. quod met. cauſ.*

Primò fallit, quando actus fit cum eo, cui debetur reuerentia, vt per Roma. *in l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. ſol. matri.* contrarium tamen vide per Bal. *in l. pactum. C. de colla.*

Secundo fallit, vbi eſt talis actus, qui requirit liberam voluntatem, vt in matr. quia tunc ſola præſentia inducit iuſtum metum reuerentialem, vt per Anton. de Butri. *in c. cùm mirum, de regula.*

Tertio fallit, quando ille, cui debetur reuerentia, erat ſolitus in ſimili inferre minas vel verbera contra ſubiectam perſonam, & probatur per ea, quæ voluit Bart. *in l.* 1. § *& poſt operis, de oper, no. nunc.* & Doct. *in c. fin de appel.*

Quarto fallit, vbi actus taliter factus enormiter læderet perſonam ſubiectam: quia tunc abſque eo, quod probentur minæ, præſumitur metus reuerentiæ, vt in ſimili voluit Feder. *in conſ.* 179. *incip. quæritur, an dicta Margarita,* & Pet. de Anch. *in regula, acceſſorium, in* 13. *col:* & Paul. de Caſtr. *in conſil.* 175. *incip. in Chriſti nomine.*

REGVLA CCCLXXX.

PRIVILEGIVM de iure Canon. per ſuperueniens delictum non tollitur.

Primo fallit, quando reperitur aliquid in iure expreſſum, vt habetur *in c. perpendimus, extrà, de ſent. ex commun. in 6.*

Secundo fallit, quando tale priuilegium eximeretur à iuriſdictione reſpectu certi loci, cùm tunc delinquendo extra locum perdat ipſum priuilegium, vt *in c.* 1. 3. *q.* 6. vbi de hoc.

Tertio fallit, quando eximeretur à iuriſdictione reſpectu minorationis perſonæ: vt eſt priuilegium, quod inferior non poſſit iudicare. tale enim eſt priuilegium, ſi inferior delinquat in loco maioris, vt not. *in c. fin per Doctor. extrà, de foro compet.*

REGVLA CCCLXXI.

PRIVILEGIA debent ſtrictè interpretari, gl. *in verbo, ordinarij, in c. literas, de fil. presby. cum concord.*

cord. vt per Feli. *in c. cauſam, in* 8. *col. de reſcr.* & tex. *in c. ſanè, de priuileg.*

Iſta regula ampliatur, vt etiam priuilegium non extenditur ad cauſam habentem eandem rationem vel maiorem, ſecundùm Hoſtien. & communiter Docto. *in d. c. poſtulandi.* & ibi latè Felin. *in* 10. *colum. in fin. cum ſequent. verſic. circa* 3. *quæſt & verſ. limita.* 1.

Hanc limitationem declara & reſtringe, niſi illud minus, vel illud quo eſt eadem ratio, veniret per modum antecedentis, vel conſequentis, aut connexi, iuxta ea quæ plenè tradunt Moder. *in l.* 2. *de iuriſdict. omn. iudic.* & ponit Felin. *d. c. poſtulandi in* 3. *limit. in* 13. *colum.* & *in* 6. *&* 8. *limitatio. in* 6. *colum.* & ponunt gloſſ. & Canoniſt. *in c per venerabilem.* §. *quod autem, extra. qui fil. ſint legitimi.*

Amplia ſecundo dictam regulam, quod adeo ſtrictè ſunt interpretanda priuilegia, vt etiam verba improprientur, ad hoc, vt minus lædant ius commune. *l. ſi quando, in princip. C. de inoffic teſtam* & *c. cùm dilectus, de conſue.* & multa ponit ad Felin. *in c.* 1. *in* 6. *col.* & in *d. c. cauſam quæ, de reſcrip.*

Hanc ampliationem declara & reſtringe dupliciter: primo, niſi verba eſſent adeo lata & clara, quod non poſſent reſtringi ſalua ratione recti ſermonis, ſecundùm Butr. & Panorm. *in d c. olim.* & Io. Andr. *in addit. ad Spec. in Rubr. de fil. presbyt.* quem refert Feli. *in d. c. poſtulandi, circa princip.* 11. *colum.* & ideo dicit Bal. *in d. l.* 2. *in* 4. *nota C. de legib.* quod verba priuilegii non ſunt obſcurè, nec calumnioſè interpretanda.

Benè facit vulgare dictum Bald. *in d. c. cauſam.* vbi vult, quòd licèt ambigua probatio & dictum teſtis obſcurum interpretetur contra producentem. *c. in præſentia, de probat.* tamen verba teſtium nõ ſunt calumnianda, ſed interpretanda.

Benè faciunt etiam not. per Batt. & Docto. *in l. ſi de certa.* & *in l. ſub prætextu ſpecierum. C. de tranſact. cum concord.*

Tertiò intellige, & declara, dummodò verba reſcripti aliquid operentur: vnde ſi ſint lata & generalia, debent reſtringi ſecundùm formam iuris, dummodò aliquid poſſint operari, vt latè Feli. *in d.c. cauſam quæ. in 2. declarat. in 9. col.* & latiùs per eum *in c.1. in 3. col. de reſcript.* benè facit Doctor Bart. *in l.1. §. nunciatio ff. de ope. nou. nuncia. in 2. colum. cum concord. ibi traditis.* faciunt etiam no. *in l.1. §. huius rei, in gl. in verb. fortiſſimum ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd.*

Primò fallit, niſi appareat de mente Principis, vt quia velit præiudicare tertio, putà, quòd dicit, non obſtante præiudicio tertii, per text. *in l. 2. §. meritò. & § ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publ.* & intellige in his, in quibus Princeps poteſt præiudicare, putà, vbi tractatur de modico præiudicio, iuxta gl. *in l nec auus. C. de emancip. lib.* & *in l. ſi cùm hæredem ff. ad Treb.*

Secundò fallit, quando tale beneficium concerneret præiudicium Reipublicæ, ita procedat tex. *in l. ſi aliquando. C. oper publi.* ſecundùm Ang. & Mod. & idem vult Panorm. poſt Io. And. *in c. 2. in vlt. col. de immu. Eccle.* & ad hoc multa adducit Feli. *in c. cauſam quæ, in 2. col. verſ. 5. declaratio, de reſcr.* & iſta fallentia eſt de indubitabili attenta præcedenti fallentia.

Tertiò fallit, quando tale beneficium concederetur ad ſupplicationem partis, ſecundùm Angel. hic per *l. ſi aliquando.* Ioan. Andre. & Panormita. *in d. c. 2. de immunita. Eccleſ.* quod qualiter intelligatur, dicetur in gl. ſequ. in materia priuilegiorum.

Quartò fallit, quando Princeps concederet non ſolita concedi, ita poteſt intelligi *d. l. ſi aliquando,* ſecundùm Ange. & Modern. benè faciunt not. *in l. more, in materia præſcr. meri imperij.* & *in l imperium, circa 8. col. in illa quæſt.* an regalia veniant in generali confeſſione, de iuriſdict. omni. iudic.

Quinto fallit, quando tale beneficium induceret plura ſpecialia, ſecundùm Bald. hic *in 1. lectu. in 2. colum.*

per *l.ſi quando.in princip.C de inoffic. teſtam.* Subiiciunt tamen poſteà ipſe Bald. quod illa lex non loquitur in beneficiis, ſed in priuilegiis.vnde in priuilegiis adduceretur hæc fallentia.

Sexto fallit, & intellige de beneficiis propriè & ſtrictè, prout declarant Bart. & Doct. ſecùs autem eſt in reſcriptis ad beneficia Eccleſiaſtica: quia illa tanquàm ambitioſa ſunt reſtringenda *c.quamuis.el.1. de præbend. in 6.* & bona gloſſ.*in c.quamuis.el.2.eod.tit & lib.* & ita declarant Bald. Alb. & Modern *hic.* & Felin.*in d.c.cauſam quæ, in 6.colum.verſic.7. declarando* & *in c. Rodulphus, in 6.colum.eod.tit.*

Septimo fallit, quando beneficium eſſet conceſſum ex certa cauſa: quia reſtringitur ad illam cauſam. *l.2.§.capitis debilitas.ff.de vac.mun.* faciunt multa, quæ ponit Felin.*in c.cùm ordinem, in 3.colum.de reſcrip.*

Octauo fallit, quando qualitas perſonæ repugnaret, per tex. & quod ibi not. Ange. *in l.plenum.§.equitij ff.de vſu.& hab.* ad quod multa ponit Felin. *in d.c. cauſam quæ, in 2.colum. verſic. quibus adde.* & Barb. *1.volum.in conſ.5.in 2.& 3.col.* benè facit quod decidit Bald. & ſequuntur Moder.*in c.generali,in tit.ſi de feud fuer.controuer. in vſibus feudor.*

Nono fallit, quando materia ſubiecta aliter ſuadet: nam debet intelligi ſecundùm materiam ſubiectam. argum.*l.ſi vno,in princip. ff.loca. cum concord.* & eſt de mente Feli.*in d.c.Rodulphus in 7.col.* ad quod adduco deciſionem Panorm.*in c dudum el.2.circà fin.extrà, de elect.*

Decimo fallit, & intellige, quod debet fieri latiſſima interpretatio, quæ ex verbis concipi poſſit. iſta eſt gloſ. not. quam ſequuntur Doctor. maximè Butr.*in c.fin. in gloſſ.fin.de translat.Epiſco.* benè facit tex.*in l.Gallus.§.1. ibi, quod ex verbis concipi poſſit.*

REGVLA CCCLXXXII.

PRIVILEGIA piæ cauſæ quæ ſint: & dicitur

relictum ad pias cauſas, quod pro anima relinquitur, vt dicit Bart. *in l. ſi quis Titio. ff. de legat. 2. per gloſſ. ibi poſitam.* ad hoc vide glo. & Bald. *in l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

Primum priuilegium eſt in dilationibus fraudulentis: nam ſi quis ſine iuſta cauſa differret ſoluere legatum pio loco, & expectaret ſtrepitum iudicialem, condemnatur ad duplum æſtimationis rei legatæ, de quo latius infra videbitur. & ſic no. ſpecialiter in pia cauſa, vt teneatur moroſus ad duplum. Sunt & alia ſpecialia multa: quia in piam cauſam dominium ſine traditione transfertur ex contractu, *l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ.* ſecus eſt in non pia cauſa. *l. traditionibus. C. de pact. & l ſi ego. C de rei vend.*

Priuilegium 2. eſt, quod valet donatio bonorum præſentium & futurorum ad pias cauſas, vt not. Bartol. *in l. fin. C. de pact.* & Bald. *in Authent. ſi qua mulier. C de ſacroſanct. eccleſ.* nam cum poſſit totam ſuam partem vouere & donare pio loco, fortius vniuerſa bona quæ ſunt introducta grat a perſonæ, *Inſtit. de rer. diuiſ. §. interdum* licet regu ariter ſecus *l ſtipulatio. hoc modo. ff de verbor. obligat.*

Priuilegium 3. eſt, quod mulier ad pias cauſas fide iubendo non iuuatur Velleiano. *l penult. C. ad Velleian.*

Priuilegium 4. eſt, quando aliquis fideiuſſor cum pacto non obligatur, in piam cauſam vero obligatur. *l. fin. C. ad Velleian.*

Priuilegium 5. eſt, quia licet non poſſit quis alter ſtipulari *l. ſtipulatio. iſta § alteri, de verbor oblig.* tamen poterit pro pia cauſa, vt Eccleſia, vt eſt gl. ſing. 1. *q. 7. c. quoties cordis oculus,* & glo. & Bald. *in l. illud C. de ſacroſan. Eccleſ* licet Docto. quidam velint, quod de iure Canon indiſtinctè quis poſſit alteri ſtipulari: quod etiam ſentit glo. *in d. c. quoties.*

Priuilegium 6. eſt, quod licet non valeat pactum de ſuccedendo defuncto, cum inducat votum captandæ mor.

mor.*l.fin.C.de pact.l. cum donationes. C. de tranſact.* tamen valet ad pias cauſas, ſecundum Bald.*in d.l. fin.* ſicut in militibus, dum ſunt in expeditione. *l.licet.C.de pact.*

Priuilegium 7. eſt, quia licet donatio omnium bonorum, vel alicuius partis per non filios retractetur per liberorum ſuperuenientiam.*l.ſi nunquam C. de reuoc. don* tamen non infirmatur facta ad pias cauſas, gloſſ.ſingul 17.*q.*4.& ponderat Bart.*in l.*3.§.*Imperatores, de lega.*2.& Bald.*in.l.*2.*ff.de donat.*

Priuilegium 8. eſt, quia ordinatio per viam conſtitutionis vel conſuetudinis facta per municipia de diſtribuendo aliquid erogandum per pias cauſas in eleemoſynam, non poteſt per idem mancipium tolli, tex.eſt not.*in l.priuilegia C.de ſacroſanct Eccleſ.* & vide Bartol.& eſt text.*in l.ad epiſtolam, eod.tit.* & Ioan.Andr. *in addit.Specul in tit de Inſtrum edit. §. nunc. aliqua.* licet dici ſolet, quod facta ad liberalitatem non inducunt neceſſitatem *l.ſolet §.fin.ff.de offi.proconſ.* & *l.Seio.amico.§.medico ff.de leg.*3. vbi interueniret caſus dominij *l.cum de in rem verſo.ff.de vſu.*& ideo ſi ruſticus ordinaretur de aliquid donando omni anno, niſi interueniret alia promiſſio, non obligaretur ex eo, quod vſus fuerit in certis vicibus illa liberalitate, vt dicit Bartol. *in d. l. cum de in rem verſo.*

Priuilegium 9.eſt, quia licet emptio rei facta per me & meo nomine ſit mea, licet pecunia ſit aliena C. *de rei vend.l.ſi de tuo.*& *l.ſi ex ea*, & *l. ſi patruus.* & tamen ſi pecuniæ ſint Eccleſiæ vel pupilli ſecus.*l.ſi vt proponas.C.de rei vend.*& not.Can. *in c. dicendum, de pe. cler.*& videtur probare 12.*quæſt.* 4.*c.*1. *& c. ſeq. in fi. & quæſt.vl.* Et adde, quod prædicta limitantur: quia per earum adminiſtratorem emitur. ſi tamen per aliũ, tunc non eſt Eccleſiæ: licet empta ſit de eius pecunia: & idem in pupillo, quia ſi emitur eius pecunia, res per alium quàm per eius adminiſtratorem non ſuam facit: alias ſecus. ita intelligunt Doct. hanc mate-

riam. ita refert Paul de Caſt. *in d. l. ſi ex ea.* & *in d. l. ſi vt proponas. C. de rei vend.* & *l. ſi de tua, eod. tit. quod not.*

Priuilegium 10. eſt, quia licet aliquod ædificium factum de alterius ſolo perfecta ædificatione ædificium cedit ſolo, de quo *in §. cum in ſuo, Inſtit. de rerum diuiſ.* tamen ſi pecunia Eccleſiæ ædificat quis in proprio ſolo, ædificium tunc non cedit ſolo: imo ſolum ædificio, gloſſ. eſt ſingul. 12. *quaſt. 2. Apoſtolos.* quam ſequitur Bald. qui ſolus inter Legiſtas ſciuit illam gloſſ. *l. tantum ff. de rer. diuiſ.* & not. Specul. *in tit. de emp. & vend. § tertio loco. el. 1. verſ. quod ſi clerici.* & videtur tex. 17. *q. 7. cum ſeq.*

Priuilegium 11. eſt, quia ſi aliquis vendiderit diuerſis temporibus duobus vnam rem, non præfertur ille, cui primo vendita fuit, ſed ille cui primo traditur. *l. quoties. C. de rei vend.* & *l. ſi ea res. §. vterque. ff. de act. emp.* licet per primum agatur ad intereſſe contra vendentem, vt ibi *l. ſin autem § fin. ff. de publ.* fallit in pio loco, & in Eccleſiaſtica perſona vendente: quia præfertur qui primo emit. ſingulare fuit dictum Ioan. Andr. & poſtea aliorum *in c. continebat. de his quæ fiunt à maio. par. cap.* quoniam eluſio in perſonis eccleſiaſticis maxime reprobatur, vt *Clem. mulier.*

Priuilegium 12. eſt, quòd licèt aliquis prætendat ſibi generaliter bona alicuius obligata, & velit agere hypothecaria ad vnam rem, quam dicit fuiſſe debitoris, & quam conuenienter poſſidet iure donationis illius rei, tamen non præſumitur poſt hypothecam generalem fuiſſe factam, vt eſt caſus *in l. rebus. C. de don. ante nupt.* & *l. quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pign.* tamen fallit in pia cauſa: quia iuris præſumptio eſt, quod donatio fuerit facta poſt hypothecã, niſi donator probet eam præceſſiſſe, ita conſuluit ſing. Fran. de Ramp. dicens, quod cum hoc ſit in fiſco per cauſam. *l. 1. C. de iur. haſt. fiſc.* etiam ſit non pia, idem in pia cauſa, cum æquiparentur *l. fin. C. de ſacroſ. eccle.* & *in Auth. de non alien. §. ſi minus, &c.* Tu tamen aduerte, quia

ge, quia *in l.1.de iure fiſc.* hoc non eſt ſpecialiter in fiſco: quia præſumitur contractus donationis factus poſt hypothecam, vt ibi de hoc, ſi reperiantur duo contractus, & non appareat quis fuerit celebratus antè vel poſt tunc in fraudem fiſci præſumitur hypothecam præceſſiſſe. & hoc ſpeciale in fiſco, & ita Bart. intelligit *d.l.1.*

Priuilegium 13. eſt, quod repudians hæreditatem debitoris fiſcalis occaſione tributi, omnibus bonis priuatur, quæ accepit inter viuos à defuncto debitore, vt eſt caſus memoriæ commendandus *in l. hæredes. C. de omni agro deſert. libr.* 11. ſecus eſt in repudiante hæreditatem debitoris piæ cauſæ: puta occaſione decimarum, quæ dicuntur tributa animarum, vt *in c. tuæ nobis, de decimis.* non priuabitur omnibus bonis, quæ idem hæres repudians recepit inter viuos à defuncto, vt eſt ibi caſus not.

Priuilegium 14. eſt quia ſub generali prohibitione donationis per ſtatutum, vel teſtamentum non videtur prohibita donatio in piam cauſam, vt ſingu. Bald. dicit *in l. ſponſus §. ſi uxor ff. de donat. inter vir. & uxor.* quia videtur excepta perſona Dei, ſicut in ſacramento fidelitatis intelligitur perſona Imperatoris excepta §. *contra imperialem, de prohib. feud. alien. per Frideric. in vſibus feudor.*

Priuilegium 15. eſt, quia in alienatione ad pias cauſas non eſt neceſſaria ſolennitas alicuius laicæ conſtitutionis, ſecundum Bald. *in l. generali. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & reddit rationem, quia alienatio ad pias cauſas ducitur ſpiritu Dei, & ilic non eſt ſub lege. *c. licet, de regul.* & 18. *quæſtio. 2. duo ſunt.*

Priuilegium 16. eſt, quia licet mandatum morte mandãtis finiatur re integra, *Inſtit. mand. §. ſi adhuc retinet. l. inter cauſas, in princip. ff. manda.* & plene per *c. mandato, de procur.* tamen in fauorem piæ cauſæ ſecus. ita mirabiliter dicit Bald. *in Authent. ſi qua mulier C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & *l. mandatum. C. manda.* vbi alleg. *l. ſi ego. § fin. ff. de iure dot. in 5. limit.*

Priuilegium 17. eſt, quia regulariter in contractibus innominatis habet locum pœnitētia: ſed in fauorē pię cauſæ non ita dicit Bal. *in l. ſicut ab initio. C. de act. & obl.* & alleg. *l. ſi quis pro empt. C. de donat.*

Priuilegium 18. eſt, quòd ſi creditor poteſt paciſci cum debitore, vt poſſit propria authoritate intrare poſſeſſionem rerum obligatarū. *l. creditores. C. de pig.* tamen non habet locum, quando ſunt Eccleſiæ debitores: quia tunc non valebit conuentio. 12. *q. 2. nulli liceat.* & firmatur *in c. 13. de foro compet.*

Priuilegium 19. eſt, quia à ſententia lata ſuper pia cauſa, non poteſt appellari, argum. no. per Bartol. *in l. ancilla ff de alimen. & cibar legat.* vbi vide per *l. final. C. de acquiren. poſſeſſ.* non enim licet appellare à ſententia in cauſa alimentorum.

Priuilegium 20. eſt, quòd licèt aliàs Reus ad fundandam intentionem Actoris non teneatur edere inſtrumenta apud ſe exiſtentia, vt plenè not. *in l fin. C. de eden.* & *l. 1. § creditores. ff. eod. titul.* tamen cùm pia cauſa agit ad introductum, quòd Reus ad intentionem fundandam cogatur edere iura Actori ad intentionem fundandam. fuit ſingul. dictum Butri. *in c. 1. de probat.* arguendò de fiſco ad piam cauſam: quia ſi illud eſt in fiſco temporali, fortiùs in fiſco ſpirituali, ſiue in omni cauſa pia, argumen. *c. vt gentes, de hæretic. in 6.* & ad fauorem fiſci Reus edere cogitur, vt *l. ne quiſquam, ſecundùm vnam lecturam. ff. de eden.* & Io Andre. *in addit. Specula. de inſtrumen. edi. § nunc videndum.* vbi vult, quòd in cauſa matrimoniali fauore animæ, cùm ſit res pijſſima, cogatur Reus edere inſtrumenta ad fundandam intentionem Actoris.

Priuilegium 21. eſt, quòd exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt ſolùm infrà biennium opponi, *Inſtit. de lit. oblig. per totum.* & *l. in contractibus. C. de non nume. pecun.* & per Canon. *in c. fin. ff de ſolut.* & ibi plenè. tamen pius locus ſemper opponere poterit, vt voluit Bald. *in Auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct.*

Eccleſ.

Eccleſ. & ratio eſt in promptu, cùm non debeat ſufficere ſola confeſſio, ſed expedit quòd probetur verſa vtilitatem pij loci, per *d. c. fin.*

Priuilegium 22 eſt, quia in pia cauſa proceditur nõ ſolùm diebus feriatis in vtilitatem hominum inuentus *l. Publicus. C. de feri.* & ſunt ad exemplum cauſarum publicarũ & fiſcaliũ, vt ibi per tex. *in tit. de fer. §. ſequitur. circa princ.* ſed etiam diebus feriatis in honorem Dei, vt *in c. conqueſtus, de ferijs.*

Priuilegium 23. eſt, quòd relictum ad pias cauſas repertum cancellatum in vltima voluntate, cenſetur in dubio iuris præſumptione inconſultè cancellatum abſque teſtatoris intentione, ſi non conſtaret de eius voluntate, *l. proxima, in fine ff. de his quæ in teſtam. delen.* & text. loquitur determinatè, licèt debeat extendi ad piam cauſam.

Priuilegium 24. eſt, quòd relictum ad vnum vſum pium, non poteſt etiam commutari ad alium vſum pium, ſine licentia Papæ, etiamſi hæres legatarius conſentiret, *in Clem. quia contin. de relig. dom.* & *l. legatum, de admi. tut.* nec valet quòd ex æquipollentibus fit. *l. ſimplex. C. de inſtit. & reſtit. ſub condit. fact.*

Priuilegium 25. eſt, quòd licèt aliqua conditio adiecta in legato in perſonam virginis, impeditura matrimonium & viduitatem inducens, reiiciatur. *l. quoties.* & *l. talis. §. reſcriptum, de condi. & demonſt.* & plenè not. *in Authen. cui relictum. C. de indi. viduit. tollen.* tamen fallit, niſi conditione impeditiua matrimonii defecta vocetur pia cauſa ad legatum: quia tunc non reiicitur, tex. eſt ſingul. *in l. Titio vſusfruct. §. fin. ff. de condi. & demonſtrat.* & vide plenè per Paul. de Caſtr. *in §. 1. illius legis.* Ego autem limitarem ea dicta cum ſua tota cauſa, ne veriſimiliter ſit ſterilis, per id quod dicit Bald. *in l. coruenticulam. C. de Epiſcop. & cler. circa princip. legis.* nam ſicut patronatus inducit dicere & iurare libertam ſuam, vt nubat, ne amittat ius patronatus, & ratio finalis prohibitioni

nis eſt, vt poſſit nubere, & filios legitimos habere, & ciuitatem liberis replere. *l.* 1. *ff. ſolut. matri.* ita & propoſitio.

Priuilegium 26. eſt, quia donatio per verba generalia facta in codicillis non comprehendit legatum piæ cauſæ: nam non obtinente tali donatione, tale legatum debetur, text. eſt ſingul. loquens in libertate, & extenditur per Nicol. de Ma. ad piam cauſam, *in l. libertus. §. poſthum. ff. de alimen. & cib. leg.*

Priuilegium 27. eſt, quia aliâs relictum anno tali, vel tali die, vel menſe, & ſic per verba tempus denotantia, in caſu obiecto non poteſt peti, niſi finito tempore. *l. qui à nobis. ff. de verbor. obliga.* nihilominus relictum taliter ad pias cauſas poterit peti in initio temporis. caſus eſt *in l. ſi ita fuerit libertas relicta ff. de manumiſſ. teſta.*

Priuilegium 28. eſt, quia relictum alicui, cùm ad talem ætatem peruenerit, peti non poteſt, illo ad ætatem non perueniente, tanquàm conditione non impleta, vt *l. fundus.* & *l. Mauius. ff. de cond. & demonſt.* & *l. qui habebat. ff. de vulga. & pup.* nihilominus tale relictum ad pias cauſas peti poteſt, etiamſi ipſe ad ætatem morte præuentus nõ peruenerit, vt eſt text. *in l. ita ſcriptum, de manu. teſta.*

Priuilegium 29. eſt, quia licèt aliquis filius illegitimus non poſſit inſtitui à patre, vt *l. fin. ff. de his, quibus, vt indign.* nec etiam ſubſtitui. *l. is qui. ff. de vulga. & pupill.* poteſt inſtitui, ſi intrat monaſterium, & ſic pium locum, ſecundum Guli. de Cun. ſingul. *in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & pro quo poſſunt adduci tres rationes: Prima, quòd intrans monaſterium omnem maculam illegitimationis abſtergit, vt *in Authẽt. de Chriſtian.* Secunda, quia oblatus curiæ temporali cenſetur legitimari, quoad ſucceſſionem offerentis. *l. coniuncta. C. de natural. liber.* fortius ſi ſit oblatus Principi ſpirituali. Tertia, quia cum apud talem illegitimum non ſit remanſura hæreditas, ſed tranſitura immediatè in monaſterium, vt *in Authent. ingreſſi. C. de ſacro-*

ſacroſanct. Eccleſ. meritò deferri debet: quia eſt capax. *l. cogi.* §. *is ff. ad Trebellian.* quod intellige, quoad ſucceſſionem, ſed non quoad hoc, vt poſſint beneficia Eccleſiaſtica ſibi conferri: quia tunc non procederetur, quia illegitimus factus monachus, ſi poſteà conferatur ſibi beneficium (quod fieri poteſt etiam quando habet curam animarum) vt poſſit eſſe in ſtatu monachorum. 16 *quæſt.* 1. *per totum.* neceſſaria eſt diſpenſatio ſpecialis, vt *in c.* 1. *de fi. preſbyte.*

Priuilegium 30. eſt, quia filius factus monachus, exhæredari non poteſt occaſione ingratitudinis, quã antequam eſſet monachus in patrem commiſerat: & licèt Doctor, & multi alij legiſtæ dubitauerint, *l. Deo nobis C. de epiſcop. & cler.* tamen ego do textũ expreſſum 19. *quæſt. vltim. non licet.*

Priuilegium 31. eſt, quia licèt aliàs legatum rei alienæ valeat ſi teſtator ſcribat rem alienam, quia tenetur hæres eam emere, ſi poteſt habere, & ſi non, dare æſtimationem. Et hoc ſi legatarius teſtatori eſt extraneus: quia ſi eſſet coniunctus, valeret legatum ſuum, ſi teſtator ſciuiſſet rem alienam ſiuè ignoraſſet. *l. alienam C. de lega.* tamen indiſtinctè valet ad pias cauſas, ſed hoc non videtur ſpecialiter in pia cauſa, quia ſi teſtator legat rem hæredis, valet legatum indiſtinctè, etiam ſi teſtator ignorabat eſſe rem alienam: *l. cum pater.* §. *hæreditatem ff. de leg.* 1. *aliàs eſt.* §. *cum æſtimaret.* ſed non eſt ita in pia cauſa. *l. vt filius iuncta gl. de teſtam.*

Priuilegium 32. eſt, quia teſtes non requiruntur rogati in relictis ad pias cauſas: vt not. Ioan. And. *in addit. Specul. de inſtrum. edi.* §. *nunc verò aliqua.* ſicut in teſtamento facto per patrem inter liberos: vt not. gloſſ. ordi. *in l. fin.* §. 1. *C. de Codicil.* & not. *in Authent. inter liberos. C. de teſtam.* & regulariter requiritur quod in teſtamentis ſint teſtes rogati ab ore teſtatoris. *l. hac conſultiſſima. in prin. C. de teſtam.*

Priuilegium 33. eſt, quando ſunt duo teſtamenta, nec

Digitized by Google

nec apparet quod prius ſit vel poſterius, præſumitur poſterius quod eſt ad pias cauſas, ſicut dixi in debitore fiſci habente fiſcum in creditorem per cauſam. *l.1.C.de iure fiſci. libr.*10. quia illud fortius dicendum eſſet in contractibus vel ſaltem in vltimis voluntatibus. *l.ſeruum filij* §.*eum qui chirographum. de leg.*1. regulariter verò duo teſtamenta, quorum vnum non appareat prius vel poſterius, ſe inuicem concidunt: vt plenè not.per gloſſ. *in l.fin. C. de edicto diui Adria. tollen.* & per Bart. *in l.* 1. §. *hoc autem. ff. de ſecun. tabu.*

Priuilegium 34.eſt, quando aliàs non valet teſtamentum, in quo tabellio ſcripſit ſolam voluntatem teſtatoris:ſed non publicauit, ſi teſtator mortuus fuit, vt dicit not.Bartol *in l.fideicomm.* §.1. *de lega.* 3.tamen fallit, ſi eſſet ad pias cauſas. ita conſuluit Dy. *in l. Lucius.ff.de teſt.mi.*

Priuilegium 35. eſt, quia licèt aliâs ſubſtitutio fideicom. vel ſub conditione adiecta, ſi deceſſerit ſine liberis, intelligatur deficere ſubſtituto ingrediente monaſterium, tanquam illud habeatur filij loco, & excludat ſubſtitutum: vt *in Auth.niſi rogati. C.ad Trebel.* & *c.in præſentia. de proba.* tamen fallit, vbi ſub prædicta conditione ſubſtituta eſſet pia cauſa:quia tunc ingreſſus monaſterij non facit illam deficere: imò ſi ille qui ingreſſus eſt monaſterium decedit ſine liberis ex ſuo corpore deſcendentibus, vocatur pia cauſa, ſubſtituto monaſterio excluſo quod erat prius inſtitutum: vt eſt caſus *in Authent. de ſanctiſ. epiſcopis. verſic. ſi tamen vniuerſaliter.* ſed iſta conditio ſine liberis non intelligitur, nec verificatur in filiis ciuilibus, putà in adoptiuis. *l. ſi ita quis.*§.1.*ff. de legatis ſecundo.* imò nec etiam verificatur in naturalibus tantum:quia ſic daretur materia fornicandi:vt *l.generaliter* §.1.*C.de inſtit.& ſubſtit.cond fact.* nã aliàs relicta nominatim in teſtamento non debentur à ſubſtituto. caſus eſt ſingularis *in l.*4.§ *Lucius.ff.de ali.& ciba.leg.* Tu verò adde ꝙ ſi te-

ſi teſtator deceſſit ſine filijs vel liberis, quod etiam filius naturalis excludit ſubſtitutum: caſus eſt *in l. ex facto. §. ex facto ff. ad Trebell.* ſed quando teſtator grauat filium vel filiam, vel alium vel ſeruum deſcendentem de reſtituendo hæreditatem vel legatum poſt mortem ſuam, hoc caſu lex ſubintelligit illam conditionem, vel ſine liberis deceſſerit. *§. cum autem. in l. generaliter. allegata. C. de inſtit. & ſubſti. ſub condi. fact.*

Priuilegium 36. eſt, quia licet mulier in teſtamento non poſſit eſſe teſtis *l. qui in teſtamento. §. mulier. ff. de teſtam.* tamen poterit eſſe teſtis ad pias cauſas, ad ſimilitudinem teſtis qui profertur inter liberos: vt plene *in Auth. quo ſine. & in Authen. inter liberos. C. de teſt.* vtrum autem mulier poſſit eſſe teſtis tempore peſtis, vide Bart. not. firmantem *in l. 1. de bonor. poſſeſſ.* vbi dicit, bonum eſſe prouidere per ſtatuta.

Priuilegium 37. eſt, quia licet ſcriptum per notas inuſitatas ſit inualidum. *l. ſed cum patrono §. fin. ff. de bon poſſ.* tamen ad pias cauſas valet. ita conſuluit Dyn. ad ſimilitudinem militis per *d. l. Lucius. ff. de teſta. milit.*

Priuilegium 38. eſt, quod ſi teſtamentum eſt imperfectum ratione voluntatis, quia teſtator non compleuit, quia mors ſuperuenit: ergo eſt nullum. *l. ſi is qui. ff. de teſt.* tamen ſi reperitur quod fuerit ad pias cauſas, illud valebit, *l. in teſtam.* & ibi Bart. *ff. de fideicommiſ. libertatibus.*

Priuilegium 39. eſt, quia licet hæreditate non adita non debeantur legata *l. ſi nemo. ff. de teſta. tut. & l. eum quem. C. de fideicommiſ.* tamen debentur ad pias cauſas: Bart. *in l. miles. §. ita hæres. ff. de teſta. milit. in fin.*

Priuilegium 40. eſt, quia licet alias filius non poſſit de conſenſu patris teſtari in aduentitijs, in quibus pater habet vſumfructum *l. qui in poteſtate. ff. de teſtam. l. ſeruum. C. eodem titul.* tamen valet ad pias cauſas ſi de conſenſu patris fiat. *c. licet. de ſepultu. in 6.*

& Fre-

& Feder. de Senis *in conſilio* 239 *&* 278. Barto. *in d. l. qui in poteſtate. & ibi per Doctor.*

Priuilegium 41. eſt, quia licèt aliàs in dubio in legato facto in genere & in legato in ſpecie multoties quod minus ſit debeatur, vt not. plenè *in l. qui concubina. §. ſequen. de leg.* 3. & *l. generaliter. de legat.* 1. ad pias cauſas debetur id quod eſt maius. caſus eſt ſingularis *in l. Titia §. fina. ff. de auro & argen. lega.*

Priuilegium 42. eſt, quia licèt teſtator legat, & poſtea ſuperueniat alienatio: & ſic non debeatur legatum, niſi conſtet quod non adimendi animo voluerit alienare, & affinitas perſonæ cui factum eſt legatum ſuadeat contrarium. *l. fideiuſ. §. ſi in rem verſo. ff. de lega.* 3. & *Inſtitut. de lega. §. ſi rem ſuam.* tamen fallit vbi eſſet legatum ad pias cauſas. *l. filia. §. Titia ff. de cond. & demonſtr.* ſi tamen ſequatur recuperatio rei latæ alienatæ, caſus eſt *in l. verum. de manu. teſta.* & idèm dicit Bald. *in l. qui propter. C. de legat.* & vide in ſimili Bart. *in l. placet. de lib. & poſthum.* Sed generaliter licèt ſequatur recuperatio non remittitur legatum per iura ſuprà alleg.

Priuilegium 43. eſt, quia licèt vbi aliàs aliquid eſt relictum, putà, ſi non fecerit & requiritur pro implemento cautio mixta vel mutiana. *ff. de condi. & demonſtr.* tamen ad pias cauſas non exigitur. Caſus eſt vnicus in iure *in l. libè. §. 1. ff. de manu. teſta.* niſi alio modo appareat de mente teſtatoris, *vt l. fin. eod. titulo.*

Priuilegium 44. eſt, quia licèt in conditione pendente adiecta legatario ſuperueniat aliquid, quod faciat legatarium ſeruum, aut aliter legatarius ſit mortuus, putà damnatus in metallum vel fodiendum arenam, ipſum legatum adeò extinguitur, quod etiamſi pendente appellatione reſtituatur, nihilominus non reuiuiſcit legatum: vt eſt tex. *in d. l. 1. de cond. & demonſt.* tamen ſecus eſt in legato ad pias cauſas, vt *l. arca. de manu. teſtam.*

Priuilegium 45. eſt, quod licèt verba adulatoria di-

tecta

recta ad honoratum non inducant diſpoſitionem: vt *in d.c.cum veniſſent.de Inſtitut.* & ſi teſtator dicat, volo quòd Titius facit quod ei placet: quia talia verba non ſunt obligatoria, *l.ſi tibi mandauero. §.ſi tibi ff. mand.* ſicut etiam dicimus inter viuos omnia bona mea ſint tua: tamen propterea non erunt tua, nec quis ex his verbis obligatur: vt dicit gloſſ. not. *C. in quibus cauſ coloni.libr.*11. nec inducunt diſpoſitionem in eo, qui pluries dicit quod volebat talem inſtituere: quia etiamſi eſſet Imperator, qui fuiſſet talia verba probatus, non propterea capiet per illa verba, tex. eſt *in l. fin. de teſtamen.* tamen in pia cauſa ſecùs: vt in libertate, vt ſi dominus teſtator dicat ſeruo, ſcio quòd hæres egit ſibi gratias. nam hæc verba inducunt libertatem: vt eſt tex. *in l. Paul.ff. de lib. & poſthum.*

Priuilegium 46. eſt, quia licèt legatum incertum ratione ſententiæ non valeat *l Titia cum teſtamento. de leg.2.* ſicut nec ſtipulatio, *l.ſi ita ſtipulatus fuero. ff. de verbor.obligat.* nihilominus ſi dicatur, Lego ad pias cauſas, vel, volo quòd diſtribuatur de bonis meis, legatum accipiet interpretationem ex quantitate patrimonij, & ex qualitate perſonæ legantis, vt tantum diſtribuatur ad pias cauſas: vt *in l.ſi cui de leg.*3. & *l.pen. de arbitr.* & *in l. Stichus. de leg.* 3. & *l. quidam. de leg.2.*

Priuilegium 47. eſt, quia licèt aliàs in legatis conditio exiſtens non trahatur retrò, vt *l.* 1. *§.ſerui ff ad Syllan.* vbi ſi ſeruus debeat liber fieri ſub conditione, & eueniat conditio, non tamen intelligitur fuiſſe ſeruus hæredi. tamen fauore piæ cauſæ trahitur retrò. *l. Neratius de manumiſ teſta.* vbi ſi lego libertatem ſeruo, ſi vnus ſeruus mihi naſcitur ex ventre vxoris, de qua dubitatur, an ſit prægnans, & poſtea reperiatur eſſe prægnans, tamen retrò fingitur fuiſſe liber quantum ad libertatem, non tamen quantum ad opera præſtita pendente conditione.

Priuilegium 48. eſt, quia licèt pluribus conditio-

Digitized by Google

nibus in diuerſis partibus teſtamenti legatis adſcriptis vltima conditio ſit implenda pro conſequutione legati:vt *l. quod trahitur, de condit & demonſtrat.* tamen fauore piæ cauſæ attendimus leuiorem. vt *l. 5 & l. quod vulgo. de manu teſt.*

Priuilegium 49. eſt, quia licet legatum ad pias cauſas detur, & deficiant duo gradus quorum vno impleto illud iterum debeatur, & impleatur primus, quo deficiens relictum erit à ſecundo gradu: quia iuris præſumptione & pietatis fauore ab vtroque gradu intelligitur relictum. caſus eſt ſingularis *in l. 2 de man. teſt.* vt Titium hæredem inſtituo: & ſi hæres non erit, Seium ſubſtituo. eſt cauſa, legatum certum, quoniam intelligitur cauſa, ſi Titius hæres ſit, & ſic ſi impleatur primus, in cuius defectum teſtator poſuit ſecundum, *l. primum nihilominus eſt debitum,* quod eſt mirabile.

Priuilegium quinquageſimum eſt, quia tempus interpellatum etiam contra teſtatorem fauore piæ cauſæ coniungitur. caſus eſt *in l. Pau. §. Caio. ff de lib. lega.* alias eſt. *l. Aurelio.* & *l. fideicommiſſa. libertas. §. fin. de fideicomm. liber.* & ſic relictum ſit tale ſub conditione, ſi continuis annis quid fecerit. nam nihilominus tale legatum conſequitur, ſi ex pluribus temporibus ad inuicem coniunctis reſultaret tempus perfectum, poſito, quod non continuaret, & regulariter non ſit recedendum à verbis teſtatoris, *l. non aliter. ff. de leg. 3.*

Priuilegium 51. eſt, quia licet regulariter legatum incertum ratione perſonæ ſit nullum: vt *Inſtit. de leg. §. incertum.* & *l 2. C. de his quæ pro non ſcriptis habentur.* fauore piæ cauſæ valet. *l. 1.* & *l. quod pauperibus. de epiſc. & clericis.*

Priuilegium 52. eſt, quia licet requirantur 7. teſtes in teſtamento, vt *l. hac conſultiſſima. C. de teſtam.* fallit in pia cauſa; quia duo cum parochiano etiam in foro ſeculari ſufficiunt; vt eſt tex no. *in c. relatum. extra, de teſt.* & not. Bart. *in l 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

Priui-

Priuilegium 53. eſt, quod tutor datus, cui aliquid legatum eſt, perdat illud, ſi tutelam recuſet. *l. qui tutelam ff de teſtam tutel.* & *l. Neſennius. de excu. tuto.* hoc fallit, niſi aliud eſſet ſibi legatum, quod poſtmodum deberet Eccleſiæ reſtituere: quia non perderet pia cauſa, ſcilicet Eccleſia, quod ratione hoc caſu inductum eſt: vt *l Titius. §. ancilla. ff. de fide.*

Priuilegium 54. eſt, quia licet dicimus quod quamuis admittatur conditio iuriſiurandi aſſcripta legato: vt *l. qua ſub conditione. §. quadam. ff. de condi. inſtit.* tamen ad pias cauſas non admittitur illa conditio: vt *l. ſi quis libertatem. cum ſequen. ff de man. teſtam.* & clarius *in l. ſi quis ita. § qui ita ff de teſtam.*

Priuilegium 55. eſt, quod licet alias legatum deficiat, vbi deficit conditio mixta illi adiecta ob cauſam ſuperuenientem in perſonam illius, cui debet impleri. *l. in teſta. la. 2. de cond. & demonſt.* non tamen ad pias cauſas ſpeciali fauore deficit relictum, licet deficiat conditio illi adiecta, ſecundum Bartol. *in d. l. in teſtamento. de condi. & demonſt.* & probatur apertius *in l. ſi peculium. § is cui ff. de ſtatu lib.* & *in l. cum ita datum. de condit. & demonſtr.*

Priuilegium 56. eſt, quòd licet aliàs modus adiectus concernens fauorem eius, cui relinquitur, cenſeatur in ſe continere cauſam impulſiuam, & ideo ſit neceſſe præſtari cautionem, vt *l. Titio centum. ff. de condit. & demonſtr.* nohilominus adiectus legato facto ad pias cauſas, etiam ſi fauor eius, cui legatur, dicatur continere cauſam finalem, tamen non præſtatur cautio de implendo. *d. l. Titio ſecundo reſponſo:* & eſt caſus *in l. ſi ego. in princ. de iure dotium. in l. ſi quis pro redemptione. C. de donat.*

Priuilegium 57. eſt, quod licet alias vt quis conſequatur legatum ſub modo, ſit neceſſe præſtare cautionem de implendo: vt *l. quibus diebus. §. ſi ff. de condi. & demonſtr.* alias priuatur legato. *l. 1. C. de his quæ ſub modo*, tamen in relictis ad pias cauſas, ſi modus ad-

iectus ſit incontinenti, præſtanda eſt cautio: vt *l. libertas. §.2. ff de manumiſ. teſt.* ſi verò ex interuallo: & tunc non cogitur *l. imperator Seuerus. ſecundum lect.* gl. *eod. tit.*

Priuilegium 58. eſt, quia in piis cauſis proceditur ſummariè & de plano vt *in Clemen. diſpendioſam. de iudic.* & *in Clem. ſæpe de verbor. ſignific.*

Priuilegium 59. eſt, quia iudex ipſe ex proprio officio nemine petente facere poteſt ea quæ pia ſunt, vt de exequendo dotem per tex. *in l. profectitia. verſ. ſed ſi proponas ff de iure dotium.* vbi eſt expreſsè iudicem propter authoritatem poſſe dotem filiæ decernere, eò quod pater eſt abſens vel captus. facit *l. quæ erat. ff. familiæ erciſcũ.* Quod autem dos ſit cauſa pia, tex. eſt *in l. cum is. de condict. indeb.* & ſic poteſt dubitari, an talis cauſa poſſit agitari in die feriato introducto in honorem Dei regulariter in cauſis piis vt *in c. fin de feriis.* not. *in l. dies feſtos. C. eodem titu.*

Priuilegium ſexageſimum eſt etiam in alio ſpeciali, quod licet donatio facta ſub modo, non completo, per condictionem ob cauſam poſſit reuocari, vel agi, præſcriptis verbis ad modum implendum. & ſic eſt in electione agentis: vt *l. ſi proponas. de condict. ob cauſam.* & *l. 1. C. de donat. quæ ſub modo.* tamen ſi donetur Eccleſiæ ſub modo, eo non impleto, non poteſt agi ad repetendum donationem factam, vt modus impleatur, niſi in donatione fuerit expreſſe dictum, vt modo non obſeruato donatio ſit nulla: tex. eſt ſingularis *in c. verum de donationibus.* Item de materia legati ad pias cauſas vide Baldum *in l. 1. C. de ſacroſanctis Eccleſiis* & *in c. cum eſſes. de teſt.* & Bart. *in l. proximè, de his quæ in teſtamento delen.* & *l ſi vnus. C. de teſt.* & *d. l. Titia.* & *ibi per Paulum de Caſtr. in* ... 1. *ff. de condit.* & *demonſtr.* Bald. *in l. 3 C. de fideicommi. libertat.* fac. 19. *quæſtio 1. c duo ſunt* & tex. *in l. fin. C. de ſeruo cõmuni man.* & Bald. *in l. illud. C de ſacroſanct. Eccleſ.* & Andr. Barb. *in c ſignificantib. de offic. deleg.*

Sexageſimum primum priuilegium eſt, quòd licèt

metus

metus executor non habeat actionem contra hæredem ad petendum legata: vt *l. Lucius*. §. 1 *ff. ad Treb.* tamen fallit in legatis piæ cauſæ, vt vult nor. Bartol *in l. ſi quis Titio, de leg. 2*. & *d. l. Lucius*. §. 1. & vide Bald. *in l. nullam. C. de epiſco. & clericis.*

Sexageſimum ſecundum priuilegium eſt, qua licèt conditio in legatis debeat impleri in forma ſpecifica. *l. Nauius*. & *l. hæredi ff. de condi. & demonſtr.* hoc tamen fallit in pia cauſa: quia debetur legatum, licèt conditio non fuerit impleta in forma ſpecific. vt vult ſing. Rom. *in l. ſi ita ſtipulatus eſſem à te ff. de verb. oblig.* per tex. ſingu. *in l. Paul.* §. *grauius ff. de libe. cauſa.* quem ad hoc ipſe ponderat.

REGVLA CCCLXXXIII.

PROBATIO contra inſtrumentum, cui ex diſpoſitione iuris communis vel municipalis ſtari debet, nec contrarium probari poteſt, regulariter non admittitur. volũt Canon. & maximè Anto. de But. *in c. cum Ioan.* a, *de fide inſtru.*

ADDITIO.

a Cum Ioannes. *Vbi Vide* Feli. *omnino* in 9. col. in verſ. in gl. 3. verſ. ſic inſtrumentum.

Primò fallit, quando induceretur probatio contrarium per confeſſionem. cum ipſa probatio per confeſſionem admittenda ſit, vt voluit gloſ. not. *C. de don. ante nupt. Auth. ſed iam neceſſe & in corpore vnde ſumitur.*

Secundò fallit, quando vellet probare inſtrumentum eſſe falſum, & falsè fabricatum, cum tunc admittatur probatio, etiam per teſtes: vt voluit Innoc. *in d. c. cum Ioan.* & poſt eum do. Ant. pro quò facit *l.* 1. *ff. quod vi aut clàm.* per Bart. & *d. c. cum Ioan.* ſecundùm

Innoc.& Bald.*in l. diuus ff. de te. mi.* & hocetiam eſt quod nota. per Imol.*in c. ſuper literis. de reſcrip.*

Tertio fallit, quando vellet probare defectum ſolennitatis ipſius inſtrumenti: quia fatetur in veritate fuiſſe confectum, prout iacet: cum & tunc admittatur ad probandum per *l. iuris gentium. § ferè ff. de pact.* ſecundum domi. Anton. & Imol. *in d. c. cum Ioannes.* quod etiam voluit Bald. *in dict. l. 1.*

Quarto fallit, quando ſtatutum factum, vel aquè probaret ex quo patet effectus iuris: cum tunc admittatur, per ea quæ habentur *cle. in literis. de proba. in gl. quòd ſi talia,* vbi gl. hoc exemplificat ſecundum d. Ant. *in d. c. cum Ioannes. vbi de hoc extrà., de fid. inſtrum.*

REGVLA CCCLXXXIIII.

PROBATIO contra præſumptionem iuris, & de iure regulariter non admittitur. vt *in l. antiquæ. C. ad Velle.* & not. *in l. fin. C. quod metu cauſa* & *in c. qui fidem. de ſponſalibus.*

Primo fallit vbi quis confitetur præſumptionem in contrarium. vt eſt gl. ſing. *in §. aliud quoque capitulum. in Auth. de æqualita. do.* & *in Authen. ſed iam neceſſe eſt. C. de don. ante nupt.* Bal. *in l. filium quem habentem, C. fam. ercisc.*

Secundo fallit, ſi contra præſumptionem dictam deducatur inſtrumentum publicum: vt colligit gl. *in c. ordinarij. de offi. ordinarij. lib. 6.*

Tertio fallit, ſi fiat proteſtatio per illum, contra quem talis præſumptio ſurgit in contrarium, vt probatur *in c. 1. in text. & gloſſ. quod metus cauſ.*

Quarto fallit, quando quis non opponeret probationem talem non eſſe admittendam, ſed taceret: & probatio aſſumpta eſſet in contrarium, nam tunc talis probatio aſſumpta tolleret vires præſumptionis. ſing. not. Innoc. *in c. cum dilecta. de reſcri.* & *c. cum Bertholdus, de*

de frig. & male & *in c. monaſterium, de re iudic* per Imol. *in l inter ſtipulantem de verbor obligat.* §. *ſi euictio.* quod not. Bal. *in l certi condictio.* §. *fin. ff ſi cert. pet.* & Specul. *de teſte.* probatio eſt de ſolennitate extrinſeca quæ non præſumitur. *l ſciendum de verbor. obligat.* ſed ſi opponatur ab aduerſario præſumitur. ita ſing. dicit Compoſtellanus *in d. c. cum dilectus. de conſ.* & habetur per Imol. & Lud. de Rom. *in l. ſi quis mihi bona.* §. *iuſſum ff. de acquir hæred.*

Quinto fallit, vbicunque tractaretur de fauore publicæ vtilitatis. ita ſignanter dicit Iaco. But. *in l ſine poſſidetis C. de tranſactionibus.*

Sexto fallit, vbi demonſtratur per indirectum contra huiuſmodi præſumptionem, ſecundùm Ant. *in Cle. in literis. de probat.*

Septimò fallit, vbicunque videtur probatio notoria: puta per inſpectionem oculorum ſecundùm Innoc. *in c. fraternitatis. de frig & male.* Ratio eſt, quia cuicũq; ſpeciei probationis derogatur per inſpectionem oculorum, vt ſi iudex vadit ſuper locum differentiæ &c. ſed eſt ſing. Bald. *in rub. C de prob.* & per eundem *in l. contra negantem. C. ad l. Aquil.* hinc eſt quod dicunt Doct. & maximè Anto. *in l. qui bona.* §. *qui damni. ff. de dam infec.* quod ſi probato damno per teſtes iudex vadat ſuper locum, & vidit contrarium, derogatum eſt probationi per teſtes. & quia dictum eſt ſuprà, quod quando habens præſumptionem pro ſe confiteatur contrarium, quòd tunc contra præſumptionem iuris de iure admittitur probatio in contrarium. intellige tamen, vbi eſt talis actus, cuius eſſe dependet à patris voluntate, in quo poteſt ſibi præiudicare. ſecùs autem, vbi nõ dependet à patris voluntate: vt eſt tex. *in c. verũ.* & *in c. vidua de regul. iur.* ita ſingul. not. Innoc. *in c. quia plerique. de imm. Eccle.* & quæ dicatur præſumptio iuris, & de iure habetur per Ang. *in l. ſi duo. ff. de acquir. hære.* vbi dicit, quod præſumptio iuris, & de iure eſt, quando vult aliquid præſumi & ſuper illo præſumpto ſe fundat aliquid ſtatuendo. & ita nota. Bald. *in*

 l. ſic

l. ſiue poſſidetis. C. de tranſ. illa autem quæ eſt iuris tantum, quia non eſt vera probatio, vt *in d l. diuus. ff. de condit. & demonſt.* bene recipit probationem in contrarium, aliquando per iuramentum eius, contra quem eſt præſumptio: vt not. per glo. *in c. fin. qui accuſ. poſ.* quod tamen fallit vbi agitur de ſecreto ſui cordis, quod aliter probari non poteſt. vt eſt glo. *in §. ſed. quia, Inſt. de act.* & *in l. ſi tibi cui. §. illud. ff. de tranſac. cum ſimiiib.*

REGVLA CCCLXXXV.

PROBATIO termino ad probandum elapſo ſecundum communem opinionem amplius non admittitur. vt per Barto. *in l.* 1. *C. de dila. & in extraua. ad repri. in verbo, dicto termino.* & ad hanc regulam vide quod not. Bald. *in l. 3. in princi. vlti. col. ff. ſi ex noxa. cauſa aga.* & not. *in l. ea quidam. C. de accuſ.*

Primo limita hanc regulam, vbi petitur per viam reſtitutionis in integr. ſecundum Innoc. *in c. Ber. de re iudic.* & *in c cum ex prædictis. de in integ reſtit.*

Secundo limitatur, niſi facto partis aduerſæ lapſum fuit, vt in c. ex literis. de teſti. facit gl. *in l. vtile ff. de minor.*

Tertio limitatur, nam aliud eſt determinatio in cauſa principali, aliud in cauſa appellationis. lapſus enim illius termini, quoad probationem, reſtringitur ad cauſam principalem. *l. per hanc. C. de tem. ap.* vt voluit Ioan. Andr. *in c fi. de re iud. lib. 6.*

Quarto limitatur de termino quoad probationes teſtium ſeu inſtrumentorum, non autem quoad probationes per confeſſionem: quia confeſſio proprie non eſt probatio, ſed probationis reuelatio, ſecundum Ioann. And. *in rubric. de probat.* ſecundum domin. Anton. *in c. dudum. extra, de præſu.* & per eundem *in c. licet cauſam. de prob.*

Quinto limitatur, vbi in tempore probandi ſuperu eniſſet

ueniſſet aliquod impedimentum. Nam tunc conceditur probatio per in integrum reſtit. ſi eſt tale impedimentum quod non potuit prouideri, vt poſſim facere. hoc etiam not. Specul. *in titu. de dilat* §. 1. *verſicul. ſed quid certe.* pro quo facit text. *in l. ſi per prætorem* §. *ſi feria. ſupra ex quib. cauſ. mai.* & Cyn. *in l. 2. circa medium. ff. ſi quis cau.*

Sexto limitatur illud non vendicare ſibi locum in cauſa beneficiali, & matrimoniali quæ ſummariè expeditur. Nam in iſtis admittitur probatio per lapſum terminum datum ad probandum. ita etiam determinauit Rota *deciſ. ſua* 3. quæ dicuntur procedere de æquitate canonica per d. Specu *in d. verſ.*

Septimo limitatur & procedunt prædicta quoad fundandam talem probationem. ſed declaratio probationum poteſt eſſe poſt terminum datum ad probandum, ſi talis obſcuritas prouenerit ex defectu iudicis. & hoc voluit Innocen. *in c. per tuas. de teſtib.* & voluit Bald. & Ange. *in l. veluti ff. de eden.* & voluit Ioan. And. *in tit. de teſtib.* §. *nunc videndum. verſ. hoc etiam not.* ſecus, ſi talis obſcuritas ex culpa aduerſarij, nam tunc ſibi eſſet imputandum.

Octauo limitatur quoad probationem faciendam per partes. ſecus eſt, quoad iudicem, qui lapſo termino dato ad probandum poterit partem interrogare, & poſt concluſionem in cauſa quod fieri poteſt in ſummarijs ex officio ſuo ad petitionem partis. vt voluit gloſſ. no. *cle. ſæpe. de verbor. ſignifi. in verbo, interrogauit.* quam ſequitur Car. & ibi ſcribentes.

Nono limitatur, quia prædicta regula non habet locum in cauſa criminali: quia poſt terminum, concluſionem in cauſa admittuntur probationes. tex. eſt *in l. diui fratres. & quod ibi per Bart. ff. de pœnis.*

Decimo fallit, quia prædicta regula habet locum quoad partem, ſecùs, quoad iudicem: quia in his caſibus, in quib. iudex poteſt ſupplere terminum per eum datum ad probandũ, non excludit ipſum, ſed tantum aduerſarium. ad hoc *extra, de teſt. c. cum clamor. de fide*

inſtr. c. cum Ioan. eremita. gl. & Ant. de Butr. *in c. paſtoralis.*

Vndecimo fallit, quia ſi eſt datus terminus ad producendum inſtrumenta, poſſunt produci inſtrumenta poſt terminum, niſi aduerſarij cauſa ſit facta deterior Ang. *in l. 1. §. edend. ff. de ed.*

Fallit 12. quia ſi eſt datus terminus procuratori, vt inſtructus compareat, intelligitur cum teſtibus receptis. ſecùs in recipiendis vt eſt gl. *in c. cum pientes. §. ſi verò de elect. in 6.*

REGVLA CCCLXXXVI.

PROBATIONEM offerens in peremptoriis exceptionibus, à quibus quis appellauit, per hoc non iuſtificatur appellatio, niſi cauſa appellationis probetur. *c. ex parte. R. de appell. c. interpoſita. eod. tit.*

Primo fallit, quando offertur probatio eo tempore, quo iudex tenebatur ex neceſſitate illam admittere, ſecùs, quando offertur eo tempore, quo iudex non tenebatur admittere probationem: quia tunc nihil operatur oblatio probationis. & ita procedit text. *in c. ex parte. de appe.* & not. per Imol.

Secundo fallit in arbitrarijs, & ideo in omnibus caſibus, in quibus non eſt determinatum, an probatio vel exceptio ſit admittenda, vel non, ſed relinquitur arbi. iu. tunc ex ſola oblatione probationis non iuſtificatur appellatio, ita probatur *in d. c. ex parte.* ſecundum alium intellectum. pro quo facit *l. non quicquid. ff. de iudic.*

Tertio fallit in appellationibus extra iudicialibus; etiamſi appellatur à iudice procedente tanquam pars: tunc enim oblatio probationis nihil operatur, ſed debet probari de veritate ipſius cauſæ, vt probatur *in c. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte.* & ibi per Imol.

Quar-

Quarto fallit quando excipiens, qui obtulit probationem, & appellans, vult ſolum conſequi deuolutionem negotij principalis: ſecùs, ſi velit conſequi finalem effectum ipſius exceptionis. ita Ioan. Andr. & Imol. *in c. interpoſita. de appella.* & *in c. exhibita. de iudic.*

Fallit quintò, quotieſcunque eſſet cauſa commiſſa appellatione remota, vel alio iure prohibita eſſet appellatio à iudice in illo caſu, & ita probatur *in c. 1. & ibi Imol. de his quæ fiunt à maiori parte.*

Sexto fallit, quando excipiens obtuliſſet ſe probaturum, & eodem modo aduerſarius vellet probare contrarium, ita not. per Imol. *in c. Romana, de appel. in 6.*

Septimo fallit, quando non fuit admiſſa oblatio probationis: quia non ſtetit per iudicem, ſed per tertium, per hoc quod not. Archid. 2. *quæſt. 6. c. teſtes.*

Octauo fallit, ſi offertur probatio tantùm verbo, non realiter, vt quia habebat teſtes paratos, vt per Ioan. Andr. *in addit. Specul. in tit. de appel. §. qualiter, verſic. ſunt quibus.* & *in §. penul ſuper verbo, illud.*

Nono fallit, ſi offeratur probatio ſimpliciter, & non ſtatim, vt per Anto. de Butr. & Panormita *in c. interpoſita, de appell.*

REGVLA CCCLXXXVII.

PROBATIONES factæ in iudicio ſummario fidem non faciunt in plenario, caſus eſt *in l. 1. iuncta gloſſ. quorum bonorum.* & eſt caſus *in c. venientes, de teſt.* & Bartol. *in l. 2. §. hæc lectio. ff. vi bonor. rapt.*

Primo fallit, vbi probationes reſultarent ex confeſſione partis: quia tunc facerent fidem in iudicio ſummario & ordinario, vt tenet Innoc. *in c. cùm dile*

Digitized by Google

ctus, de ord cogn. & refert Ant. de Butr *in c. cauſam de teſtib.*

Secundò fallit, vbi in iudicio ſummaria eſſent receptæ probationes: quia faciunt fidem in ordinario iudicio, ita dicit Iaco. Butr. *in l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter ff. ex quib. cau. maio.* & refert Ant. de But. *in d. c. cauſam.*

Tertiò fallit, vbi partes conſentiunt, vt actu facta in iudicio ſummario, probarent in ordinario & plenario, gloſſ. eſt *in c. cùm dilectus, de ordin. cognit. in verſic. igitur.*

REGVLA CCCLXXXVIII.

PROCESSVS iudicis à quo, non valet, poſtquàm requiſitus appellationem denegauit, & infra tempus negligenter & doloſè apoſtolos non dedit, text. eſt *in c. Romana, de appellat. in 6. §. final.*

Primò fallit, quando appellans renunciaſſet appellationi: cùm tunc valeat proceſſus poſt dictam appellationem agitatus, argum. *regula non firmatur, de regul. iuris. in* 6. ſecundùm Ioan. Andre.

Secundò fallit, quando eſſet talis caſus, in quo ius excluderet appellantes ab eius proſecutione, vt patet *§. vt ſuprà.*

Tertiò fallit, quando iudex à quo, reuocaret grauamen ante negotiationem apoſtolorum tradendorum, vel etiam antè tempus, cùm tunc liberè reuocare poſſit, & in cauſa procedere, vt *in c. cùm ceſſante, extrà, de appellat. in c. à iudice, lib. 6. eodem tit.* ſecundùm Ioan. And. & poteſt poſteà denegare apoſtolos, tametſi alias eos tradere teneatur, etiamſi appellatio legitima fuiſſet, vt dicit Lap. *in d. c. vt ſuprà.* vt tenet etiam ibidem Domi. ſed Ioan. Andre. videtur tenere contrarium, dicens, quòd etiam tunc tenetur tradere apoſtolos,

ſtolos, & non benè, ſecundùm Domi. cùm tunc ceſſet ratio, quare teneatur tradere apoſtolos, de quo eſt textus *in d. c. vt ſupra*, & tunc ceſſat legis diſpoſitio, *vt in d. c. cum ceſſante, de appe. in fi.* & habetur alibi per multos Docto. *in locis præallega.* vt patet.

REGVLA CCCLXXXIX.

PROCVRATOR ſiue ab initio litem exercuit, ſiue lite conteſtata, alias compoſita, ad eam tranſitum fecerit, damnandus eſt, vt not. *in l. 1. de ſentent. & inter loc. omn. iudi. & ibi gloſſ.* & habetur *in l. liber. §. fin. ff. de integ. reſtit.* & *in l. temerè. §. ſi plures, de procurator.* & *in l. nihil. C. eodem titul.*

Primo fallit, ſi procurator primo lit. conteſtando eſſet ſubſtitutus ad vnum actum ſolùm, non ad totam cauſam, ſecundùm Bald. *in l. 1. C. de ſenten. & interloc.*

Secundo fallit in ſententia interlocutoria minus præiud. ſecundùm Bal. *in l. quoties. C. de ſentent.*

Tertio fallit, quando dominus eſt præſens in iudicio: quia iſto caſu ipſe eſt condemnandus, ſecundùm Bald. *in d. l. 1.* ſed de conſuetudine vterque ſemper condemnatur, ſecundùm gloſſ. *in d. l. 1. C. de ſent. & interloc.*

Quarto fallit in caſu *l. final. C. de iniur.* ſi eſt illuſtris: quia in cauſa criminali poteſt conſtituere procuratorem: & tamen ipſe illuſtris eſt condemnandus, licèt ipſe litigauit per procurat. & ſic abſens, not. in d. gloſſ. *l. 1. C. de ſentent. & interloc. omn. iudic.*

Quinto fallit in cauſa matrimoniali, vt per gl. *in d. l. nihil. de procur.*

Sexto fallit in procuratore ſeruitutis realis: quia prædium nec procurator condemnabitur, vt *l. qui in aliena. § fin. ff. de neg. geſt.*

RE-

Digitized by Google

REGVLA CCCXC.

PROCVRATOR ſi de eius mandato certum ſit, de rato cauere non tenetur. *l.1.& ibi not.C.de procurat.*

Primò fallit, vbi dubitatur, an mandatum illud ſit ſufficiens ad cauſam iſtam, nam tunc locus eſt cautioni de rato. *l.illud.* §. 1. *ff. de damno infect.* ſecundùm Paul. de Caſtr. *in l.non ſolum, §. qui alieno, ff. de procurat.*

Secundo fallit, quando dubitatur, an illud mandatum ſit reuocatum, nam tunc tenetur cauere pro rato. *l.vulga.ff. de administrat. tut.* Paul. de Caſtr. *d.l.non ſolùm.§.qui alieno ff. de procuratorib.*

REGVLA CCCXCI.

PROCVRATOR de cuius mandato dubitatur, vt non habeat, de rato cauere tenetur. de quo per Ant. *in l.tantus.§.is,qui,de procur.* & Lud. Ro. *in ſing.*144.& *in l.1.C.de procur.*

Primo fallit, quando dominus fuit in Ciuitate vel prope, ita quod de facili poſſit haberi eius præſentia, vt not. Ang.& Paul. de Caſt. *in l.mutus.§.hi qui ſunt, per illum tex.ff.de procur.*

Secundo fallit, quando eſſet procurator conſtitutus ad exigendum, de cuius mandato dubitaretur, quia non admitteretur cum cautione de rato. *l.hoc autem ff.de ſolut* ita not. gloſſ. dum allegat. *l.non ſolùm.§. qui alieno ff de procur.* ſecundum Paul. de Caſt.

Tertio fallit, quia omnia iura dicentia quem admitti cum cautione rati, & dubitatur de mandato, procedunt, niſi agatur de magno præiudicio, quia tunc etiã cum cautione non eſſet ſufficienter prouiſum, *l. cogi. §.ſi ſeruo ff ad Treb.*

Quarto fallit, vbi ſtatutum diceret, quod proceſſus in cau-

in cauſis ſine mandato non valeat: quia cautio de rato & ratihabitio domini non ſufficit. *l. ſi verò non remunerandi. §. ſi traditam, alias creditam ff. mand.* Bald. *in l. ſi vxorem. C. de cond. infer.*

Quinto fallit in procuratore in rem ſuam, cùm intelligitur poteſtas ſibi data ad exigendum, & ad ſolutionem recipiendam. & hoc dicit Bald. *in d. l. 1. C. de procur.*

Sexto fallit, quando non conuenit procuratori in perſonam ſuam recipere illud, quod dicit eſſe mandatum, *in l. qui ita, §. 1. ff ad Treb.*

Septimo fallit in procuratore conſtituto ſuper laudum, vel ad promittendum. *l. non diſtinguemus. § pen. de arbit.*

Octauo fallit, quando mandatum eſt de forma: nā tunc ratihabitio nihil releuat, vt dicit not. Bal. *in l. qui vxorem. C de cond inſer.*

Nono fallit, poſtquàm pronunciatum fuit mandatum non eſſe licitum: nam tunc ratihabitio nihil valet, vt dicit Bald. *in Authent. ſi qui, de tempo. appellat.* & vide Ludouic. de Roma. *in ſingul.* 278.

Decimo fallit, quando dominus eſt præſens in loco: nam tunc ſi ſit dubium de mandato, non admittitur cum cautione rati, vt eſt tex. & ibi Ange. *l. mutus. §. ſi is. C. de procur. &c.*

Vndecimo fallit, ſi Reus velit probare contra procuratorem eiuſdem mandati. ita dicit *l. inter quod §. ſi alieno, de dam. infect.*

Duodecimo fallit, quia admittitur cautio rati, quando opponitur procuratori de falſitate, vt dicit Spec. & Io. And. *in tit. de procur. §. cùm autem. ratione formæ.*

Decimotertio fallit, niſi eſſet pronunciatum ſuper habilitate perſonæ: quia tunc non poſſet opponi, quod non habeat mandatum, vel petere cautionem: vnde nec obſtat poſteà aliqua exceptio. cautela eſt, vt pronuncietur ſuper inhabilitate perſonæ. Anto. de Butr. *in c. cùm dilectus, in 3. colum. de elect.* ad hoc

hoc facit quod not. Angel. *in l. idcircò. §. 1. ff. de iudic.*

Decimoquarto fallit, quia procurator non admittitur, licèt ſit factus procurator, niſi prius habeat mandatum, vt not. Ange. *in l. dummodò ff de procurat.*

Decimoquinto fallit, quia licèt quis ſit admiſſus cum cautione de rato in cauſa principali, non tamen admittitur in cauſa appellationis. Ange. *in d. §. qui alieno.* & ibi Bart.

Fallit 16. in procuratore ad recipiendum ſolutionem, quia non admittitur, niſi oſtenſo mandato.

Fallit 17. quia ſi contra contumacem iudex fecit aliqua acta oſtenſo mandato, non poteſt poſteà ille veniens petere oſtendi mandatum, ſi procurator dicat dominum habere, qui dominus eſt in longinquis partibus, & per conſequens, nec cauere de rato. Angel. *in l. Pomponius. § tria de procurat.*

Fallit 18. niſi eſſet aliquod geſtum per procuratorem reuocatum: quia tunc ratihabitio nihil operatur, vt *in c. ex parte, de reſcrip.*

Fallit 19. in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum, per glo. *in c. nonnulli, de reſcrip.* Bald. *in c. ſi vxorem, verſic. 3 de cond. inſtit.*

Fallit 20. niſi tractaretur de maximo præiudicio: quo caſu non admittitur procurator cum cautione. caſus eſt ſingularis *in l. qui ita. §. ff. ad Trebellian.* vide alias fallentias in 1. & 2.

REGVLA CCCXCII.

PROCVRATOR regulariter procuratorem ſubſtituere non poteſt. *l. ne quis ſibi. C. de procuratorib.*

Primo fallit, quando eſt procurator in rem ſuam, vt in gl. *in d. l. de quis, de procurat.* per tex. *in l. illam. C. de collat.*

ADDITIO.

a In rem ſuam. *Quis autem dicatur procurator in rem ſuam, vide* Felin. in c. licet, ad fin. de offi. deleg.

Secundo fallit, quando lis eſſet conteſtata, vt vult gloſſ. *in d. l. ne quis.* à contrario ſenſu, & hoc verum in cauſa ciuili: ſecus in cauſa criminali, vt dicit Angel. *in d. l. 1. C. de procur.* & probat tex. *in l. fin. ff. de iniur.*

Tertio fallit *b*, ſi ſit procurator ad negotia, *l. ſi procuratorem. §. fin. ff. mand.*

ADDITIO.

b Fallit. *Pro qua fallen. vide* Felin. in c. vno delega. §. cæterum, circa prin. de offi. deleg.

Quarto fallit, quando vertitur quæſtio ſuper vno articulo contingenti per vnum procuratorem, vt quia dicitur, quod non poteſt eſſe procurator, vt *habetur in l. licet C. de procur.*

Quinto fallit in procuratore conſtituto ex parte Rei, qui præſtat cautionem: nam tunc à principio effectus eſt dominus litis, vt *l. pen. ff. de procuratorib.*

Sexto fallit, quando procurator eſt conſtitutus ſic: quia voluit valere quicquid per eum factum erit, licet in talibus quæ mandantur, requiratur induſtria perſonæ: nam hoc non obſtante poteſt facere ſubſtitutũ, Bald. *in l. penult. §. magn. ff. de except.*

REGVLA CCCXCIIII.

PROCVRATORIS factum quod cadit in delictum vel dolum, vt ſi falſum teſtimonium dicat, domino regulariter non præiudicat. *l. ſi procurat. ff. de condit. indeb.* & *l. ſi procur. ff. de excep. cum ſimil.* & gloſſ. *in c. 1. & ibi per Docto. extra, vt lite non conteſta.*

Primo fallit, quando ipſe procurator ad id directè haberet ſpeciale mandatum, vel in conſequentiam veniret, vel tempore illius dominus ratificaret expreſsè vel tacitè, ſciendo id ſuo nomine committi. & non contradicendo, vt voluit Ioan. Andre. *in d. c. vt lite nō conteſtat.* ad hoc *l.* 1. §. *deieciſſe ff. de vi & vi arma.* & quod habetur *in c. cùm quis, de ſentent. excommunica. in ſexto.*

Secundo fallit, quando ex ipſius dolo aliquod ius eſſet acquiſitum domino, ex quo agit: cùm tunc contra ipſum excipi poſſit. *l. apud Celſum.* §. *quaſitum. ff. de except. doli.* imo & contra ipſum agi poſſit, quando dolus committeretur circa contractum, ex quo ipſi domino contratiatur. *ff. de tribut. l. procuratores.* ſecundùm Dom. Anton. *in d. c.* 1. qui dicit, idem eſſe dicendum, ſi dubium ſit, an aliquid ſit delictum vel non, vt ſi reſpondeat poſitionibus, vt *l. certum.* §. *ſed iam ipſos. ff. de confeſſ.* & vt pleniùs ibidem per ipſum tractatur, an & quando agitur excipi poſſit contra dominum ex dolo, vel delicto procuratoris, de quibus per Dom. Barto. *in d l. ſi procurator.* & *in d c.* 1. per Dom. Anton.

REGVLA CCCXCIIII.

PROCVRATORIS contumacia domino regulariter non nocet. *l. cùm qui. C. de procurat. & c.* 1. *& ibi per Docto. vt lite non conteſta.*

Primo fallit, quando cauſa fuiſſet extracta per procuratorem, & per eius contumaciam fuiſſet lata ſententia contra dominum, cùm tunc talis contumacia præiudicet Domino Actori, adeo, quod valet ſententia contra eum lato, ſiue ſit interlocutoria, ſiue ſit diffinitiua, quantumcunque ſit parui præiudicij. *l.* 4. *C. quom. & quan. iud. ff. quando appel. non ſit.*

Secundo fallit, quando eſſet caſus, in quo exigeretur vera contumacia, nec apparens: nam ſi ſufficeret præſumpta contumacia, quæ puniendam pœnam

reſpiceret, ordo proceſſus eſt, vt deueniatur ad miſſionem poſſeſſionis: cùm propter contumaciam procuratoris poſſit fieri miſſio in poſſeſſionem ſolùm ex cauſa cuſtodiæ. *l. ſed & ſi. §. fin. ff. de procurat.* cum *l. ſequen. & C. de dign. lib.* 12. & quod habetur *in d. l.* 4. *C. quomodo & quando iudex.* ſecundùm ipſum Innocent. *in d. c.* 1. cuius dictum procedere poſſet ſecundùm Salicet. *in d. l.* 3. *C. de procurat.* quando ageretur de vera poſſeſſione danda pro executione ſententiæ diffinitiuæ: cùm tunc noceat. nam ex quo nocet, quoad diffinitiuam ſententiam, vt ſuprà in conſequentiam nocere debet quoad executionem, argumen. *c. prætereà, de offic. de lega.* aliâs ſi agatur de vera poſſeſſione danda ex ſecundo decreto, & tunc cùm quoad ipſum, requiratur vera contumacia eius, de cuius bonis agitur. *l. Fulcinius*, §. 1. *ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eat.* non nocebit contumacia procuratoris, *vt d. § . ſi procurator. l.* 1. *ff. ſi quis in ius voc.* & non obſtat dictum Dom. Anton. *in d. c.* 1. dicentis, quando procurator fuit citatus, aliâs vt dominus: & tunc quia cõtumacia eſt domini, ſi ſit conſtitutus ab eo, licèt non compareat. *l. ſi procuratorem. §. tutorem. ff. mand.* tunc enim datur poſſeſſio. & hoc niſi appareat eum fuiſſe in vera contumacia: vt quia dominus miſit procuratorem diligentem communi opin. cum tunc ab eo de facili reuocetur. ſecundùm do. Anto. *in d. c.* 1. *extrà, vt lite non conteſtata.*

Tertiò fallit, quando non exigitur vera contumacia, nec apparens vera: ſed ſufficit præſumpta, & agitur de pœna reſpiciente contumaciam ſuper intereſſe: vt eſt condemnatio expenſarum, cum tunc ſit contumacia ipſius procuratoris, ſecundùm ipſum Innocen. *in d. c.* 1. adde quod not. *extr. de reſcript. in c. final.* & hoc ſequitur Hoſtien. Ioan. Andr. & domin. Anton. *in d. c. licèt.* aliud voluit Bartol. *in d. § ſi procurat.* dicens, quòd licèt propter contumaciam procuratoris poſſet domino audientia denegari: tamen non poterit in expenſis condemnari, ſicut nec

mulctari.& not. bene, cum mulcta ſit vera pœna expenſarum ſecundùm Innoc. *in d.c.*1. tunc contumacia procuratoris nocebit etiam Eccleſiæ ad condemnationem expenſarum, licèt ipſa reſtitui poſſet, ſi fortè procurator non ſit ſoluendo. & hoc niſi eſſet parui præiudicij: cum pro modico non detur reſtitutio. *l. Seio. ff. de in integrum reſtitutione*, ſecundùm Innoc. & Ioan. And. *in d. c.*1.

Quartò fallit, quando oritur vera contumacia, ſed ſufficit taciturnitas, & tunc contumacia procuratoris nocet domino, vt ſi procurator iuſſus non reſpondeat poſitionibus, cum tunc habeatur pro confeſſo: vt *in l. fin. de confeſ. in 6.* ſecundùm domin. Anton. de Butr. qui hoc tenet *in d. c.*1. licèt aliud voluit Bartol. *in l.*2. §. *procurator.* nam ratio eſt, vt volunt Salyc. *in d. l.* 3. *de procur.* quia tunc agitur de his, quæ reſpiciunt procuratorem & proceſſum, ſecùs, vbi ageretur de pœna extrinſeca: ex quo non infert contumaciam procuratoris in nolendo iurare de calumnia, nec noceat domino: cùm tunc agatur de pœna extrinſeca, quę eſt valida cauſa. vt *l.*2. § *actor. & ff. de iuram. calum.* licèt aliud dom. Ant. in hoc vltimo, ſecundùm Ioann. de Imol. *in d. c.*1. *vt lite non conteſtata.*

Quintò fallit, quando culpa imputari poſſit ipſi domino: vt quia in contractu ſibi talem procuratorem inſtituit, cum tunc negligentia vel contumacia ipſius procuratoris imputetur domino. *l. ſi procuratorem*, §. *furores ff. man.* vt voluit Bart. *in d.* §. *ſi procura.* cum nullum impedimentum ſuperuenerit in perſona ipſius procuratoris, cùm tũc dominus excuſetur per ea quæ habentur in *c. ſignificante. extrà, de pignor. l. cùm à matribus. C. qui pet. tut.* quod verum eſt, niſi talis procurat. habuerit poteſtatem ſubſtituendi: quia tunc procuratori tali impedito ſi non ſubſtituatur, imputatur domino. Et hoc ſi habeat poteſtatem ſubſtituendi à iure, aliàs ſi ab homine, cum tunc ipſi domino non imputetur, ſecundùm Innocen. *in dict. c.*1. cuius dictum

non

non bene probatur iure, nec eſt verum: cum vtroque caſu ſit in culpa talem eligendo, ſecundùm Innoc. *in c. 1. extrà, vt lit. non conteſt.*

REGVLA CCCXCV.

PROCVRATOR pro alio in cauſa capitali *a*, tam ad agendum quàm ad defendendum, regulariter non admittitur: vt *in l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iudic. l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procu.* & *in §. veniens. de accuſ.* & *in c. cum dilecti. de do. & contu.*

ADDITIO.

a Capitali. *Vide latiſſimè Felin.* in c. meminimus, in 3. colum. ante med. verſ. not. ibi, excuſaret. cum ſequen. de accuſ. *& Paris. de Put.* in tracta. ſyndicatus, verſic. procurator.

Primò fallit hoc eſſe verum, quando proceditur per modum accuſationis: ſecùs, ſi per modum inquiſitionis vel denunciationis, ita eleganter tenet Innoc. *in c. ex parte, in verbo. interpoſitum, extrà, de teſtib.* quod eſt valdè notandum, pro quo eſt textus *in c. veritatis, extrà, de dolo & contumacia, circa fin. ibi defendendo.* & ibi etiam eſt gloſſ.

Secundò limitatur, quoties impunitas delicti eſt notoria: vt ſi quis eſt accuſatus de occiſione banniti, quem notoriè conſtat apud acta cauſæ bannitum: nam tunc, vt libellus non ſit fruſtratorius, admittitur vnuſquiſque, iſtud fuit ſing. not. Innocent. ſecundùm Bal. *in § publicè, in c. 1. de offic. vicar.* argum. *l. qui cùm maior. §. libertus, de bon. liber.* hoc etiam tenet Gul. de Cun. *in l. quos prohibet. C. de poſt.* Cyn. *in l. reos. C. de accuſat.* facit quod not. per gloſſ. & Docto. *in l. 1.*

ff. de offi. aſſeſſ. & per omnes ſcribentes latiſſimè, vt facilè videre eſt.

Tertiò fallit, quoties quis impetraret à Principe, vt poſſit litigare coram eo, cum clauſula non obſtante. nam ſi ſine clauſula impetraſſet, non releuaret. caſus eſt ſingul. ſecundùm Docto. *in l. fin. de iureiur.* attamen clauſula oppoſita benè poſſet eſſe, vt dicit Angel. nam quoties Imperator derogat reſcriptis ſuis, tunc ea reſcripta valent, ſi habeant clauſulam derogatiuam, vt tenet Bartol. *in Extrauag. ad reprimendum, in verbo, non obſtante,* per not. *in l. non ſpeciali.* & *in Authent. inter liberos. C. de teſtam.* Bartol. tenet & Angel. *in l.* 1. *C. de natural. libe.* alias enim procurator non poſſet aliquem conuenire, & ſi litigaret coram Papa, caſus eſt ſingul. *in c. veniens, extrà. de accuſat.* vel etiam coram delegato ipſius, vt eſt text. not. cum gloſſ. valdè ſingul. *in c. de quoquult Deo, de iudic.*

Quarto limitatur, quando interuenitur in cauſa capitali pro abſente, cum abſens damnari poſſit: nam tunc quilibet admittitur ad allegandum cauſas abſentiæ, vt Reo proſit, & non obſit, caſus eſt ſingul. *in d. §. publicè.* ſecundum intellectum Bart. qui tamen originaliter fuit ſuus, *in d. c. veniens, extrà, de accuſ.*

Quinto fallit, quoties crimen intentatur, non ad pœnam capitalem inferendam, nec ad pœnam pecuniariam parti applicandam, ſed potiùs ad quandam ſatisfactionem iniuriæ, per quam nihil applicabitur fiſco, nec parti aliquid pecuniarum: quia tunc venit procurator. exemplum in viro accuſante vxorem ad ſeparationem thori de adulterio coram iudice Eccleſiaſtico, caſus eſt ſing. *in c. tua. extra, de procur. in* 6.

Sextò limitatur, quoties aliquis venit ad defendendum, & obiecit crimen non principaliter propter eius defenſionem, ſed propter eius damnum euitandum.

dum. Exemplum in domino veniente ad defenſam ſerui capitis accuſati, vt *l. fundum. ff. de public. iudic.* & *in l. ſeruus.* & *in l. 2. C. de accuſat.* ex quo nota limitationem: & dici poteſt, quod idem eſt in filio, quod in ſeruo: iſti enim æquiparantur, vt dicit gloſſ. not. *in l. ſi quis ſeruo C. de furtis* nam eo caſu, quo pater tenetur ex forma ſtatuti ex delicto filij, ſtatutum tenet, vt eſt gloſſ. ſingularis *in Rub. de decurionib. libr.* 10. C. licèt negari non poſſet, quod tale ſtatutum ſit iniquum, vt per Gul. & Bal. *in l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.* & Specul. *de execut. ſen. §. ſequitur, quid ſi filius.* poterit ideo interuenire pro ſuo intereſſe.

Septimo fallit in illuſtribus perſonis, vt *l. fundi. C. de iniur.*

Octauo idem ego limito caſum eſſe in clericis, & primo per tex. *in l. cùm clericis. C. de Epiſcop. & cler.* vbi per procuratorem poſſunt clerici litigare in criminali: dicit enim text. quod apud Epiſcopum in cauſa criminali: ſunt conueniendi ciuiliter: ſecundo, quia æquiparantur perſonæ illuſtres & clerici, vt *l. aqud ſimilitudinem C. de Epiſcop. & cler.* & *in l. 3. C. de ſumma Trinit. & fide Catholic.* ergo idem ius ſtatuendum eſt in illis. *l. illud. C. ad leg. Aquil.* & *l. à Titio. ff. de verborum obligat.*

Nono fallit, quando impubes vel infans eſt accuſatus, licèt crimen ſit capitale: quia tutor poteſt interuenire. *l. in minoribus ff. de his quibus vt indign.* & *Polla. C. eod.* & *in l. 2. C. qui accuſa. non poſſ.* ſed ſi eſſet pupillus doli capax, tunc ipſe debet accuſari cum conſilio tutorum. *l. 2. § ſi pupillus. ff. de excuſat. tutor.* & *l. clarum, de author. præſtan. C.*

Decimo limitatur, & hæc eſt pulchra limitatio & noua, neque ab aliquo Doctore manifeſtiùs reperitur expreſſa, quàm hic, quod iſtud habet locum in Aduocato, ſicut in procuratore: Aduocatus enim æqualiter poteſt interuenire; iſte eſt textus notabilis & ſingularis *in l. 2. C. de exhibendis reis.* ibi, quantum ad iudi-

iudicem venit adhibita aduocatione. & ſubeſt ratio: quia licèt procurator teneatur de damno, tamen Aduocatus non. & facit textus *in l. cuſtodias. ff. de public. iudic.* Poteſt fortè dari alia limitatio, quòd quotieſcunque aliquis eſt debitor alicuius, & pauper eſt, adeò quòd non poteſt habere regreſſum ad bona: quo caſu capitaliter accuſatur: ille creditor admittitur propter intereſſe ſuum in caſibus, in quibus aliâs non interueniret procurator, per ſupradicta iura. & pro hoc facit, quòd ſi aliquis detinet debitorem meum, & propter hoc non poteſt mihi ſatiſfacere, cùm opera ſua non poſſit lucrari, & mihi ſoluere, quod competit mihi actio iniuriarum contra eum vel de dolo, ſi ſcit ſe detinere eum in meum præiudicium, item ſecundùm Bald. ibi competit interdictum, de libero homine exhib. & eodem modo putarem eſſe dicendum quoties contra vaſallum moueretur quæſtio capitalis: nam licèt feudum non publicetur, imo inſtrumentum factum efficitur, vt eſt tex. ſing. ſecundùm Bal. *in c. 1. de conſuetud. rec. feud.* tamen propter intereſſe operarum & obſequiorum, quæ domino debentur, de quibus *in c. 1. §. iuriſiurandum, de pace iuramen. firm.* faciunt quæ not. Innocent. *in c. cùm dilectus, extrà, de appellat.* dominus poterit agere.

Vndecimo limitatur, quotieſcunque Reus eſſet incarceratus, vel in fortia officialis: nam tunc procurator admittitur, ita tenet Bartol. *in l. non tantùm. ff. de appel.* & *in l. 1. §. fin. ff. de quæſtionibus.* idem tenet Bald. *in l. Aduocatos. C. de Episc. audi.* & *in l. eos. § ſuper his. C. de appell.* vt habetur *in d. §. publicè.* contrarium tamen tenui diſputando, vbi pleniùs dicam, &c.

Duodecimo limitatur, quoties ciuilis quæſtio incidit in criminalem, vt quia dicit ſtatutum, quod non ſoluens collectam, poſſit impunè occidi. ita tenet Bald. *in d. §. publicè*, per tex. *in l. patris. C. ad leg. Iul. de plagiarijs.* qui caſus eſt valdè ſingularis, ſecundùm Iac. But. Ter-

Tertiodecimo limitatur, & hæc fuit ſententia Bald. *in l. reos C. de accuſat.* quoties poteſt procedi ad damnationem memoriæ, vt ſi procederetur contra hæreticum mortuum, vel eum qui incidit in crimen læſæ maieſtatis, quod poteſt per *l. fin. C. ad legem Iul. maieſta.* nam tunc ſi non admitteretur defenſio per procuratorem, omnis defenſio excluderetur, quod eſſet iniquum, *vt l. vim ff. de inſtit. & iur.* iſte enim de per ſe non poteſt ſe defendere, quia mortuus: igitur per alium poterit defendi, ne violetur ſepulchrum, vt *l. quaſitum & per totum, de ſepulch. violat. cum ſimilibus.*

Quartodecimo limitatur, quotieſcunque propter aliquod crimen, in quo regulariter non poteſt interuenire procurator, intentaretur actio contra aliquam Vniuerſitatem, vel vniuerſaliter, ſeu ipſa contra alium intentaret: nam tenetur ad ſingula acta iudicij interuenire procurator. de hoc eſt caſus *in l. tam collatores, C. de re milit.* & idem latiſſimè tenet Specular. *in titul. de procurat.* §. 1. *verſic. item quando ſecundum.* & de hoc vide per Innocent. *in c. graue, extra, de ſentent. excommun.* & per Angel. *in l. furti. §. ſi quis alieno ff. de his qui not. infam.* & per Bartol. *in l. ff. de accuſat.*

Quintodecimo limitatur, quando filius interueniret pro patre in cauſa criminali, vel pater pro filio. ita tenet Bald. *in l. exigendi. C. de procurat.* argument. *l. Lucius. de appellationib & l. ſeruum. ff. eod. tit.* & idem tenet Ioan. de Imol. *hic, in 7. colum.* & Ioan. de Anan. *in c. veniens. extra, de accuſatio. in 10. colum.* idem tenet Bald. *in l reos. C de accuſationibus, in 8. colum.* & *in l. ſeruum quoque. §. publice. ff de procuratori. in 2. colu.* idem tenet Bald. *in l. 2. in fine. . colum. C. qui accuſa. non poſſunt.*

Sextodecimo limitatur, quoties opponitur accuſatori, quod non ſit legitimus accuſator. & idem etiam in exceptione ineptitudinis libelli, nam per procuratorem opponi poterit, cum etiam ipſe iudex ex officio

 ſuo

ſuo teneatur repellere ineptã petitionem: vt not. Cyn. *in l. neque. C de accuſ.* & per Bartol. *in l. 1. ff. de offic. aſſeſ. & de his, qui ad Eccl. confu. l. ſi ſeruus.* & *l. filiusfamilias. §. veterani. de procur* not. Ioan. Andr. *in c. examinata. de iud.* & Innoc. *in c. 1. de offi. vic.* & iſta fuit limitatio Bald. *in d. §. publicè.*

Septimodecimo limitatur prædicta concluſ. in eo, qui eſt damnatus ad vltimum ſuppliciũ, quo caſu admittitur procurator ad appellandum. caſus eſt hic, & *in l. non tantum. ff. de appellat.* vt licet ille tex. non ſolum loquatur in amico, ſecundum quoſdam, non autem in procuratore, tamen iſtud videtur mihi eſſe contrarium tex. expreſſe, dum dicit non tantum ſi ille mandauit. vnde intellige ſiue in procuratore, ſiue in amico, qui tamen ſolum ad actum appellationis poteſt. Et hoc ratione cognitionis, quam inter nos docẽs natura conſtituit: quoniam vocamur iure quaſi fratres in Chriſto: vt legitur & not. *in l. vt vim. ff. de iuſti. & iure.* & *in l. 1. de ſer. exportan.*

REGVLA CCCXCVI.

PRODVCI & probari in cauſa appellationis poſſunt non deducta, & probata in cauſa principali, vt not. *in l. per hanc. C. de tempo. appel.*

Primo fallit, vbi appellans potuiſſet in cauſa principali deducere, vt quia ſciebat & noluit deducere, vt fatiget aduerſarium; ſecùs, ſi ignoraſſet. ita dicit Bald. *in l per hanc. C. de tempo. appellat.*

Secundo fallit in inquiſitore, id eſt, in iudice, qui inquiſiuit ſuper aliquo crimine; quia non poteſt ſuſtinere ſententiam ſuam per nouas probationes, Bald. *in d. l. per hanc.*

Tertio fallit vbi interuenit appellatio à ſententia diffinitiua; quia ab interlocutoria non poteſt aliquid de nouo adduci; vt *in l. 2. ff. de appe.* & eſt ratio, quia

prima

prima interlocutoria eſt odioſa, quia impedit iuriſdictionem illius iudic. ſecunda ratio, quia prohibita eſt appel.

REGVLA CCCXCVII.

PROHIBITA alienari, cùm fideicom. reſtitutioni ſubiaceant, in cauſa tamen dotis alienari poterunt. *Authent. res quæ. & ibi not. C. communia de leg.*

Primò fallit, quando teſtator expreſsè prohibuiſſet ea cauſa alienari: quia non poterit alienari etiam in cauſa dotis: vt nota. Bald. *in l. nulla. C. de iure dotium.* tenet Paul. de Caſtr. contrarium *in conſ. ſuo* 12. *quod incipit, in Chriſti nomine amen. Quia per ſcriptionem eximij Doctoris.*

Secundo fallit, quando eſt res quæ de ſui natura prohibita eſt alienari, vt eſt res feudalis: quia non poterit alienari propter cauſam do. vt dicit Bald. *in §. propter cauſam.* & etiam Bald. *in c.* 1. *§. ſi donauero. in tit. qualiter olim feudo. po. alie.* & ibi tenet primam fallen.

Tertio fallit, quia non habet locum in contractu inter viuos, vt per Bald. *in d. Authen. res. quæ. C. communia de leg.* & per eundem Bal. *in l. nulla. C. de iure dot.*

Quarto fallit, quia ſi grauatur reſtituere aliquam rem, poteſt illam alienare, ſi eſt incarceratus, vt ſi redimat, vt dicit Paul. de Caſt. *in d. l. ſancimus.* & *in Auth. ſi captiui. C. de epiſco & cler.* & Angel. & Imol. *in l. ſi Marcellus. § res quæ ff. ad Trebel.* licèt Paul. de Caſt. dixerit contrarium in *d. Authent. res quæ.*

REGVLA CCCXCVIII.

PROHIBITA venditione, cenſetur etiam prohibita donatio, & quælibet alia alienatio. Bart.

in l. filiusfami. §. diui. de leg. 1. gloſſ. *in l. 2. C. de vſu. pro empt.* quam Bald. dicit ſingu. *in Rubrica, extrà, de pact.* & *in c. literæ. in fine, de dilationibus.*

Primò fallit, niſi eſſet diuerſa ratio in alienatione, quàm ſit in vendit. *l. ſicut.* §. *ſed & ſi permiſerim ff qui mo pig. vel hypo. ſol.* & *l fin. cum gl. C. de iure emphyteu.*

Secundò fallit, niſi communis vſus loquendi ſe habeat in contrarium: quia tunc appellatione venditionis non comprehenditur alij contractus: vt per Abb. *in c. 1. de his quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capi.* & Bald. *in l. 1. C. de re permu.*

Tertio fallit, niſi fiat mentio in prohibitione de precio, quia tunc venditio capitur ſtrictè pro ſola venditione gl. *in fin. C de præ. de curi. libr.* 10. in gloſſ *in l. apud Celſum.* §. *ſi cum legitimo. ff. de excep. doli.* & gloſſ. & ibi Bald. *in l. ſi cum dotem. C. de iure dot.* quòd tamen intelligit quando precium eſſet conueniens rei, aliàs ſecus. glo. eſt nota *in l. 1.* §. *in verbo, agendo. ff. de ſuperficiebus.* quàm Bald. dicit ſingularem *in c. literæ. de dilation.*

REGVLA CCCXCIX.

PROHIBITIO alienationis facta in contractibus non impedit translationem dominii, quamuis contra faciens incidat in pœnam conuentam vel ad intereſſe. Bar. *in l. filius fa.* §. *diui. ff. de leg. 1.*

Primo fallit, quando alienatio eſt irreuocabilis, vt in libertate: vt probatur *in l. ea quidem. C. ſi manci. ita fuerit alienatum.* & idem dicas in omnibus alijs contractibus, vt per Bartol. *in l. ſi ita quis.* §. *ea lex. C. de condit. ob cauſam.*

Secun-

Secundo fallit, niſi ille, qui appoſuit tale pactum reſeruaſſet ſibi ius reale: quia tunc impedit tranſlationem dominii, vt eſt caſus *in l. ſi creditor. §. fin. ff. de diſtrac. pigno.* de quo per Imol. *in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. oblig.*

Tertio fallit, quando pactum prohibitorium habetur natura reſolutiuum contractus: vt ſi dictum fuit, Quod ſi contra fiat alienatio ſit nulla, & deueniat res ad venditorem; vt per Doct. *in l. 1. ff. de dona.*

REGVLA CCCC.

PROHIBITVS per teſtatorem alienare extra certum genus perſonarum, vt extra familiam vel deſcendentes, tamen poteſt ex teſtamento transferre in eum, qui aliàs ſibi eſſet ſucceſſurus ab inteſtato: vt in filiis fœminis, quæ nupſerunt extra familiam. gloſſ. eſt ſing. quam ſequuntur communiter Doctores. *in l. pater. § Iulius Agrippa. ff. de legatis 3.* & Bartol. *in l. peto. § fratre. ff. de legatis 2.*

Primo fallit, niſi in prohibitione eſſent verba vniuerſalia geminata, putà quod talis res non poſſit extra familiam aliquo tit. vel quocunque ti. alienari, vt quod Aretin. *in l. Pantonius. §. 1. ff. de acquir. hered.* in contrarium tamen facit quod notat Ang. *in conſi. 57.*

Secundo fallit, ſi eſſemus in extraneo, qui eſſet ſucceſſurus ab inteſtato, ſecùs autem in prohibito acquirere: vt in ſtatuto, quo cauetur, quod nullus forenſis poſſit aliquo ti. acquirere bona illius territorij, & aliquis forenſis ſit proximior conſanguineus defuncto, & ſic de ſuccedentibus ab inteſtato: quia non poterit etiam ex teſtamento ſuccedere, & hoc videtur eſſe de mente Bart. *in l. ventre. ff. de acquirenda hæred.* & ibi hoc ponderat Aret. *in 16. col.*

RE-

REGVLA CCCCI.

PROMISSIO facti alieni regulariter non valet. *l. ſtipulatio iſta, de verborum obligat. & ibi Doctor.*

Primo fallit in ſtipulationibus prætorijs, vt ſi promitto Titium ratum habiturum, vel promitto aliquem ſiſtere in iudicio: quia videor promittere acturum & curaturum. *l. quoties quis ff de verbor. oblig.*

Secundo fallit, ſi ſtipulatio interponitur ſuper contractum, de cuius natura eſt, vt quis teneatur de euictione, & ſic de facto alterius: quia etiam ſine tali ſtipulatione tenetur de facto alieno. *l. emptorem. §. qui autem. ff. de actio. empt.* & *in l. inter ſtipulantem. ff. de verb. oblig in prin.*

Tertio fallit, quando factum tertij tendit ad obſeruationem eius, ad tertius tenetur: vt ſi debitor in centum promittit, quod Titius pro eo fideiubebit: vt in caſu. *l. qui autem. § ſed & ſi quis ff de conſtitut. pecu.* & ibi Bartolus.

Quarto fallit, quando quis promittit factum alienum, non vt perſonæ alienæ, ſed vt qualitates rei ſubiectæ vt ſeruum non eſſe fugitiuum. *l. ſi ita quis ff. de euict.*

Quinto fallit, ſi in promiſſione facti alieni interponatur iuramentum: quia tunc operatur, vt actus valet omni meliori modo, quo poteſt. *l. cum pater. §. filius matrem ff de lega. 2.* & Bart. *in l ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo.* ita limitant Raph. & Rom. per *capitulum ex literis. el. ſecundo de ſponſa*

Sexto fallit in ſpiritualibus, vt matrimonio, & in ſponſalibus: vt per Bald. *in l. fin. in fine de ſponſa.*

Septimo, quando quis locauit, vel commodauit, vel depoſuit ſeruum ſuum penes alium, à quo ſtipulatus eſt, ne ab alio efficiatur ſeruus, fur, vel fugitiuus; vt eſt tex. & ibi Bald. *in l. non impoſſibile. ff. de pact.*

Octa-

Octauo fallit, quando apponeretur pœna vel intereſſe; vt in caſu *l. ſtipulatio iſta ff. de verbor. oblig.* de quo etiam vide per Abb. *in conſil.* 43. *incip. videtur primo.*

REGVLA CCCCII.

PROMISSIO facta ſub conditione valet, licet aliam cauſam non habeat: quia ipſa conditio impleta ſuccedit loco cauſæ, Bart. *in l. à Titio. ff. de verb. oblig.*

Amplia primo, vt procedat non ſolum in conditione propria, ſed etiam in conditione de præſenti vel de præterito; vt *in l. cum ad præſens.* & *ibi Alex. ff. de verb. oblig.*

Amplia ſecundo hoc procedere non ſolum, quando ex implemento conditionis reſultat commodum promiſſori vel ſtipulatori; vt *in l. Labeo ſcribit. ff. de contrahen. emp.* ſed etiam ſi aliquod commodum non reſultaret, vt *in d. l. cum ad præſens.*

Amplia tertio hoc etiam procedere in pacto nudo; quia tunc non ſolum conditio habetur pro cauſa, ſed etiam pro implemento, ita quod ex pacto nudo poteſt agi, vt per Angel. *in d. l. cum ad præſens.* de quo tamen vide ibi per Iaſo.

Primo fallit niſi eſſemus in materia, in qua cauſæ eſſent limitatæ à iure; quia tunc conditio non ſufficit pro cauſa, vt ſi teſtator dixit, exhæredo filium meum ſi venerit in patriam infra annum, nam in materia exhæreditationis cauſæ ſunt limitatæ à iure; vt *in* §. *cauſas. in Authen. vt cum, de appellatione cognoſcitur.* & *in c. quintiuallis. de iureiuran.* & ita limitat Bald. *in l. ſi pater. in* 6. *q. C. de inſtit.* & *ſubſti.*

REGVLA CCCCIII.

PROMITTENS aliquem per viam ſecuram

ducere

ducere,ſi per viam inuſitatam duxit, & derobatus ſit,ad damni emendationem tenetur.vt ſingula.notat.Bartol.& Florian.*in l.* 1.§.1. per illum textum.

Primo fallit,quãdo via inuſitata eſſet magis ſecura, vt *l eos.§.fi.ff de Fal.*

Secundo fallit, quando eſſe courreus ſeu curſor commiſſus non per viam vſitatam communiter itinerantibus,ſed per non vſitatam,argu *l* 1.§. *equitij.ff de vſu.& hab.* hoc ſentit Bart.*in l in itinere* 2,*ff. de verbor. ſignificat*,qui dicit,quod incurrens debet facere tranſitum per quem vadunt courrei.

ADDITIO.

a In lege,itinere.*Vbi omnino vide domin. Bartol. Capolam ponentem omnes iſtas fallentias.*

Tertio fallit, ſi per aliquam iuſtam cauſam amiſit viam conſuetam,propter excreſcentiam fluminis : vt *in l.*2.§.*qui diffinitis ff.ſi quis cau.* Flori.*in d.*§.1.

Quarto fallit,quando via vſitata eſſet lubricoſa: vt *l.qua actione* §.1.*ff ad l. Aquiliam.*

Quinto fallit,quando eſſet actum propriè, quod teneret viam inuſitatam : quia tunc imputandum eſt mittenti:quia mala electio fuit ſua,per Doct. *in d. l. in itinere.ff de verbo.ſignifica.*

REGVLA CCCCIIII.

PROMITTENS factum alienum regulariter non tenetur:vt *l.ſtipulatio iſta in princi.*& *in* §.*quaeſitum.de verb.oblig.*& *in* §.*ſi quis alij. Inſtit. de inuti. ſtipu.*

Primo fallit in caſibus enumeratis per gloſſ. *in* §. *ſi quis alij*,ſed quia in aliquibus reprobatur, melius dic

ſecun-

ſecundùm Doct. & maximè Paul. de Caſt. *in d. l. ſtipulatio iſta. §. in prætorijs ſtipulationibus. & in l. quoties. ff. de verb. oblig.*

Secundò fallit in promiſſione euictionis, quæ de natura contractus venit: vt *in toto tit. de euic. & in l. inter ſtipulantem ſecundum vnum intellectum, de verb. oblig.*

Tertiò fallit, ad corroborationem præcedentis, contractus, putà, quòd talis fideiubebit pro me. *vt l. qui autem §. 1. ff. de conſti. pecu.*

Quartò fallit, ſi promittitur non factum, ſed qualitas rei, puta quòd ſeruus venditus ſit *l. ſi ita quis. de euictio.*

Quintò fallit, quando promiſit ſe facturum. vt eſt gl. *in d. l. ſtipulatio iſta.*

Sextò fallit, ſi interuenit iuramentum tunc promittens factum alienum cum iuramento obligatur ad factum præſtandum, vt ſic valeat iuramentum eo modo, quo valere poteſt arg. *c. ad noſtram de iureiur.*

Septimò fallit in cauſa matrimoniali: vt *in c. ex literis. & in c. ſicut. de ſpon* & ibi Ant. de Butr. qui dicit, quòd in quacunque cauſa ſpirituali valet promiſſio de facto alieno, &c.

REGVLA CCCCV.

PROTESTANS ſuæ proteſtationi renunciare poteſt, vt eſt tex. & ibi Cano. *in c. præſentium. de teſti.*

Fallit primò, quando aduerſarij intereſſet propter impenſas factas vel aliud intereſſe: cum tunc deſiſtere non poſſit, niſi illud intereſſe remoueret, ſatisfaciendo de eo. *ff. de reg. iur. l. nemo. extrà, de appel. c. cum interpoſita.* ſecundùm ipſum Inno. & Ioan. And. *in d. c. præſentium.*

Secundò fallit, quando ipſe præſtans produxiſſet teſtes ad reprobandum teſtes productos. nam cum ipſi teſtes iurauerunt pro vtraq; parte 13. *quæſt. 5. c. ſane.*

non poterit pœnitere, ſecùs autem eſſet, ſi produxiſſet inſtrumentum: cum poſt productionem poſſit deſiſtere ſecundum Innoc. *in d. c. adpræſentium:* vt latius per ipſum: vt nota. Ioan. Andr.

Tertio fallit quando ipſe proteſtans obtuliſſet ſe probaturum exceptionem contra teſtes: cum ex hoc ſit quæſitum ius parti. ad hoc *Authen. qui ſemel C. quomodo & quando iudici.* & *c. ab eo. de elect. in 6.* vt voluit Ioan. And. poſt Innocen. *in c. 1. eod. tit.*

Quarto fallit, quando res non eſſet magna, vt quia teſtes, contra quos proteſtatus fuit depoſuiſſent, cum tunc obſiſtere non poſſit: vt *l. ſi quis libellos. C. de appel.* ſecundùm Ant. & Imol. *in c. præſentium.*

REGVLA CCCCVI.

PROTESTATIO requirit expreſſum conſenſum illius, contra quem facta eſt, ad hoc vt ſibi noceat. Barto. *in §. morte. in fin. de ope. noui nun.* Abb. *in c. Cumana. de elect.* & Ioann. Andreæ. *in c. in geneſi. eod. titul.* & Felin. *in c. nonne. de præſumpt.*

Fallit primo in caſibus, in quibus tacens habetur pro conſentiente in actu onerofo: vt per Bart. *in l. quæ dotis ff ſolut. matrim.* & per Felin. *in d. c. nonne. de præſumpt.*

Secundo fallit vbi is, cui fit proteſtatio, non ſimpliciter tacet, ſed facit actum tacitum denotantem conſenſum. per nota. *in l. filiusfamilias. ff. ad Mace.*

Tertio fallit, vbi ageretur de paruo præiudicio eius, cui fit proteſtatio, vt colligitur ex notatis per Barto. *in d. l. quæ dotis. in fin. ff. ſolu. matri.* dum tractat an præſens & tacens videatur conſentire.

Quarto fallit vbi ille, qui proteſtatur, agit de exonerando ſe ab obligatione, quæ debet oriri ex pacto non præambulo, ſed ſecuturo: vt per Imo. *in c. Cumana. de electio.*

REGV-

REGVLA CCCCVII.

PROTESTATIO debet fieri illi, cuius intereſt. *l. ſi mandaſſem. ff. man. c. ex parte decani. de reſcript. cum concor.*

Primo fallit ſeu intelligitur, vbi ille, quem proteſtatio tangit, eſt certus, ſed ſi eſt incertus, ſufficit talem proteſtationem proponi publicè, vt per Bart. *in § morte. verſ. quandoque per hanc proteſtationem. de ope. noui nun.* pro quo faciunt not. per Doct. *in c. fi. de elect. in 6.* vbi dicit, quod vbi non reperitur certus aduerſarius, ſufficit generalis citatio per edictum.

Secundo fallit, vbi materia tangit aliquem ſecundario, non autem principaliter; quia tunc ſufficit proteſtari ei ad quem ſpectat principaliter: vt per Ioan. Anna. *in regula, in generali. de regul. iur. in 6.* per *c. paſtora. §. fina. de offic. ord.* vbi contra iudicem facientem aliquid ad commodum partis, fit proteſtatio coram eo, non coram parte; quia principaliter agitur de reſcindendo factum iudicis.

Tertio fallit, vbi non poteſt haberi copia illius, contra quem eſſet proteſtandum: quia ſufficit proteſtari ſecundum formam *d. c. paſtoralis, §. fin.* & *l. vt perfectius, C. de anna. except.* & *l. 1. §. dies. ff. quando appel. ſit.* & *c. ſi iuſtus metus. de appella.*

REGVLA CCCCVIII.

PROVOCARE tertio in vna eademque cauſa non licet. caſus eſt *in l. 1. C. ne lic. 3. prouoca.*

Primo fallit, quando iudex ſecundum appellationem ſuam magis grauaſſet illum, putè in expenſis; quia tunc ſuper illo licet ei appellare. ita dicit Ang. *in d. l. 1. C. ne li. tert. prou.*

Secundo fallit, quando illud dicitur, quod non licet tertio alicui prouocare, intelligitur vni parti, ſed

iudicem venit adhibita aduocatione. & ſubeſt ratio: quia licèt procurator teneatur de damno, tamen Aduocatus non. & facit textus *in l. cuſtodias. ff. de public. iudic.* Poteſt fortè dari alia limitatio, quòd quotieſcunque aliquis eſt debitor alicuius, & pauper eſt, adeò quòd non poteſt habere regreſſum ad bona: quo caſu capitaliter accuſatur: iſte creditor admittitur propter intereſſe ſuum in caſibus, in quibus aliâs non interueniret procurator, per ſupradicta iura. & pro hoc facit, quòd ſi aliquis detinet debitorem meum, & propter hoc non poteſt mihi ſatiſfacere, cùm opera ſua non poſſit lucrati, & mihi ſoluere, quod competit mihi actio iniuriarum contra eum vel de dolo, ſi ſcit ſe detinere eum in meum præiudicium, item ſecundùm Bald. ibi competit interdictum, de libero homine exhib. & eodem modo putarem eſſe dicendum quoties contra vaſallum moueretur quæſtio capitalis: nam licèt feudum non publicetur, imo inſtrumentum factum efficitur, vt eſt tex. ſing. ſecundùm Bal. *in c. 1. de conſuetud. rec. feud.* tamen propter intereſſe operarum & obſequiorum, quæ domino debentur, de quibus *in c. 1. §. iuriſiurandum, de pace iuramen. firm.* faciunt quæ not. Innocent. *in c. cùm dilectus, extrà, de appellat.* dominus poterit agere.

Vndecimo limitatur, quotieſcunque Reus eſſet incarceratus, vel in fortia officialis: nam tunc procurator admittitur, ita tenet Bartol. *in l. non tantùm. ff. de appel.* & *in l. 1. §. fin. ff. de quæſtionibus.* idem tenet Bald. *in l. Aduocatos. C. de Epiſc. audi.* & *in l. eos. § ſuper his. C. de appell.* vt habetur *in d. §. publicè.* contrarium tamen tenui diſputando, vbi pleniùs dicam, &c.

Duodecimo limitatur, quoties ciuilis quæſtio incidit in criminalem, vt quia dicit ſtatutum, quod non ſoluens collectam, poſſit impunè occidi. ita tenet Bald. *in d. §. publicè*, per tex. *in l. patris. C. ad leg. Iul. de plagiarijs.* qui caſus eſt valdè ſingularis, ſecundùm Iac. But.

Ter-

Tertiodecimo limitatur, & hæc fuit ſententia Bald. *in l. reos C. de accuſat.* quoties poteſt procedi ad damnationem memoriæ, vt ſi procedetur contra hæreticum mortuum, vel eum qui incidit in crimen læſæ maieſtatis, quod poteſt per *l. fin. C. ad legem Iul. maieſta.* nam tunc ſi non admitteretur defenſio per procuratorem, omnis defenſio excluderetur, quod eſſet iniquum, *vt l. vim ff. de inſtit. & iur.* iſte enim de per ſe non poteſt ſe defendere, quia mortuus: igitur per alium poterit defendi, ne violetur ſepulchrum, vt *l. quaſitum & per totum, de ſepulch. violat. cum ſimilibus.*

Quartodecimo limitatur, quotieſcunque propter aliquod crimen, in quo regulariter non poteſt interuenire procurator, intentaretur actio contra aliquam Vniuerſitatem, vel vniuerſaliter, ſeu ipſa contra alium intentaret: nam tenetur ad ſingula acta iudicij nteruenire procurator. de hoc eſt caſus *in l. tam collatores, C. de re milit.* & idem latiſſimè tenet Speculat. *in titul. de procurat.* §. 1. *verſic. item quando ſecundum.* & de hoc vide per Innocent. *in c. graue, extra, de ſentent. excommun.* & per Angel. *in l. furti. § ſi quis alieno ff. de his qui not. infam.* & per Bartol. *in l. ff. de accuſat.*

Quintodecimo limitatur, quando filius interueniret pro patre in cauſa criminali, vel pater pro filio. ita tenet Bald. *in l. exigendi. C. de procurat.* argument. *l. Lucius. de appellationib & l. ſeruus. ff. eod. tit.* & idem tenet Ioan. de Imol. *hic, in 7. colum.* & Ioan. de Anan. *in c. veniens. extra, de accuſatio. in 10. colum.* idem tenet Bald. *in l. reos C de accuſationibus, in 8. colum.* & *in l. ſeruum quoque. §. publice. ff de procuratori. in 2. colu.* idem tenet Bald. *in l. 2. in fine. .colum. C. qui accuſa. non poſſunt.*

Sextodecimo limitatur, quoties opponitur accuſatori, quod non ſit legitimus accuſator. & idem etiam in exceptione ineptitudinis libelli, nam per procuratorem opponi poterit. cum etiam ipſe iudex ex officio

ſuo teneatur repellere ineptā petitionem: vt not. Cyn. *in l. neque. C. de accuſ.* & per Bartol. *in l.* 1. *ff. de offic. aſſeſ. & de his, qui ad Eccl. confu. l. ſi ſeruus.* & *l. filiusfamilias. §. veterani. de procur* not. Ioan. Andr. *in c. examinata. de iud.* & Innoc. *in c.* 1. *de offi. vic.* & iſta fuit limitatio Bald. *in d. §. publicè.*

Septimodecimo limitatur prædicta concluſ. in eo, qui eſt damnatus ad vltimum ſuppliciū, quo caſu admittitur procurator ad appellandum. caſus eſt hic, & *in l. non tantum. ff. de appellat.* vt licet ille tex. non ſolum loquatur in amico, ſecundum quoſdam, non autem in procuratore, tamen iſtud videtur mihi eſſe contrarium tex. expreſſe, dum dicit non tantum ſi ille mandauit. vnde intellige ſiue in procuratore, ſiue in amico, qui tamen ſolum ad actum appellationis poteſt. Et hoc ratione cognitionis, quam inter nos docēs natura conſtituit: quoniam vocamur iure quaſi fratres in Chriſto: vt legitur & not. *in l. vt vim. ff. de iuſti. & iure.* & *in l.* 1. *de ſer. exportan.*

REGVLA CCCXCVI.

PRODVCI & probari in cauſa appellationis poſſunt non deducta, & probata in cauſa principali, vt not. *in l. per hanc. C. de tempo. appel.*

Primo fallit, vbi appellans potuiſſet in cauſa principali deducere, vt quia ſciebat & noluit deducere, vt fatiget aduerſarium; ſecùs, ſi ignoraſſet. ita dicit Bald. *in l. per hanc. C. de tempo. appellat.*

Secundo fallit in inquiſitore, id eſt, in iudice, qui inquiſiuit ſuper aliquo crimine; quia non poteſt ſuſtinere ſententiam ſuam per nouas probationes, Bald. *in d. l. per hanc.*

Tertio fallit vbi interuenit appellatio à ſententia diffinitiua; quia ab interlocutoria non poteſt aliquid de nouo adduci; vt *in l.* 2. *ff. de appe.* & eſt ratio, quia

prima

prima interlocutoria eſt odioſa, quia impedit iuriſdictionem illius iudic. ſecunda ratio, quia prohibita eſt appel.

REGVLA CCCXCVII.

PROHIBITA alienari, cùm fideicom. reſtitutioni ſubiaceant, in cauſa tamen dotis alienari poterunt. *Authent. res quæ. & ibi not. C. communia de leg.*

Primò fallit, quando teſtator expreſsè prohibuiſſet ea cauſa alienari: quia non poterit alienari etiam in cauſa dotis: vt nota. Bald. *in l. nulla. C. de iure dotium.* tenet Paul. de Caſtr. contrarium *in conſ. ſuo* 12. *quod incipit, in Chriſti nomine amen. Quia per ſcriptionem eximij Doctoris.*

Secundo fallit, quando eſt res quæ de ſui natura prohibita eſt alienari, vt eſt res feudalis: quia non poterit alienari propter cauſam do. vt dicit Bald. *in §. propter cauſam.* & etiam Bald. *in c. 1. § ſi donauero. in tit. qualiter olim feudo. po. alie.* & ibi tenet primam fallen.

Tertio fallit, quia non habet locum in contractu inter viuos, vt per Bald. *in d. Authen. res quæ. C. communia de leg.* & per eundem Bal. *in l. nulla. C. de iure dot.*

Quarto fallit, quia ſi grauatur reſtituere aliquam rem, poteſt illam alienare, ſi eſt incarceratus, vt ſi redimat, vt dicit Paul. de Caſt. *in d. l. ſancimus.* & *in Auth. ſi captiui. C. de episco & cler.* & Angel. & Imol. *in l. ſi Marcellus. § res quæ ff. ad Trebel.* licèt Paul. de Caſt. dixerit contrarium in *d. Authent. res quæ.*

REGVLA CCCXCVIII.

PROHIBITA venditione, cenſetur etiam prohibita donatio, & quælibet alia alienatio. Bart.

in l. filiusfami. §. diui. de leg. 1. gloſſ. *in l.* 2. *C. de vſu. pro empt.* quam Bald. dicit ſingu. *in Rubrica, extrà, de pact.* & *in c. literæ. in fine, de dilationibus.*

Primò fallit, niſi eſſet diuerſa ratio in alienatione, quàm ſit in vendit. *l. ſicut. §. ſed & ſi permiſerim ff qui mo pig. vel hypo. ſol.* & *l fin. cum gl. C. de iure emphyteu.*

Secundò fallit, niſi communis vſus loquendi ſe habeat in contrarium: quia tunc appellatione venditionis non comprehenditur alij contractus: vt per Abb. *in c.* 1. *de his quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capi.* & Bald. *in l.* 1. *C. de re permu.*

Tertio fallit, niſi fiat mentio in prohibitione de precio, quia tunc venditio capitur ſtrictè pro ſola venditione gl. *in fin. C de præ. de curi. libr.* 10. in gloſſ *in l. apud Celſum. §. ſi cum legitimo. ff. de excep. doli.* & gloſſ. & ibi Bald. *in l. ſi cum dotem. C de iure dot.* quòd tamen intelligit quando precium eſſet conueniens rei, aliàs ſecus. glo. eſt nota *in l.* 1. *§. in verbo, agendo. ff. de ſuperficiebus.* quàm Bald. dicit ſingularem *in c. literæ. de dilation.*

REGVLA CCCXCIX.

PROHIBITIO alienationis facta in contractibus non impedit translationem dominii, quamuis contra faciens incidat in pœnam conuentam vel ad intereſſe. Bar. *in l. filius fa. §. diui. ff. de leg.* 1.

Primo fallit, quando alienatio eſt irreuocabilis, vt in libertate: vt probatur *in l. ea quidem. C. ſi manci. ita fuerit alienatum.* & idem dicas in omnibus alijs contractibus, vt per Bartol. *in l. ſi ita quis. §. ea lex. C. de condit. ob cauſam.*

Secun-

Secundo fallit, niſi ille, qui appoſuit tale pactum reſeruaſſet ſibi ius reale: quia tunc impedit translationem dominii, vt eſt caſus *in l. ſi creditor. §. fin. ff. de diſtrac. pigno.* de quo per Imol. *in l. qui Romæ. § cohæredes. ff. de verb. oblig.*

Tertio fallit, quando pactum prohibitorium habetur natura reſolutiuum contractus: vt ſi dictum fuit, Quod ſi contra fiat alienatio ſit nulla, & deueniat res ad venditorem; vt per Doct. *in l. 1. ff. de dona.*

REGVLA CCCC.

PROHIBITVS per teſtatorem alienare extra certum genus perſonarum, vt extra familiam vel deſcendentes, tamen poteſt ex teſtamento transferre in eum, qui aliàs ſibi eſſet ſucceſſurus ab inteſtato: vt in filiis fœminis, quæ nupſerunt extra familiam. gloſſ. eſt ſing. quam ſequuntur communiter Doctores. *in l. pater. § Iulius Agrippa. ff. de legatis 3.* & Bartol. *in l. peto. § fratre. ff. de legatis 2.*

Primo fallit, niſi in prohibitione eſſent verba vniuerſalia geminata, putà quod talis res non poſſit extra familiam aliquo tit. vel quocunque ti. alienari, vt quod Aretin. *in l. Pantonius. §. 1. ff. de acquir. hered.* in contrarium tamen facit quod notat Ang. *in conſi. 57.*

Secundo fallit, ſi eſſemus in extraneo, qui eſſet ſucceſſurus ab inteſtato, ſecùs autem in prohibito acquirere: vt in ſtatuto, quo cauetur, quod nullus forenſis poſſit aliquo ti. acquirere bona illius territorij, & aliquis forenſis ſit proximior conſanguineus defuncto, & ſic de ſuccedentibus ab inteſtato: quia non poterit etiam ex teſtamento ſuccedere, & hoc videtur eſſe de mente Bart. *in l. ventre. ff. de acquirenda hæred.* & ibi hoc ponderat Aret. *in 16. col.*

RE.

REGVLA CCCCI.

PROMISSIO facti alieni regulariter non valet. *l. ſtipulatio iſta, de verborum obligat. & ibi Doctor.*

Primo fallit in ſtipulationibus prætorijs, vt ſi promitto Titium ratum habiturum, vel promitto aliquem ſiſtere in iudicio: quia videor promittere acturum & curaturum. *l. quoties quis ff de verbor. oblig.*

Secundo fallit, ſi ſtipulatio interponitur ſuper contractum, de cuius natura eſt, vt quis teneatur de euictione, & ſic de facto alterius: quia etiam ſine tali ſtipulatione tenetur de facto alieno. *l. emptorem. §. qui autem. ff. de actio. empt.* & *in l. inter ſtipulantem. ff. de verb. oblig in prin.*

Tertio fallit, quando factum tertij tendit ad obſeruationem eius, ad tertius tenetur: vt ſi debitor in centum promittit, quod Titius pro eo fideiubebit: vt in caſu. *l. qui autem. § ſed & ſi quis ff de conſtitut. pecu.* & ibi Bartolus.

Quarto fallit, quando quis promittit factum alienum, non vt perſonæ alienæ, ſed vt qualitates rei ſubiectæ vt ſeruum non eſſe fugitiuum. *l. ſi ita quis ff. de euict.*

Quinto fallit, ſi in promiſſione facti alieni interponatur iuramentum: quia tunc operatur, vt actus valet omni meliori modo, quo poteſt. *l. cum pater. §. filius matrem ff de lega. 2.* & Bart. *in l ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo.* ita limitant Raph. & Rom. per *capitulum ex literis. el. ſecundo de ſponſa.*

Sexto fallit in ſpiritualibus, vt matrimonio, & in ſponſalibus: vt per Bald. *in l. fin. in fine de ſponſa.*

Septimo, quando quis locauit, vel commodauit, vel depoſuit ſeruum ſuum penes alium, à quo ſtipulatus eſt, ne ab alio efficiatur ſeruus, fur, vel fugitiuus; vt eſt tex. & ibi Bald. *in l. non impoſſibile. ff. de pact.*

Octa-

Octauo fallit, quando apponeretur pœna vel intereſſe; vt in caſu *l. ſtipulatio iſta ff. de verbor. oblig.* de quo etiam vide per Abb. *in conſil. 43. incip. videtur primo.*

REGVLA CCCCII.

PROMISSIO facta ſub conditione valet, licet aliam cauſam non habeat: quia ipſa conditio impleta ſuccedit loco cauſæ, Bart. *in l. à Titio. ff. de verb. oblig.*

Amplia primo, vt procedat non ſolum in conditione propria, ſed etiam in conditione de præſenti vel de præterito; vt *in l. cum ad præſens.* & *ibi Alex. ff. de verb. oblig.*

Amplia ſecundo hoc procedere non ſolum, quando ex implemento conditionis reſultat commodum promiſſori vel ſtipulatori; vt *in l. Labeo ſcribit. ff. de contrahen. emp.* ſed etiam ſi aliquod commodum non reſultaret, vt *in d. l. cum ad præſens.*

Amplia tertio hoc etiam procedere in pacto nudo; quia tunc non ſolum conditio habetur pro cauſa, ſed etiam pro implemento, ita quod ex pacto nudo poteſt agi, vt per Angel. *in d. l. cum ad præſens.* de quo tamen vide ibi per Iaſo.

Primo fallit niſi eſſemus in materia, in qua cauſæ eſſent limitatæ à iure; quia tunc conditio non ſufficit pro cauſa, vt ſi teſtator dixit, exhæredo filium meum ſi venerit in patriam infra annum. nam in materia exhæreditationis cauſæ ſunt limitatæ à iure; vt *in §. cauſas. in Authen. vt cum, de appellatione cognoſcitur.* & *in c. quintiuallis. de iureiuran.* & ita limitat Bald. *in l. ſi pater. in 6. q. C. de inſtit. & ſubſti.*

REGVLA CCCCIII.

PROMITTENS aliquem per viam ſecuram

ducere

ducere, ſi per viam inuſitatam duxit, & derobatus ſit, ad damni emendationem tenetur. vt ſingula. notat. Bartol. & Florian. *in l.* 1. §. 1. per illum textum.

Primo fallit, quãdo via inuſitata eſſet magis ſecura vt *l eos.* § *fi. ff de Fal.*

Secundo fallit, quando eſſe courreus ſeu curſor commiſſus non per viam vſitatam communiter itinerantibus, ſed per non vſitatam, argu. *l* 1. §. *equitij. ff de vſu. & hab.* hoc ſentit Bart. *in l in itinere* a, *ff. de verbor. ſignificat*, qui dicit, quod incurrens debet facere tranſitum per quem vadunt courrei.

ADDITIO.

a In lege, itinere. *Vbi omnino vide domin. Bartol. Cæpolam ponentem omnes iſtas fallentias.*

Tertio fallit, ſi per aliquam iuſtam cauſam amiſit viam conſuetam, propter excreſcentiam fluminis: vt *in l.* 2. § *qui diffinitis ff. ſi quis cau.* Flori. *in d.* §. 1.

Quarto fallit, quando via vſitata eſſet lubricoſa: vt *l. qua actione* §. 1. *ff ad l. Aquiliam.*

Quinto fallit, quando eſſet actum propriè, quod teneret viam inuſitatam: quia tunc imputandum eſt mittenti: quia mala electio fuit ſua, per Doct. *in d. l. in itinere ff. de verbo. ſignifica.*

REGVLA CCCCIIII.

PROMITTENS factum alienum regulariter non tenetur: vt *l. ſtipulatio iſta in princi.* & *in* §. *quæſitum. de verb. oblig.* & *in* §. *ſi quis alij. Inſtit. de inuti. ſtipu.*

Primo fallit in caſibus enumeratis per gloſſ. *in* §. *ſi quis alij*, ſed quia in aliquibus reprobatur, melius dic

ſecun-

ſecundùm Doct.& maximè Paul.de Caſt. *in d.l.ſtipulatia iſta.§.in prætorijs ſtipulationibus.* & *in l. quoties.ff. de verb.oblig.*

Secundò fallit in promiſſione euictionis, quæ de natura contractus venit: vt *in toto tit. de euic.* & *in l. inter ſtipulantem ſecundum vnum intellectum, de verb. oblig.*

Tertiò fallit, ad corroborationem præcedentis contractus, puta, quòd talis fideiubebit pro me. *vt l. qui autem.§.1.ff.de conſti.pecu.*

Quartò fallit, ſi promittitur non factum, ſed qualitas rei, puta quòd ſeruus venditus ſit *l.ſi ita quis. de euictio.*

Quintò fallit, quando promiſit ſe facturum. vt eſt gl. *in d.l.ſtipulato iſta.*

Sextò fallit, ſi interuenit iuramentum tunc promittens factum alienum cum iuramento obligatur ad factum præſtandum, vt ſic valeat iuramentum eo modo, quo valere poteſt arg. *c.ad noſtram de iureiur.*

Septimò fallit in cauſa matrimoniali: vt *in c. ex literis.* & *in c.ſicut.de ſpon* & ibi Ant. de Butr. qui dicit, quòd in quacunque cauſa ſpirituali valet promiſſio de facto alieno, &c.

REGVLA CCCCV.

PROTESTANS ſuæ proteſtationi renunciare poteſt, vt eſt tex. & ibi Cano. *in c.præſentium.de teſti.*

Fallit primò, quando aduerſarij intereſſet propter impenſas factas vel aliud intereſſe: cum tunc deſiſtere non poſſit, niſi illud intereſſe remoueret, ſatisfaciendo de eo. *ff.de reg. iur.l.nemo.extrà, de appel. c cum interpoſita.* ſecundùm ipſum Inno. & Ioan. And. *in d c. præſentium.*

Secundò fallit, quando ipſe præſtans produxiſſet teſtes ad reprobandum teſtes productos. nam cum ipſi teſtes iurauerunt pro vtraq; parte *13. quæſt.5 c.ſanè.*

REGVLA CCCCVII.

PROTESTATIO debet fieri illi, cuius intereſt. *l. ſi mandaſſem. ff. man. c. ex parte decani. de reſcript. cum concor.*

Primo fallit ſeu intelligitur, vbi ille, quem proteſtatio tangit, eſt certus, ſed ſi eſt incertus, ſufficit talem proteſtationem proponi publicè, vt per Bart. *in § morte. verſ. quandoque per hanc proteſtationem. de ope. noui nun.* pro quo faciunt not. per Doct. *in c. fi. de elect in 6.* vbi dicit, quod vbi non reperitur certus aduerſarius, ſufficit generalis citatio per edictum.

Secundo fallit, vbi materia tangit aliquem ſecundario, non autem principaliter; quia tunc ſufficit proteſtari ei ad quem ſpectat principaliter: vt per Ioan. Ana: *in regula, in generali. de regul. iur. in* 6. per *c. paſtora. §. fina. de offic. ord.* vbi contra iudicem facientem aliquid ad commodum partis, fit proteſtatio coram eo, non coram parte; quia principaliter agitur de reſcindendo factum iudicis.

Tertio fallit, vbi non poteſt haberi copia illius, contra quem eſſet proteſtandum: quia ſufficit proteſtari ſecundum formam *d. c. paſtoralis, §. fin.* & *l. vt perfectius, C. de anna except.* & *l.* 1. *§. dies. ff. quando appel. ſit.* & *c. ſi iuſtus metus. de appella.*

REGVLA CCCCVIII.

PROVOCARE tertio in vna eademque cauſa non licet. caſus eſt *in l. 1. C. ne lic. 3. prouoca.*

Primo fallit, quando iudex ſecundum appellationem ſuam magis grauaſſet illum, purè in expenſis; quia tunc ſuper illo licet ei appellare. ita dicit Ang. *in d. l. 1. C. ne li. tert. prou.*

Secundo fallit, quando illud dicitur, quod non licet tertio alicui prouocare, intelligitur vni parti, ſed

diare poteſt, per text. ſingu. ſecundum Raph. & Fulg. *in l. fin. §. ſi autem in ſecunda ætate. C. de bo. quæ libe.*

Tertio fallit, niſi ipſe pupillus ſit inſtitutus ſub conditione: quia tunc conditione per eum adimpleta immediatè ſua auctoritate ſit hæres. tex. ſing. *in l. conditionibus pupil. ff. de condit. & demonſtr.*

Quarto fallit, niſi ſtatutum hoc ei permittere, ita dicit Ang. *in l. minor. ff. de acquir. hæredi. §. rationes.*

De litera Q.

REGVLA CCCCXI.

QVARTA de legatis & fideicommiſſis detrahi poteſt. *l. Marcellus. §. Pomponius ad Trebell.*

Primo fallit, vbi teſtator aliquid legat, & prohibet legatarium rem illam alienare. caſus eſt *in Authen. ſed cum teſtator, C. ad leg. Falc.*

Secundo fallit in relicto alimentorum facto pauperi, ſecùs ſi diuiti. *ff. ad leg. Falci. l. ſi omiſſus.*

Tertio fallit, vbi teſtator adiecit legato hoc verum, totum, integrum, vel plenum, ſimile, vt eſt ſing. *in l. decem, de fideicomm.* quàm Bald. tenet ſingul. *in Authent. ſed cum teſtator. C. ad l.* Falcid. & dicit eam non eſſe alibi, ſed de hoc eſt tex. *in l. fin.*

Quarto fallit, cùm abducit legatum per fideicommiſſ. hoc verum pleno iure. hoc voluit idem Bald. *in l. precib. de impu: & aliis ſubſtit.* Bart. in *l. centurio. ff. de vulg. & pub.* ſed Ange. tenet contrarium *in l. ad filios. C. quando & quibus quar. pars debe. lib.* 10. & *in Authen. de hæred. & Falci. §. ſi non expreſſam.*

Quarto fallit, quando reconuentio fieret coram iudice de tali cauſa, de qua alias ipſe iudex cognoſcere non poſſet, vt gloſſ. circa fin. *in d. c. 1.* & clarius tenent, Dominus Antoni. Hoſtien. Innocent. & communiter Doctor. vnde coram laico non poterit fieri reconuentio de ſpiritualibus, nec coram iudice inferendo libertatem. *extra de iudic. capit. quanto.* & *extrà, de ordin. cog. c. tuam.* prout voluerunt prædicti, quorum opinio procedere poſſet, quando eſſet talis iudex, qui non poſſet cognoſcere de prædicta cauſa, etiam incidenter, vel partibus volentibus. & ita procedere poſſet, quod voluit gloſſ. *in d. Authen. conſequenter.* ſecundùm Bart. ibi, vt habetur latiùs *in d. c.* 1.

Quinto fallit in omni appellatione cum coram iudice appellationis non habeat locum reconuentio. *ff. de iudic. leg.* 2. §. *legatum.* & §. *eum qui appellat.* ſecundùm Hoſtien. in dict. c. 1. de quo per ipſum *in ſumma, eodem tit.* §. 5. *verſicul. fina.* & in Specul. *de reconuent.* §. 2. *verſicul. ſed nunquid.* & per Ioan. *in d. c.* 1. Barto. *in d. Authent. & conſequenter.* vbi indiſtinctè tenet Bal. quod procedit. niſi ſit appellatum ante lit. conteſta. & ipſa appellatio ſit iuſtificata: adeo quod iudex appellationis poſſit cognoſcere de cauſa principali: nam tunc ſicut poteſt fieri coram iudice principali, ita poterit coram iudice appellationis, qui in eius locum ſuccedit, quod videtur velle *in d. c.* 1. *de mu. pe.* ſecundùm Ioann. Andræ. & poſt eum dic de iure ibi, quicquid dicat ibidem Domin. Anton. idem, ſi talis appellatio ſit deſerta, prout voluit Ioann. Andr. ibidem, & Barto. & hoc ſi appellatione iudiciali non ſit appellatum, ſed extra iudicialiter: nam in eo locum habet reconuentio: vt voluit *Specu. in tit. de reconuentio. ver. ſed nunquid.* §. 2.

Sexto fallit, quando imploratur officium iudicis: cum tunc non ſit locus recōuentioni, quod verum eſt, quando imploratur incidenter, aliàs ſi principaliter. & tūc erit locus recōuentioni per not. tex. *extrà, de offic.*

ſiguntur duæ aliæ fallentiæ, vt poſtea patebit. ſed licet hoc procedat in arbitris iuris electis in cauſa ſuſpicionis, vt ſupra, tamen aliud eſt in arbitris iuris electis in cauſa mota per Epiſcopum contra ſubditum, vt habetur 11. *quæſt.* 2. *quod ſi clericus.* vel inter conſanguineos ex forma facultatis, ſecundum Domin. *in c.* 1. *circa qua not in d. c. cum dilectus.*

Vndecimo fallit, quando cauſa exigeret celeritatem: nam in eo non habet locum reconuentio, vt colligitur ex dicta ratione: primò, quod iudex in arbitrio relinquit, vt not. *extra, ordin. cognit c.* 2. & per Guliel. *in d. verſic. ſed nunquid.* ſecundum Domi. Ant. *in d. c.* 1. vt eſt cauſa electionis vel alimentorum, ſecundum Bal. & idem tenet Dom. Nicol. *in d. c.* 1, *per not. in d. c.* 2. vbi plenius per eum.

Duodecimo fallit, quando reconuentio fieret coram iudice certi & determinati articuli, cum tunc non admittatur reconuentio, vt colligitur ex dicta regula ad hoc *l. teſtium. C. de teſtib.* quæ facit, vt ſi conuenitem ſcholarem coram Rectore vel Docto. vel artificem coram maſſario ſiue camerario, neque poſſim coram eo reconueniri, quod videtur tenotur tenere *in d. c.* 1. *extra, de mu pet.* ſecundum Dom. Anto. facit quod not. *in l. habita. C. ne filius pro patre.* vbi videtur idem tenere: quod etiam videtur tenere *in d. c.* 1. Secundum Innoc. hoc dictum non videtur procedere, cum iſte non ſit iudex certi & determinati articuli, & eorum iuriſdictio prorogabilis ſit, vt not. *in l.* 1. *ff. de iudic.* vnde videtur, quod coram eis poſſit reconuentio fieri, ad hoc quod not. *in d. Authent. conſequenter. C. de ſentent.* per Bar. & hoc niſi ſcholaris conuentus coram vno elegiſſet conueniri coram alio, iuxta not. *in Authen. habita*, cum tunc reconueniri non poſſit.

Decimotertio fallit, quando cõuentio fuiſſet facta coram delegato de communi conſenſu: cum tunc locum non habet reconuentio, vt voluit Bart. *in d. Auth. conſequenter*, argum. *d. c. cum dilectus.* quod non

Placet Dom. Ant. nec Imol. *in d. c.* 1. *extrà, de mut. pet.* Archid. *in d. §. reus.* ſed quicquid dicant, fortè verum eſt, cùm lex non ſuppleat niſi partes præuiderint. *l. fi. C. de pact. dot.* ſecundùm Dom. Nicol. *in d. c.* 1.

Fallit 14. in conuentione coram iudice ordinario, quem Actor neceſſe habet adire, cùm talis reconueniri non poſſit, vt voluit Dom. *in d. c.* 1. & hoc eſt quod not. per *d. c.* 2. & *in d. Authent. habita.*

Fallit 15. in offerente ſe liti, cum talis reconueniri non poſſit. argumen. not. *extrà, de pact. c. inter.*

Fallit 16. in conuento ſuper nullitate: quia reconuenire non poteſt. *l. abſentem, C. de accuſat.* quod videtur tenere Bald. *in d. §. reus.* quòd fortè verum, quia principaliter non intentatur nullitas, cùm pro ea imploratur officium iudicis, vt not. *in c.* 1. *extrà, de offi. vic.* in quo loco habeat locum reconuentio, ſi acceditur, vt ſuprà dictum, quo caſu procedere poſſit dictum Bal.

Fallit 17. in cauſis criminalibus, in quibus locum non habet reconuentio, vt voluit glo. *in d. c.* 1. *circa fin.* & *in c. at ſi clerici. de iudi.* quod qualiter procedat, vide *in d. c.* 1. *de mu. pe.* per Innoc. Ioan. Andr. & Dom. Anto. & Ioan. de Imol. & per Nicol. & Bartol. & *in d. Authent. conſequenter.* & *l. is qui reus. ff. de publi. iud.* & *l.* 1. *& l. neganda C. qui accuſ. non poſſ.*

Fallit 18. quia non habet locum reconuentio, vbi petitur executio inſtrumenti confeſſionati, ſecundùm Bald. qui ita not. *in Authent. conſequenter, in princip. in* 1. *colum.* hoc ideo, quia habet vim ſententiæ, & poſt ſententiam non habet locum reconuentio.

REGVLA CCCCXIII.

RECTOR vt vltrà biennium duret quis eligi non poteſt, niſi reconfirmetur, vt *in Authent. de defen. ciuita. in §. fin. il. in* 3. *colum.* Regula maximè procedit, quando locus ille, vel Ciui-

cas

tas ſub alicuius dominio eſſet, cùm tunc multominùs liceat ſine conſenſu illius, cuius imperio ſubeſt, vt *extrà, de exceſſ. prælat. c. dilecta. & de offic. Archid. c. ad hoc, ad fin.* ſecundùm ipſum Hoſtienſ. & *in c. fin. extrà, de iudic.* vbi pleniùs. & hoc eius dictum regulariter eſt verum, tamen fallit. Et primò, quando de antiqua & approbata conſuetudine appareret, vt eſt in Imperatore & Duce Venetorum, qui eliguntur quamdiu vixerint, *extrà, de elect. c. per venerabilem.* & conſtituuntur, quamdiu vixerint, *extrà, de fide inſtrumen. c. per tuas* ſecundùm Ioan. Andre. & per eum pleniùs *in d. c. fin. de iud.* circa quæ vide, quot not. *de maio. & obedien. c. inter quatuor.*

REGVLA CCCCXIV.

RELICTA ab inſtituto repetita eſſe cenſentur ab ſubſtituto, vt *in l. licèt Imperator. ff. de legat. 1.*

Primò fallit, cùm euidentiſſimè apparet de contraria voluntate teſtatoris: quia tunc relicta ab inſtituto, non cenſetur eſſe repetita à ſubſtituto, vt *in d. l. licèt Imperator.*

Secundo fallit in ſecundo hærede ſcripto à milite, qui poteſt ſcribere hæredem ad tempus, vt in materia *l. Centurio ff. de vulga. & pupill.* & per *l. quærebatur. § fi. ff. de teſta: milit.*

Tertio fallit in eo, qui eſt ſubſtitutus in locum primi agentis à legis diſpoſitione, vt eſt tex. no. *in fi. ff. de leg. 1. in d. l. licèt Imperator.*

Quarto fallit in ſubſtituto pupillari, per ea quæ habentur *in l. 1. § codicillis ff ad leg. Falcid.* & per ea quæ

not.

not. *in l. quid ergò.* §. 1. *ff de legat.* 1. & *in l ſi fundum, in* §. *ſi patre. ff. eod tit.*

Quintò fallit, quando legata ſunt facta à ſubſtituto, quæ modo tempore teſtamenti non erant in rerum natura, vt eſt caſus, & ibi Bart. *in l. quidam referunt. ff. de iure codicill.*

Fallit ſexto, quando legata ſunt facta ab inſtituto ſub nomine proprio, vt eſt tex. *in l. ſi plures. ff. de leg.* 2. & *in l. Celſus, in* §. 1. *&* 2. *ff. de lega.* 2. & *in l.* 1. §. *id quod. ff ad leg. Falcid.*

Septimo fallit in ſubſtituto particulari in re certa, vt per Bal *in l. quoties. in fin. C. famil. erciſcun.* & *in l. vnica.* §. *pro ſecundo. C. de caduc tollen.*

Fallit octauo, quando quis eſt inſtitutus ſub conditione, quæ non eſt veriſimiliter ventura, & eſt grauatus legatis, & ei datus ſubſtitutus ſimpliciter, aut ſub contraria conditione veriſimiliùs ventura, vt per Cuman. *in l. licèt Imperator. ff. de legat.* 1.

Nono fallit, quando vnus & idem eſſet inſtitutus & ſubſtitutus, vt eſt tex. *in l.* 1. §. *ſi proponatur. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti* & Imol. *in l. fin.* §. *Titius. ff. de vulgari & pupilla.* & Paulus de Caſtro, & Alexand. *in d. l. ſed ſi plures.* §. *fina eodem titul.*

Decimo fallit in conditione appoſita inſtituto: quia dicta conditio non intelligitur repetita in ſubſtituto; vt *in l. conditione ff. de hæred. inſti.* & per Bartol. & Bald. *in l. quæ conditio ff de condi. & demonſtrat.* & *in l. vnica.* §. *ne autem. C. de cadu tollen.*

Vndecimo fallit in inſtituto in ſecundo teſtamento, vt tenet Ioan. de Imol. *in d. l. licèt Imperator.*

REGVLA CCCCXV.

REMISSIO *a* in delictis regulariter locum habet, *in Auth. vt nulli iud.* §. *ſi quis.* & not. Bart. *in l.* 1. *C. vbi de crim. agi opor.*

ADDI-

ADDITIO.

a Remiſſio. *Vide tu de hac materia latè per Felin.* in c.licèt ratione, in 4. colum. in princip. in verſic. ex dictis Doctor. cum plurib. ſequent. de foro competen.

Primo fallit, vbi prius eſſet condemnatus, quia ibi debet puniri, non autem remitti ad locum delicti, Bald. *in l. executionem, in* 12. *colum. C. de execut. rei iudi.* alleg. not. *in l. à Diuo Pio. ff. de re. iud. §. ſententiam.*

Secundo fallit, quando aliquis eſſet ſub eodem prætore, quia tunc mittitur non ad locum delicti, vt not. Bart. *in l. delic. de requir. reis.*

Tertio fallit, quia iudex originis vel domicilij non poteſt petere, vt ſibi remittatur delinquens, ſed ſolùm vbi commiſit delictum, vt not. Bald. *in l. executorẽ, in* 13. *col. C. de execut. rei iudi.* & de iſta materia vide per Bald. *d. l.* 1. *C. vbi de crim. agi opor.* & *in d. §. ſi quis comprehenſorum, in Authent. vt nulli iud.*

Quarto fallit, quando iudex domicilij format proceſſum contra delinquentem, & eum condemnaſſet antequàm fuiſſet requiſitus à iudice, vbi commiſit delictum. ita Paulus de Caſt. *in d. l. à diuo Pio. §. ſententiam.* & ita tenet Dyn. per illum textum.

Quinto fallit, quia iudex non tenetur eum remittere, niſi prius ſummariè cognouerit cauſam remittendam, & an commiſerit maleficium, vt dicit gl. *in c. paſtoralis, de re iudic.* & Ange *in l. fin. C. de accuſat.*

Fallit ſexto, quia hodie de conſuetudine non habet locũ remiſſio: cùm quælibet Ciuitas habeat ſuos terminos, vt dicit Angel. *in l. hæres abſens. ff. de iu.* & Bald. *in l. requirendum. in* 3. *col. C. de ſeru. fugit.*

REGVLA CCCCXVI.

REMISSIO in cauſis ciuilibus regulariter locum

cum non habet, vt not. *in l. 2. ff. ſi quis in ius voc.* & *in l. 1. C. vbi de crimin. agi oport.* & *in l. hæres abſens* §. 1. *ff. de iud.*

Primo fallit, quando debitor renunciauit priuilegio fori: quia tunc habet locum remiſſio, gl. eſt ſing. *in d. l. 2.*

Secundo fallit, quando quis iurat ſeruare promiſſa: nam in veritate iſtius iuramenti habetur remiſſio, ita conſuluit Bart. & Bald. *in l. cum Archimedoram. C. vt in poſſeſſ. legat.*

Tertio fallit, quando promittit quis ſe repræſentare in certum locum: quia tunc remiſſio in cauſa ciuili valet, vt not. dicit Bald. *in l. cum Archimedoram.* dicit hoc etiam tenuiſſe Doctores antiquiſſimos ante Accurſium.

Quarto fallit, quando quis promittit ſe repræſentare, & iurat: nam tunc habet locum remiſſio in cauſa ciuili, vt dicit Angel. *in l. hæres abſens, de iudic.* alleg. textum ſingul. *in* §. *ſi vero, in Authent. de exhiben. reis.* ſed aliter dicit Pet. de Anchar. *in c. Roman.* §. *contrahentes, de foro competen. lib 6.*

Quinto fallit, quando quis eſſet debitor fiſcalis. *l. 2. C vbi de crim. agi oport.*

Sexto fallit, vbi ageretur de ſtatu ingenuitatis vel ſeruitutis, vt ſi quis cum eſſet in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, aufugit poſſeſſionē, & quaſi ingenuitatis poſſeſſ. ſe male conſtituit, &c.

Septimo fallit, ſi eſſet quæſtio de conditione perſonæ, quæ dicitur eſſe diſtricta à corpore vel collegio, à quo aufugit *C. vbi quis de curia. l. 2.* has limitationes ponit Ange. *in l. hæres abſens. ff. de iudic.*

Octauo fallit, quando doloſus de dolo receſſit, vbi contradixit, & ibi bona non non poſſidet: nam tunc fit remiſſio, vt dicit Barto. *in l. hæres abſens. ff. de iudic.*

REGVLA CCCCXVII.

REMISSIO *a* in contractibus locum non habet.

bet, ſicut in delictis, vt not. *in l. fin. C. vbi de crim. agi oport.*

ADDITIO.

a Remiſſio. *Vide Baldum* in conſil. 167. in tertia parte.

Primo fallit, quando contrahentes in loco renunciaſſent priuilegio fori, vt not. gl. ſingul. *in l. 1. ff ſi quis in ius voc. ibi plenius.*

Secundo fallit, quando peteretur reddi ratio adminiſtrationis, vt *l. 1. C. vbi de crimin. agi oport.*

Tertio fallit, quando eſt in cauſa *ſtatus, vt l. 1. C. vbi de cauſ. ſtat.* vbi plenius de hoc, & in alijs caſibus ſimilibus Per Cynum *in d. §. contrahentes.*

REGVLA CCCCXVIII.

RENVNCIATIO ſimplex iuri de futuro non valet b *l. is qui hæres. ff. de acquiren. hæred.* & *in l. 1. C. de pact.*

ADDITIO.

b Non valet. *Vide Do. Pet. Phil. Corn.* in conſil. 51. incip. licèt. in litera P. in 2. par. *&* in conſ. 249. inc. viſo. in litera H. in 2. parte.

Primo fallit, quando per pactum quis renunciat, & benè poteſt ſe obligare ad renunciandum. iſtud probatur *in l. 1. C. de pact.* vbi eſt caſus de hoc.

ADDITIO.

b Primo fallit. *Huic præalleg. fallen. adde Dom. Pet. Philip. Corn.* in conſil. 291. incip. videtur, in litera A. in 4. parte.

Secundo fallit de æquitate Canonica: quia ſimplex renunciatio de futuro de iure Canon. tenet, vt dicit Anton. de Butri. *in c. multipliciter, extra, de decim*

Tertio

Primo fallit in iure naturali, vt eſt in iure ſanguinis, vel agnationis, vel cognationis, cui renunciari non poteſt, *de regul. iur. l. iura ſanguinis.* & *ff. de pact. l. ius agnationis.* & vt eſt ius defendendi, prout eſt *in Clement. paſtoralis, de renunc. ff. de appellat.* cui ſimiliter renunciari non poteſt, vt not. per gloſſ. *ff. de pact. l. pactum inter hæredem.* vbi de hoc: iura enim ſunt naturalia, vt *in 5. diſtin. in prin.* & hoc habet ſimiliter locum etiam de iure diuino, quod & naturale dicitur, *de prob. & de conſue. c. fin.* circa quod dic, prout ibi not. *6. diſtin. c. ex his.*

Secundo fallit in iure poſitiuo; quando diſponet circa aliquam ſolennitatem actus agendi: nemo enim poteſt agere, quod leges non habeant locum in actionibus ſuis; quoad ſolennitatem. *l. 1. de legib.* & *c. nemo, extrà, de teſtib.* vide hoc etiam, quod no. *extrà, de offic. deleg. c. inquiſitus.* & per gloſſ. *in Clement. ſæpè, in gloſſ. final. extrà. de verborum ſignificat.* nec in his duobus caſibus proſit iuramentum, cùm non præſtitutum ſit ſecundùm ius ipſum, *in c. cùm contingat, de iureiurand.*

Tertio fallit, quando tale ius non eſſet appropriatum ipſi renuncianti: ſed quoddam fas; & quædam facultas, vt putà, ius eundi per viam publicam: *ff. de via publica. l. viam publicam.* & ius teſtificandi; vt *l. teſtificandi. & ſimil.* nam iſtis renunciari non poteſt. vnde dicunt Doct. quod quis renunciare non poteſt facultati probandi per teſtes: nec valet pactum; quod quis paciſcatur, vt probare non poſſit per inſtrumentum, vt voluit gloſſ. *in d. § quia* & not. Ioan. Andre. *in d. c. ſi diligenti, extrà de foro compet.* & ita communiter tenet Dom. Ioan. de Imol. pro quo facit, quia teſtificandi facultas communis eſt; vt *in Authent. de teſtib. § 1. in princip.* vnde minui non debet, ſed potiùs adiuuari. *C. de rebus credit. l. generaliter, in princip.*

Quarto fallit, quando non eſt ius appropriatum perſonæ; ſed datur à iure perſonæ inhabilitas ad

Nn ſenuns

renunciandum, vt in minore renunciante beneficio reſtitutionis in integrum, & in muliere renunciante Velleiano, de quibus in gloſ. *in d. c ſi diligenti.* pleniùs dictum fuit.

Quintò fallit, quando ius tale contineret priuatam vtilitatem renunciantis, & publicam ſimiliter, & vna eſſet inſeparabilis ab alia. ad hoc. *l. debitorum. ff. de pact. dot.* & *in l.* 1. *ff. ſolut. matrimon.* & quod habes *in c.* 1. *de iuramen. calum. in* 6. & hinc eſt, quod non poteſt renunciari per clericum priuilegio fori, cùm tale publicum ſit, vel diuinum, vt colligitur ſecundùm Hoſtienſ. *in d. c. ſi diligenti, extrà, de foro compet.* & procedit etiam ſi interueniat iuramentum: vt ibi, nec poteſt renunciare illi iuri diſponenti, quòd perſona idonea & Canon. eligatur, vt not. *in c. quia, extrà, de electio.* imo non poterit quis renunciare ſeu paciſci, vt non liceat publicum offendere hoſtem ſuæ Reipubl. *c. quantum. de pact.* ſecundùm Bald. *in d. c. ſi diligenti.* ſecùs, ſi priuata vtilitas non fuiſſet ſeparata à publica, vel econtrà: tunc benè potuiſſet quis renunciare ſeu paciſci. *l. ius gentium* §. *ſi paciſcar. ff. de pactis.* vbi hoc not. & *in c. quemadmodum, extrà, de iureiur.*

Sexto fallit, quando ius eſſet ius præcepti iuris, vel diuini, vel generalis, vel prouincialis, vel alterius ſuperioris, quæ tranſgreſſio induceret peccatum mortale, *extrà, de conſuetud. c. fin.* 25. *quaſt.* 5. *ſunt quidam* ſecundùm Hoſtienſ. & Ioan. Andre. tunc enim quando ipſa renunciatio fit contra bonos mores, vel inducat ad delinquendum, non valet, ad hoc *l. alia.* §. *eleganter. ff. ſol. matr.* & *d. l. conueniunt. ff. de pact. dot.* & *C. ne fi. do. den. l.* 1. & *de pac. l. iuris gent.* §. *paciſci.* & no. *in l. exceptio, de condict. indebit.* & hinc eſt quod iuri diuino renunciari non poteſt, vt voluit gloſ. *in d.* §. *quia verò.* & *in Authen. ſi qua mulier. C. ad Velleian.*

Septimo fallit, quando ius renunciantis eſſet fundatum ſuper iure mixto, quod concernit fauorem tertij, & eſt

& eſt inſeparabile à iure ipſius tertij, & hoc *l. 2. & 3. §. 7. ff. de libe. cauſ.* & quod not. extrà, de iureiur. & *de inſt. c. cùm iuraſſent.* aliud ſi eſſet ſeparabile, tunc valet renunciatio in præiudicium renunciantis, vt not. *in d. c. cùm veniſſent, extrà, de arbit.* & C. *res inter ali. act. per totum.*

Octauo fallit, quando fundatur ius ſuper cauſa odii inſpicientis alterum, vt eſt in Macedoniano, vt eſt gl. *in d. c. ſi diligenti.* & in puncto *l. commiſſoria.* & in pignore, de quo etiam an validentur iuramento, *not. extrà, de pigno.* & *c. ſignificante C. de pig. l. vlt.* quod verum intellige, niſi renunciatio ſit cauſa ceſſionis ipſius odii, cùm tunc valeat. *l. fin. C. ad Macedon.*

Nono fallit, quando renunciatio eſſet contra naturam actus. *l. cum precario. ff. de precar.*

Decimo fallit, quando ius, cui renunciatur, non eſt de præſenti, ſed ſola ſpe prout not. *extrà, de pact. c. cùm fidem. l. 1. C. de pact.* & *ff. de acquir. hered. l. qui ſuperſtitis.* & *c. 1. de pact. in 6.* vbi de hoc, ſed an tales renunciationes validentur iuramento, remittendum eſt ad Doct. in iuribus ſuprà alleg.

REGVLA CCCCXX.

REPETITA in ſequentibus intelliguntur, quæ in præfationibus dicta fuerunt. *l. Titia. § idem reſpondi. & ibi Doct. ff. de verb. oblig.*

Primo fallit, quando fieret ex interuallo: quia tunc præſumitur obliuio vel error. *l. ſed & ſi me putē. §. 1. ff. de cond. indeb.* & cenſerentur partes receſſiſſe ab illis prius dictis, vt per gl. & Doct. *in d. §. idem reſpondi.* & Bart. *in l. item quia. § fin. ff. de pact.*

Secundo fallit, quando repetita ſunt diffinita & ſeparata, vt per Bald. *in l. per retentionem. C. de vſur.*

Tertio fallit in prædicta regula, quia non procedit inter alias perſonas, vt eſt gl. & ibi Bar. *in l. repetendis. ff. de leg. 3.*

Quarto fallit in repetitione odioſa, vt eſt in vſuris, ita

ita not. per Bald. qui limitat prædictam reg. *in d. l. per retentionem. C. de vſur.*

REGVLA CCCCXXI.

Replicatio euitatoria damni contra exceptionem lucroſam debet admitti. Abb. *in c. cùm venerabilis, de except.*

Primo fallit, niſi replicatio agentis de damno euitando non tangeret merita cauſæ, ſed perſonam excipientis, vt per Docto. *in d. c. cùm venerabilis.* pro quo facit doctrina Bald. *in c. 1. de ſtatutis contra libertatem eccleſiaſticam, in vſib. feudorum.*

Secundo fallit, dummodo replicatio euitatoria damni ſit de eodem facto, & præcisè excluſiua exceptionis, vt per Anton. de Butri. & Abb. *in d. c. cùm venerabilis.*

REGVLA CCCCXXII.

Res ſi dolo ad aliquem peruenit, ille ſecundariò & in ſubſidium conueniri poteſt. *l. fin. ff. de eo per quem fact. erit.*

Primo fallit, quando lucrum pecuniarium non peruenit, ad eum: vt not. Cyn. *in l. licet. C. ſi aduer. liber.*

Fallit ſecundo, quando ille primus poteſt conueniri, ad quem res peruenit, antequàm conueniatur ille, qui dolum commiſit, niſi quando participaſſet de dolo: quia tunc & poſteà poteſt conueniri, vt not. Bald. *in l. 1. C. de aduoc. diuer. iudic. & in l. ſi procurator.*

REGVLA CCCCXXIII.

Res litigioſa regulariter vendi, aut alienari non poteſt, vt *per totum tit. ff. de litig.* & *in c. 1. de conſ. vtil. vel inutil.*

Addi-

Digitized by Google

ADDITIO.

a Vendi. *Vide glo.* in c. Eccleſia S. Mariæ. vt lit. pend. *& apud Barto.* in l. clàm. §. ſi dominus, de dam. infect. *quòd non prohibetur alienatio neceſſaria, & vide duo verba per Felin.* in c. venerabili, de offic. delega. in fin.

Primo fallit, quando iuſſu vel licentia iudicis alienaret: quia tunc poteſt eam alienare, & valebit talis alienatio, vt eſt caſus *in l. diuus, ad fin. princ. ibi, ſed res tempore perituras permittere debet prætor. ff. de pet. hær.* & ibi Ang.

Secundo fallit, quando eſt iudicium vniuerſale, & controuerſiam faciens idoneè ſatiſdedit ſecundùm formam legis, ſecundùm Angel. ibi per hoc no. & dicit, quod per has duas limitationes limitat materiam de litigioſis.

REGVLA CCCCXXIIII.

RES aliena à Principe vel à fiſco vendita, ab emente vendicari non poteſt. *l. benè à Zenone. C. de quadri. præſcrip.*

Primo fallit, quando fiſcus vel Princeps alienet: *l. bene à Zenone.* vult, quod habeatur regreſſus contra ementem à Principe, & habente cauſam à fiſco: nam non habet locum, niſi in Principe, non autem in inferiore à Principe, ſecundùm Bald. *in c. Apoſtolica, de re iudic.* niſi Princeps in territorio ſuo regalia & iura fiſcalia exerceat, vel non recognoſcat ſuperiorem, vel poſſediſſet regalia & iura fiſcalia pro tanto tempore, cuius initij memoria non exiſtat. *c. ſuper quibuſdam, de verbor. ſignific. §. præterea.* & *l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſtiu.* faciunt no. per Bar. *in l. 2. C. de iure fiſ. lib. 10.* & *in l. 1. C. de bon. auth. iudic. poſſid.*

Secundo fallit, quia non habet locum *d. l. bene. à Zenone.* quando Princeps eſſet in mala fide: vt quia ſciuit rem eſſe alienam, ſecundum Bart. *in l. fin. C. ſi contra ius.*

Tertio fallit, quia non habet locum *l. bene à Zenone.* in caſu dato per Bal. *in proœ. decret.*

Quarta limitatio eſt, quia non habet locum *d. l. benè à Zenone.* quando res venditur nomine creditorum. ſecundum Bald. *in d. proœm. decret.* & vide *in l. fin. C. ſi aduerſ fiſ.*

Quinta limitatio eſt, quia non habet locum in rebus eccleſiaſticis, ſecundum Archidi. 24. *quaſt. ſi cor.*

Sexta limitatio eſt, quia non habet locum in rebus Eccleſiæ non alienandis à principe vel fiſco, gl. 12. *q. 2. c. quouſque.*

Septima limitatio eſt, quia non habet locum in minore, cum poſſet aduerſus hoc petere reſtitutionem in integrum, *l. 1. C. ſi aduer. fiſc.* ſecundum Ang. *in repet. ſua l. 1. C. de fide inſtrum. & iure haſta fiſcalis. lib.* 10.

Octaua limitatio eſt, quia non habet locum *d. l. benè à Zenone.* quando Princeps alienat ante traditionem, ſecundum Bald. *in l. 1. § fin. de noua forma fidelitatis: qua not. &c.*

REGVLA CCCCXXV.

Res empta per alium eius nomine de pecunia mea, ementis eſt, & non mea, text. eſt *in l.* [redacted]*s. C. de proba.* & *in l. ſi* [redacted] *C. de rei vend. & concor. alleg. in gl. in d. l. ad probationem.* L. 1. C. ſi [redacted]

Primo fallit in re empta ex pecunia militis per eius adminiſtratorem, vt *d. l. ſi vt proponas.*

Secundo fallit in re empta ex pecunia pupilli, vel minoris, vt *in l. 2. ff. quando ex fact. tut. l. curator. C. arbit. tut.* quod habet locum, quando eſt facta emptio per tutorem ipſius: ſecùs, ſi per alium extraneum, niſi fuerit

fuerit inſolidum, vt *l filia cum gl. ff. de ſol.* & ita tenet Bart. *in l. Titium & Mauium. §. altero. ff. de adminiſt. tut.* & *in d. l. 2. ff quand. ex fac. tut.* quod eſt not. dignum & poſſet eſſe in practica quotidiana.

Tertio fallit in re empta ex pecunia eius, cui bonis eſt interdictum, putà furioſi, ſecundum Bartol. *in d. l. ſi vt proponis,* & procedit, ſi ematur ab extraneo: quia tunc non efficitur ſua, ſed remanet ſibi obligata hypotheca legali, vt eſt caſus no. *in l. 3. in princ. ff. de reb. eor.* & Bald *in l tutor. C. de ſer. pig. da ma.*

Quarto fallit in re empta ex pecunia dotali, nolente vxore: quia tunc dotalis efficitur. *l. ita conſtante, cum ſequent.* & *l. ſi res quæ. ff. de iure dot.* ſecus autem, ſi adſit voluntas vxoris, vt not. in gloſſ. *l. 1. C. ſi quis alteri vel ſibi.* vel ſi non eſſet pecunia dotalis, cum tamen ſit vxoris, vt *in l Proculus, in fi. ff. de iure do.* ſicut etiam dicitur quod res empta ex pecunia mea, non eſt mihi obligata.

Quinto fallit in re empta ex pecunia Eccleſiæ per eius adminiſtratorem, vt dicit gloſſ. *in d. l. ſi quis alteri vel ſibi:* quia efficitur Eccleſiæ. ſecus, ſi empta ſit per extraneum: quia non remanet obligata ipſi Eccleſiæ ad inſtar minoris, vt not. Bald. *in d. l. ſi vt proponis,* per text. *in d. l. 3. ff. de reb. eorum.*

Sexto fallit in re empta ex pecunia vſuraria, vt *in c ex contractu. de vſu.* quod intellige, vt per Bald. *in l. ſi tutor. C. de ſeru pign. da. ma.* & quod dictum eſt ſupra, quod res empta ex pecunia aliena eſt ementis: habet locum etiam in pecunia communi. nam licet inſtrumentum dicat quod ego emi ex pecunia mea & Titij, non propterea erit communis: vt dicit Bald. *in c. 1. de beneficijs, in Vſib. feud.* quod eſt vtile pro fratribus viuentib. in communi, quorum vnus gerit negotia, & adminiſtrat. & omnia emit pecunia communi. nam res data fratribus communibus non efficitur res communis ex illa emptione, licet acquiſita per ſociũ debeant communicari: vt nota. Bald. *in d. l. ſi vt proponis.* & *in d. l. 1. C. ſi quis alteri vel ſibi.* adde quod

Digitized by Google

concurrenit titulus bonæ fidei, & poſſeſſio, vt ibi: ſed ſi deficeret aliquod iſtorum, putà titulus non præſcriberetur minori tempore, quam præſcriberetur res immobilis, vt *l. ſeruum cum ibi not. C. fam. erc.* & ibi hoc no. Ange. not. qui dicit, quòd 30. anni requirantur, vt not. *in l. nullo. C de rei vendi.* & *in l ſeruorum. C. in quib. cau. ceſ. long. temp. praſ.* & ideo Ang. *in d. l in ſeruorum.* dicit, quod tu ſcholaris ſis cautus; vt in libro tuo fieri facias tibi publicum inſtrumentum emptionis, ne deficias in probatione tituli, reperto libro penes alium ſine titulo: quia tunc ſuccumberet agendo rei vendicatione, vel publiciana: iuxta no. *in §. ſed & iſte, in fi tex Inſt. de act.* per gl. & Doct. *in c. Abb ſanè de re. iur. libr. 6.* etiam ſi ille, apud quem eſt liber, nihil doceret de iure ſuo: vt eſt caſus not. *in l. fin. C. de rei vend.* Et idem dicas in alijs rebus precioſis emptis, & loquor de precioſis nunc, quia idem ſit in alijs rebus mobilibus etiam minimis. ſed de minimis: non eſt multum curandum. Ex quo in eis non poteſt eſſe magnum præiudicium, vt *l. Seio. de integ. reſt.* Sed tu qui habes librum alienum, ne vtaris, quia eſſet in detrimentum animæ tuæ.

REGVLA CCCCXXVII.

RES tantum valet quantum vendi poteſt *a*, vt *in l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Treb.* not. *in l. precia rerum. ff ad l. Fal.* & *in l. ſi quis vxori. §. fin. ff. de fur.* & *in l. penul. ff. de reb. eorum.*

ADDITIO.

a Poteſt. *Adde Feli.* in c. cum Ioannes. de fide inſtr. in 1. col. verſi. in text. ibi potuit. & *Iaſ. Mayn.* Inſtit. de act. in §. plus autem. nu. 10.

Primo fallit, vbicunque res venderetur non in lo-

Quinto fallit niſi reſcriptum eſſet ad bonum publicum, quia etiam ante præſcriptionem ei renunciari non poteſt: vt per Abb. & Hoſt: *in d. c. ex conqueſtione.*

REGVLA CCCCXXIX.

RESTITVTIONE in integrum poſtulata nihil eſt innouandum. caſus eſt *in l. 1. C. de integ. reſtit.*

Primo fallit iſta regula, ſi ſententia eſt lata à principe: quia tunc nullo caſu impeditur executio per reſtitutionem petita. caſus eſt ſingul. ſecundùm vnum intellectum *in c. ſuſcitata. de in integ. reſtit.*

Secundo fallit, ſi iudici apparet, quod reſtitutio in fraudem differendi ſit petita, vt eſt tex. *in d. c. ſuſcitata, ſecundum intellectum de in integ. reſtit.*

REGVLA CCCCXXX.

RESTITVI à quaſi poſſeſſione matrimonij petenti concedendum eſt: vt *in c. 1. & ibi per Docto. extrà, vt lit. non conteſt.* & *c. ex conqueſtione, extrà, de re. ſpol.*

Primo fallit, quinque caſibus enumeratis per gl. in *d. c. 1. vt lit. non conteſt.* ſunt & octo alii, quos enumerat Ioan: Andr. poſt Hoſti. *in d. c. 1.* addas alium, & ſic in totum erunt quatuordecim, de quibus per Ioan. Andr. *in c. inter alia extrà, de ſent. excomm.* & per Gul. *in Specul. in tit. de petit. & poſſ. §. fin. verſ. penult.*

REGVLA CCCCXXXI.

RETENTIO alicuius rei non poteſt fieri niſi donec ſibi fuerit ſolutum debitum Bart. *in l. ſi non ſortem. §. centum. §. de condict. indeb.*

Pri-

Digitized by Google

Primo fallit, niſi fieret retentio pro expenſis: vt in ſartore, qui poteſt retinere veſtem, donec ſibi fuerit ſatisfactum pro mercede. Ita Bald. *in l. fi. C. commo.*

Secundo fallit in eo, qui expoſuit pecuniam in funeralibus ſcholaris mortui: quia poteſt eius libros licitè retinere, donec ſoluatur pecunia. vt per Bald. *in l. in reſtituendo. C. de petitione hæredi.*

REGVLA CCCCXXXII.

RVSTICVS vel miles aliquid contra ius poſitiuum committens excuſandus eſt, vt no. *in l. vnica. C. de in ius voc.* & *in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. cum ſimil.*

Primo fallit, vbi ruſticus vel miles eſſet ſagax: quia iſto caſu non excuſaretur, vt dicit Bald. *in l ſi illud, ff. de iureiur.*

Secundo fallit, vbi iſte miles vel ruſticus allegat contraria: quia tunc non excuſatur, ſed expellitur, ſicut quilibet alius, ita Ioan. Andr. *in c. cum Ioan. Eremit de fide inſtr.*

Tertio fallit, quoniam ruſticus vel miles non excuſatus, ſi non conficit inuentarium, ſicut nec alij excuſantur. Bald. *in d. l. fi. C. de iure deliberandi.*

Quarto fallit, quando miles vel ruſticus committit aliquid contra iuris diſpoſitionem, & regula eſt, quod non excuſatur iſto caſu, vt eſt glo. *in l fin. C. de inceſt. nupt.* & *in l. 1. C. de interdic. ma. contracto.* & de tuto. & cura. *l. pupil.*

REGVLA CCCCXXXIII.

RVSTICIS errantibus in iure regulariter parcitur, vt *in l. cum de indebito. ff. de prob.*

Primo fallit in ruſticis errantibus in iure naturali: quia tunc eis non pacitur, vt *in l. 2. & ibi hoc nota. ff. de in ius vocando*, facit quod habetur *in l. adulterium*

cum

tum inceſt. & *ibi not. per Docto. de adulterijs.*

Secundo fallit in ruſtico ſagaci, vt eſt gloſſ. nota. licet vulgata *in l. athleta. §. ruſtici. de excu. tut.*

Tertio fallit in ruſtico, qui clandeſtinè aliquid facit, vt habetur *in l. qui contra C. de inceſt. nup.* & *in l. 1. C. de interdict. ma.*

Fallit quarto in his, quæ ſunt inducta ad rigorem iuris conſeruandam, vel ad ſolennitatem alicuius actus, vt in teſtamento: vt *in l. iuris ignorantia C. qui admit.* & ibi Bald. facit quod nota. idem Bald. *in l. quicunque. C. de ſeru. fugit.* de quo vide plenè per Angel. de Aret. *Inſtit. de acti. in princip.*

De litera S.

REGVLA CCCCXXXIIII.

SAcrilegi omnes ſunt excõmunicandi: non autem ipſo iure excommuncati. gloſſ. *in c. conqueſtus. extra de foro competenti.*

Primo fallit, quando ſacrilegium committitur in perſonam eccleſiaſticam: vt habetur *17. q. 4. c. ſi quis ſuadente.* quia eſſent ipſo iure excommunicati.

Secundo fallit, quando committitur in eccleſia cum incendio vel oſtiorum effractione, *extra, de ſenten. excom. c. conqueſt.* & *c. cum pro cauſa.* vbi Hoſti. dicit idem etiam in clauſtro ipſius eccleſiæ, ſi ita violetur.

Tertio fallit, quando committitur in eccleſia aliquid violentum: vt not. Hoſtien. *in d. c. cum pro cauſa.* quod eſt verum, quando interueniret incendium, vel effractio, alias non eſſet ipſe excommunicatus maiori, ſed minori, prout nota. *in d. c. ſi quis.* & *d. c. cum pro cauſa.*

Fallit

Fallit quarto, quando bona eccleſiarum violenter rapiuntur: vt ſentit glo. *in d. c. conqueſtus.* & *d. c. cum pro cauſa, vbi plenius de his.*

Quinto fallit, quando in ipſa eccleſia committitur ſacrilegium, percutiendo vel capiendo aliquem in ea: cum immunitas eccleſiæ violetur: vt *in d. c. cum pro cauſa 17. quæſtio. 4. c. omnes.* circa quod vnum dic, quod eſt *extrà, de immuni. eccle. c. non minus.*

Fallit ſexto, quando lata eſſet ſententia in quemcunque hominem ſacrilegum lædentem eccleſiam, vel auferentem bona ipſius eccleſiæ. vt eſt textus cum gloſſ. *in d. c. omnes.* & not. *in d. c. cum pro cauſa.* ſecundùm Do. Ant. *in d. c. conqueſtus. extrà, de foro competenti.* & auferens libros, vel calicem de eccleſia, non eſſet ipſo iure excommunicatus, vt dicit ibi Io. And. &c.

Septimo fallit in caſu capituli generalis, *de elect. in 6.* vbi patet quod ipſo iure incurrunt excommunicationem occupantes cuſtodias eccleſiarum vacantium, & bona ipſarum vſurpantes.

Octauo fallit in laicis occupantibus diſſipantibus, & vſurpantibus bona eccleſiarum vacantium, prout voluit Archi. *in c. quia ſæpe. de elect. in 6.* & per Cano. *in c. de laicis. 12. q. 2.* & per Doct. Nic. *in d. c. conqueſtus.*

REGVLA CCCCXXXV.

SCRIPTVRA manu alterius facta, & ſubſcripta manu propria æquipollet, ac ſi ipſemet totam ſcripturam feciſſet. Innocen. *in c. quoniam contra. de proba.* quem ſequitur Abb. & Mod. pro quo facit text. *in c. inter dilectos. de fide inſtrumentorum.*

Amplia etiamſi eſſet ſtatutum requirens plures notarios ad vnum actum: vt per Bald. *in Auth.* quæ

qui propriam in 2. colu. C. de non num. pe. & idem Bald. *in rub. C. de fi. inſtru. verſ. ſed dubitatur. nunquid tabellio.*

Primo fallit, dummodo ſit actus qui non poterat fieri me prohibente: quia ſubſcribendo videor conſentire. ſecus ſi eſſet actus, qui omnino poterat fieri me prohibente: vt per gloſſ. & Bart. *in l. Caius. ff. de pigno. acti.* & Imol. *in c. ex literis de tranſactio.*

Secundo fallit, niſi quis ſubſcriberet ſe nomine alieno: quia non nocet ſibi, ſecund. Imol. *in c. ſi quis presbyterorum. de reb. eccleſ. non alien.*

Tertio fallit, niſi quis ſubſcribat ſe ratione officij, vt per Doct. *in d. c. ſi quis presbyterorum.*

Quarto fallit, quando quis ſubſcriberet ſe, tanquam teſtis ad factum ſibi non pertinens, per *l. Caius. ff. de pig. act.* ſecùs ſi ad ipſum pertinebat & ſcienter ſe ſubſcripſit: vt per Doct. *in c. ex literis de tranſactio.*

Quinto fallit, niſi ſubſcribens non legiſſet, nec legi audiuiſſet illa, quibus ſe ſubſcribit, ſecundum Angel. *in l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de verbor. oblig.*

Sexto fallit, dummodo ſit ſpecialis ſubſcriptio, faciens mentionem de his, quæ ſuperius in eadem chartà ſcripta erant: vt per Bart. *in l. diuus. §. idem ſenatus, ff. de fal.* & Paul de Caſtr. *conſil. 348. incip. In Chriſti nomine. de cauſa præſenti.* de quo tamen vide Pet. de Anch. *conſil. 227. inci. prius de iurib.* & Bald. *in Authen. ſi quis in aliquo. C. de edendo.*

REGVLA CCCCXXXVI.

SCRIPTVRA publica publicatione non eget, cum de ſe ſine adminiculo probet. vt *in c. 1. de fid. inſtru. & per Doct. in c. fin. eod. tit.*

Primo fallit, quando dubitaret, ne periret, vt *c. fin. de fide inſtrum.*

Secundo fallit, ſecundum quoſdam, quando in donatione excederet ſummam quingentorum aureorum, cum & ipſa publicanda ſit. *C. de do. l. ſancimus.* & vide-

videtur velle do. Anton. *in d. c. ſi. poſt. Innoc.* ſed certè, vt tangit d. Ant. iſta non eſt propriè publicatio, cum non fiat ad finem conſeruandæ probationis, de qua loquitur hæc materia, ſed ad finem, vt valeat ipſa donatio, quæ alias non valeret: vt *in d. l. ſancimus.* & no. *de do. l. Modeſtinus.*

Tertio fallit in teſtamento, in quo dicendum eſt ſecundum aliquos, quod non probat quantumcunque confectum manu publica. & hoc niſi probetur publica authoritate iudicis, & ſcriba atteſtetur vera eſſe omnia ea quæ ſcripta ſunt: vt *in l. publicatis. C. de teſtamen.* & *l. teſtamenta C. eodem.*

REGVLA CCCCXXXVII.

SENTENTIA ad hoc vt valeat, citatio peremptoria *a*, requiritur. *l. peremptorium.* & *l. ceſſante. C. quomodo & quando iudex.*

ADDITIO.

a Peremptoria. *Vide* Felin. in conſuluit. in 4. & 5. colum.

Primo fallit, quando iudex admonuiſſet partes in iudicio: vt eſt caſus ſing *in d l. ceſſante.* ſecundum quartam lectu. gloſſ. quod non habet locum in feudo, quando dominus citaretur perſonaliter; quia vna citatio non ſufficeret, ſed tres requiruntur. caſus eſt *in c. 1. ver. curia, in titu. de milit. vaſal. qui con. eſt. & hoc nota ibi Bald. in 13. col. ad fin.* & dicit quod ratio eſt, quia non eſt tam rigoroſa illa admonitio, quam iſta propter reuerentiam domini.

Secundo fallit, ſi nuncius præſente iudice & mandato eius citat partem præſentem. *l ſi procuratori præſenti ff. de verb. oblig.* & arg *glo. ſeq. in l. cum precario. ff. de in ius vocando.*

Tertio fallit, quando citatus ad primam citatio-

nem dixit ſe nolle venire, nam citatio peremptoria non eſt neceſſaria. ita vulgato *in l. diuus. ff. de in integrum reſtit.* & *in l. Fulcinius. §. fi. ff ex quibus cauſ. in poſ. eatur.* & gloſſ. 24. *quæſtio 3. de illicita.* & eſt caſus ſecundùm Bald. *in dict. l. ceſſante.*

Fallit 4. quando emanant tres citationes, quæ licet peremptoriæ non dicantur, habentur tamen pro peremptorijs. caſus eſt *in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex*, ſecundùm glo. *in d. l. ceſſante. in 5. ſolu.*

Fallit 5. quando ſententia fertur parte præſente, licèt non citata. ita tenet Ioann. Andr. *in c. fin. de elect. in 6.* & per *l. ſi vt proponis. C. quomodo* & *quando iu.* hoc tenet Bald. *in d. l. ceſſante. in verſicu. extrà quæro*, aliquis fortuito caſu. & hoc tenet Bald. *in l. prolatam. C. de ſent.* nam cum effectus citationis ſit, vt veniat citatus: ergo aliud non requirititur. facit quod nota. Gul. *in Specul. de lib. concep. aliàs obla. §. ſequitur. verſ. iam datur.* ibi reo præſente licèt non citatò poteſt offerri libellus. ſed Bart *in l 1. in vlti. quæſt. C. de ſent. & inter.* tenet contra Saly. & Bal. *ibi in verſi. ſed quærit ipſe, quid ſi dominus. in 2. col. ad finem diſtinguit.* dic, vt ibi, per eum.

Sexto fallit, quando citandus fuiſſet inuentus, & citatus perſonaliter, vt probatur. *in d. l. ceſſante.*

Septimò fallit, quando citatus prima citatione aſcendit ſtatim equum, & vadit in longinquas partes: quia facit actum incompaſſibilem, vt not. Innoc. *in c. Iudæus. extra, de probatio.*

Octauò fallit, quando debet citari tyrannus, vel alius, qui ſit perſona terribilis citari: nam tunc ſufficit vna citatio, Ioan. And. *in c. non vicinis. de immu. Eccle. in Nouel.* quem ſequitur Bald. *in c. 1. in 2. col. in verſ.* adde dicit Ioan. And. *de milit. vaſal. qui contu. eſt.*

Nono fallit, quando iudex comminaretur abſenti citato, de quo vide tex. gloſſ. & Barto. *in l ſi apparitores. de cohor. lib. 12. C.* & Ang. *in l. ex conſenſu. § . fin. in 18. col. ff. de app.* vide Bart. *in l. mancipiorum. ff. de op. lega.*

Decimo fallit in caſu matrimoniali, in qua ſimplex citatio, ſine ſolennitate peremptorij, valet: vt not. Ant. de Butr. *in c. prolatam. in vlt. not. ext. qui fil. ſint legi.*

Fallit 11. in his, in quibus poteſt procedi ſine figura iudicij: quia tunc vna citatio intelligitur perēproria: vt not. Bart. per illum tex. *in Auth. ad reprimen. in verbo. termino.*

Fallit 12. in cauſis ſummarijs, in quibus eſt ſpeciale vt ſine peremptorio poſſint ferri ſententiæ diffinitiuæ: vt *in cle. ſæpe. de verb. ſigni.* & ita not. Albe. de Roſa *in l. ius denunciationis. in princ. 2. col. C. quomodo & quando iudex.*

Fallit 13. de conſuetudine ciuitatum, quando iudices maleficiorum volunt facere ſententiam aliquam ad ſonum campanæ: quia tunc ſine aliquo peremptorio poteſt ferri ſententia diffinitiua, ſi ita eſt de more ciuitatis: quia mos ciuitatis eſt ſeruandus. *l. fina. §. cum autem admonitus C. de his qui ad Eccleſ. confu. & Inſtit. de ſatiſd. § fin. ver. de iure.* ſecus quando requiritur peremptorium: vt dicit Alber. de Roſa. *in Authen. qui ſemel in vlt. quaſi C. quomodo & quando iu.* & per eundem *in l. tres denunciationes. in prin. vltim. col. eod. titu.*

Fallit 14. ſi dicatur in citatione procedere contra eum ad ſententiam priuationis: vt not. Innoc. *in c. ad pet. de accu.* & hoc etiam ſequitur d. Ant. de Butr. *in c. eam te extra, de reſcri.* vide Bald. *in l. ſi finita. §. Iulian. ff. de dam. infect.*

Fallit 15. quando ab hærede conficiente inuentarium citantur creditores: quia tunc vna requiritur citatio, etiam ſi non ponatur verbum peremptoriè conſideratio quod nullam habet iudex ferre ſententiam, ſed tantum coram eo actus inuentari explicari debet. ita dicit Angel. *in l. 1. hæc ſtipul. in 9. colum. in princ. verſ. ſolum ergo reſtat videre in fin. illius. ver. ff. ſi cui pluſquam per l. Falci*

Fallit 16, in notario: quia in eo ſufficit ſola citatio

peremptо-

peremptoria. ita dicit Ioann. de Imol. *in c. ex parte. per illum tex. extra, de cler. non reſiden.*

Fallit 17. in omni interlocutoria, quæ infertur in paruum præiudicium: vnde ſufficit vna citatio ad interrumpendam præſcriptionem: quia reputatur modicum præiudicium: licèt non fuerit dictum peremptoriè. ita not. Ang. *in l. ad peremptorium. ff. de iu.* qui etiam tenet quod in miſſione ex primo decreto non ſit neceſſaria citatio peremptoria, idem tenet Paul. de Caſtr. *in l. de vnoquoque. ff. de re iu.* idem dicit quando fertur ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicii, cum ſit interlocutoria: vt not. *in Cle. fin. de appel.* & hoc dicit Paul. de Caſtr. *in l. ad peremptorium.*

Fallit 18. quando par citat parem, vt iudex, iudicem arbiter arbitrum, ſecundum ea quæ habentur *in c. prudentiam. extra. de offic. deleg.* & *in c. fin. de arbi.* & eſt gloſſ. *in Clem. de hære.* & ita nota. Paul. de Caſt. *in d. l. ad peremptorium ff. de iudi.*

Fallit 19. ſi ille, qui erat citandus, appellauerat ab aliqua interlocutoria: quia per hoc videtur proteſtari, quod amplius coram iudice non vult comparere; ideo poteſt contra eum procedi ad diffinitiuum, eo vlterius non citato. vt eſt caſus *in c. ſecundo, de dolo & contumacia. libro* 8. ſecundum Paul. de Caſtro *in d. l. ad peremptorium.*

Fallit 20. in caſu *l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex.* vbi quando quis citatur ad proſequendum litem ſolenniter, vt ibi poteſt ferri ſententia diffinitiua, abſque eo quod mittatur aliud præceptum.

Fallit 21. quando pars citatur perſonaliter, vel latitat dolo malo, ne citator tunc eum apprehendat. & ſufficit vna citatio ſine peremptorio; vt nota. Innocen. *in c. ad peremptorium. extra, de accuſa.*

Fallit 22. in duobus caſibus, quos ponit Bart. *in l. presbyteri, C. de epiſc. & cler in §. fi. 3. col.*

Fallit 23. in extraiudicialibus; quia ſufficit vnica

 inter-

trà, de reprob. in 8. colum. poſt medium. verſicu. ſtat maxima. & in col. 9. ante medium. & in l. admonendi. de iureiuran. circa prin. 2. colum. *& vide Felin.* in c. inter monaſterium. de re iud. 7. colum. ver. regulariter. *vbi de ſententia lata contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iu. de quo vide etiam dom. Pet. Phil. Cor.* in conſi. 216. incipi. multũ per totum, in 1. parte. *& Franci. Aret.* in l. ait prętor, §. ſi damnetur. de iureiur. *& dom. Alexan. de Imol.* in conſil. 33. in 3. & vltim. colum. in 1. parte. & in conſil. 95. in 1. colum. in 2. parte. *vbi ponit de ſententia lata contra ſententiam arbitratoris, quæ tranſiuit in rem iudi.*

Fallit 1. quando ſententia eſt lata ex diuerſa inſtantia, ſecundùm Bart. *in d. l. 1. quando prouo. non eſt neceſſe.*

Fallit 2. vbi eſt ſummaria, & talis, vt poſſit deueniri ad ſententiam diffinitiuam iuris ordine non ſeruato: quia ceſſat ratio de qua in prin. ſecundum Ang. & Doct. *in præalleg. l. 2.*

Fallit 3. vbi ſecunda ſententia poſſit defendi à contrarietate primæ, quamuis eſſet lata inter eaſdem partes & ſuper eandem rem, & ab eodem iudice, ſecund. Doct. *in d. l. 1. per illum text.*

Quarto fallit, vbi prima ſententia fuiſſet inualida: quia ſic ſecunda fuiſſet contraria primæ, tamen valet per *l. 1. ff. de ſen. quæ ſine cer. quanti.*

Quinto fallit, vbicunque ſententia eſſet data ſuper remedio appellationis, vel reſti. in inte. quia valet licèt ſit contraria primæ, ſecund. Doct. *in præalleg. l. 1.*

Sexto fallit, vbi ſententia eſt talis, quæ nunquam trãſit in rẽ iudicatam: vt eſt cauſa matrimonialis: quia licet ſit lata ſine nouo proceſſu valet; quia ſpeciale eſt in ſimilib. cauſis: argu. *d. l. 1.* Innoc. *in c. ſignificauit. de or-*

de ordi. cogn. Ang. *in d. l.1. C. quando prouo. non eſt neceſſe.*

Fallit 7. vbicunque ſecunda ſententia eſt lata inter dictas partes. *c. cauſas. extrà qui fil. ſint legiti.*

Fallit 8. vbicunque prior ſententia erit condemnatoria, & ſecunda abſolutoria. Ratio eſt, quia eſt quod mihi imputetur, quod iterum egerim, cum primam ſententiam obtinuiſſem, ſecundum Gul. *in l. duob. ff de excep. rei iud.* & Ang. *in d. l.1. c. quando prouo. non eſt neceſ.*

Fallit 9. in ſententijs criminalibus conſulto cum ſuperiore, vt *in l. fin. in fin. ff. de quaſtioni.*

Fallit 10. vbi eſſent duæ ſententiæ interlo. per *l. poſt ſententiam. C. de ſentent. & interlo. omn. iud.*

Vndecimo fallit. quando non fuit appellatum à prima ſententia: quia valet ſecunda contra primam. ſecùs ſi non fuiſſet appellatum & exceptum: qui non poſſet verti contra primam: vt ponit Bald. *in d. l.1. C. quando prouoc. non eſt neceſſe.*

Fallit 12. quando partes expreſsè renunciarent primæ ſententiæ, tunc ſemper valeret ſecunda contra primam, intellige inchoata inſtantia. & ita dicit Bald. *in l. ſi diuerſam. C. de tranſact.*

Fallit 13. quando pars, quæ habuerit ſententiam pro ſe confiteretur de iniuſtitia ſententiæ: tunc enim ſemper poſſet ferri contra primam ſecunda, vt dicit Innocen. *in c. quia plerique, de immunit. Eccleſ.*

Fallit 14. quando pars contra quam lata eſt ſententia, poſſet prius probare de iniuſtitia ſententiæ & de meritis cauſæ: cùm enim iniuſtitia ſententiæ & deducta in notorium, hoc caſu poterit ferri ſecunda ſententia contra primam, nec tunc audiretur pars allegans exceptionem rei iudi. ita dicit Dom. Anto. de Butr. *in c. quoniam contra, extrà, de probat. & c. cùm dilectus.*

REGV-

REGVLA CCCCXXXIX.

SENTENTIA contra ius expreſsè lata ipſo iure non valet. *l.* 1. *&* 2. C. *quand. prouoc. non eſt nec.* & *in l. ſi expreſſim. ff. de appel.*

Primo fallit, vbi falſitas colligitur ex ſimilitudine legis, ita eleganter not. Innoc. *in c. ſpeciali, circa prin. de appell.* ſecùs, ſi ex caſu claro & manifeſto legis.

Secundo fallit, quando ſententia eſſet contra aliquam extrauagantem, ſecundùm Bartol. *in l. cùm prolatam ff. de re iudic.* pro quo eſt caſus *in c. paſtoralis, de fideiuſſorib* Anton. de Butr. *in c excommunicato, in* 5. *colum de reſcript.* Sed hoc fallit, quando eſſet nota in loco iudicij, & in ſcholis: quia non valeret ſententia: ſecùs, ſi ignoraretur. ita dicit Abb. Sicul. *in c.* 1. *de ſentent. & re iudic.*

Fallit tertio, quando ſententia fertur contra conſuetudinem Ciuitatis, quæ tamen eſt notoria, ſecundùm Dyn. & Bartol. *in l.* 1. *&* 2. *C. quæ ſit longa conſuet.* & Bart. *in d. l.* 2. *C quando prouoc. non eſt neceſſ.* & *l.* 1. *C. vt quæ deſunt aduoc. part.* & caſus *in c. cùm veniſſent, extrà, de eo qui mit. in poſſeſſ. cauſa rei ſeruan.*

Quarto fallit, ſi quis produxerit iudici ſententiam Imperatoris in ſimili caſu, & iudex pronunciauerit contra: cùm talis ſententia non ſit cauſa in corpore iuris; valebit ſententia contra eum, licèt poſſit reſcindi, ita dicit Paul. de Caſt. *in l. cùm prolatam.*

Quinto fallit, quando duæ cauſæ ſunt expreſſæ in ſententia, quarum vna eſt vera, altera falſa: quia tunc re vera falſa ſuſtentatur ad eam, quæ vera eſt, vt potiùs valeat, quàm pereat, argum. *l. quoties, de rebus dub.* & ita not. Innocen. *in c. in præſentia.* pro Dom. Anton: dat caſum not. *in c. per tuas, extrà, qui fil ſint legiti.* & vide eundem *in c. ab excommunicato, in* 6. *in* 4. *colum. de reſcript.* vide gloſſ. *in l.* 2. *C. de re iudic.* & gl. *in l. fin. ff. de iuriſd. om. iud.*

Digitized by Google

Sed limita prædicta, quoniam ſi illa cauſa eſſet ſufficiens, non valeret dicta ſententia. ita Paul. de Caſtr. *in d.l. cùm prolatam.* alleg. bonam gloſſ. ad hoc *in c. 2. de reſcript.* & Cyn. *in l. cùm te. C. de probat.* vide Canon. *in c. ſi confirmatiuum, de elect. in 6.* & gloſſ. *in l. ſi præco. §. Marcello, de iudic.* & tenet Abb. *in c. 1. de ſent. & re. iudica.* & ibi Anto. de Butr.

Sexto fallit, quando cauſa falſa contra ius eſſet expreſſa, cum hac dictione, maximè; quia tunc ſuſtentatur ſententia ex vera cauſa, reiecta falſa ex virtute illius dictionis, maximè, quæ includit. *l. 1. §. vel maximè, de col.* not. Butr. *in l. 1. §. ignominia, de infa.* & hoc intellige, prout Ant. *in c. cum literis, extrà, de integr. reſtit.* & vide has limitationes per Lud. de Rom. *in l. 1. §. ſi is ad quem, de acquiren. hæred.*

Septimo fallit, quando eſſet lata contra ius, de quo tamen ſunt variæ opin. vel contra communem opin. Doct. quia ſententia valitura eſt. Anto. de Butr. *in c. translato, de conſtit.* idem tenet *in d. c. ab excommunicato in 5. col.* vide Bal. *in l. iuſti. ff. de iuſtit. & iure.*

Octauo fallit, quando in ſententia exprimitur illud quod neceſſario & tacitè infertur in ſententia lata contra legem; quia hoc caſu valet, vt not. Anton. de Butri. *in c. translato, in 2. conſtit.* alleg. Innoc. *in c. 1. & 3. de offic. deleg.* idem tenet *in c. ab excommunicato,* alleg. gloſſ. *in c. peruenit, de teſtib. cogen.*

Nono fallit, quando ſententia lata eſt contra ius tale, de quo iure ſunt opin. ita dicit Cyn. *in l. 1. C. de erro. Aduoc.* & Anto. de Butr. *in d. c. ab excommunicato, in 6.* col.

Decimo fallit, quando eſt error iuris expreſſus, non pertinens ad id, de quo agitur & ex toto; quia conſtat quòd ſententia non eſt ferenda in ſcriptis, ac ſi diceret: Excommunico te, quia padus currit. ſecùs, ſi talis error pertineret ad cauſam. ita not. Docto. *in c. per tuas, de ſent. excommunic.* & Anto. de Butr. *in d. c. excommunicato, in 6. colum.*

Vndecimo fallit, quando error iuris eſt expreſſus in actis,

in actis, ad quæ ſententia non referatur expreſſe: ſecus, ſi iudex ſe referret: quia tunc valeret, licet ſit aliqualis dubitatio, per Dom. Ant. de But, qui ponit iſta *in d. c. ab excommunicato, in 6. 7. & 8. colum.*

Duodecimo fallit in ſententia Imperatoris lata contra ius: quia talis ſententia valet: ſecus, ſi eſſet inferior à principe, vt Rex, Dux, Comes: quia eorum ſententiæ reſcinduntur tanquam iniquæ. ita Ang. *in l.* 1. *in prin. in* 2. *col ff de fer.*

Decimotertio fallit, quando termini ſententiæ ſunt differentes terminis legis, quamuis ſunt propinqui, ita Bald. *in l.* 2 *C. quando prouoc. non eſt. neceſſ.* & *l. non dubium. C. de legib.*

Decimoquarto fallit, quando ſententia eſt contra legem per aliqua argum. ſed non directe, vel per aliquas rationes. ita not. Innoc. *in c.* 1. *&* 3. *de offic. delega.*

Decimoquinto fallit, quia ſi iudex dicit in ſententia per 10. vel 5. eſt probatum, quia ſi iſti dicunt, ſe nihil ſcire, talis ſententia valet. ita Bal. *in l.* 1. *in fin C. de manu. vin.* idem Bald. *in l.* 2. *in* 1. *col. C. de re iudic.*

Decimoſexto fallit, quia valet iſta ſententia ſi iudex dicit iſto modo, quia 10. & 10. faciunt 20. ideò condemno te in viginti, ita Bal. *in d. l.* 2. *in* 1. *col. C. de re iud.*

REGVLA CCCCXL.

SENTENTIA ab vno ex pluribus delegatis lata non valet, & nulla eſt. *l. cum magiſtratu.* C. *quand. prouoc. non eſt neceſſ.*

Primo fallit, vbi iuraret aliter ſibi non liquere de cauſa: quia tunc vnus ſolus poteſt ferre ſententiam, vt *l. Pomponius. ff. de re iudica. & ibi not.*

Secundo fallit, vbi fuiſſent delegati cum clauſula, quod ſi ambo non poſſent expedire, vnus ſolus poſſet, ſi tamen alius fuiſſet requiſitus, primo, an vellet ſi-

uilibus, vt per Bartol. *in l. quia ergò. §. pœna grauior. ff. de infamib.*

Secundo fallit, quando intereſſe ex aptitudine actionis intentatæ compræhēditur, vt per Bald. *in l. contra negantem. C. ad leg. Aquil.*

Tertio fallit in cauſa matrimonii carnalis, vel ſpiritualis, vel in aliis concernentibus periculum animæ: quia in ſimilibus fertur ſententia ſecundùm veritatem, licèt non ſit conformis libello, ita dicit Cardin. *in Clement. ſæpè. in §. 1. de verb. ſignificat.*

Quarto fallit, niſi quando de nouo aliquid emergat. *l. ædiles. § item ſciendum. ff de ædilit. edicto.*

Quinto fallit propter impoſitam neceſſitatem præſtationis in oblig. rem dari: tunc enim petitur, ſed rei per iudicis officium mercenarium fit condemnatio in æſtimationem. *l. ſi ſeruum. §. effectus, de verbor. obliga.* & ita tenet Bartol. Bald. & Docto. *in l. vinum ff. ſi cert. pet.* & *in l. ſtipulationes non diuiduntur, in 6. quæſt. de verbor. obliga.* Amplius dicit Raph. quod intereſſe poterit peti in vno libello in obligat. dandi, licèt non ſuccedat obligatio ad intereſſe, tamen ſuccedit officium iudicis, quo videtur poſſe peti æſtimatio, vt *l. illud. ff de don. cauſ. mort.* & *in l. in ſumma, de condict. indeb.* nam ex quo debetur officio iudicis, licitè dicitur deberi, vt poſſit peti in libello: quia officio iudicis accedit fideiuſſor, vt *c. quæro, de offic. delega.* & poteſt cedi & nouari, vt *l. ſi eius, in princip. ff ad Trebell.* & *in l. 4. Cato. de verb. obligat. in gloſſ.* ſed Modern. reprehendunt eam. de quorum intellectu vide Bartol. *in d. l. ſtipulationes non diuiduntur.* & benè: nam legis allegatæ non loquuntur in ſimplici obligatione. & eſt clarum, quod iſta æſtimatio, de qua in tex. *in d. §. effectus.* debetur officio iudicis mercena. quod actioni deſeruit; ergo non poteſt intentari ſine actione, ſicut docet Barto. *in l. vinum, ſi certum peta.* & *in l. 4. depoſiti.* & *in l. fina. & ibi no. ff. de peculio.*

Sexto fallit propter magnam conformitatem, quam habet

tia non obſtante ineptitudine proceſſus, & quod aliud fuit petitum. iuxta ea quæ not. *in l ſi confeſſus, de cuſtod. reor.* & Innoc. *in c. qualiter, de accuſatio.*

Decimo fallit *a*, quando non requireretur libellus: quia tunc ſi primo vtitur reali, vel probatur, poteſt ſequi condemnatio, vt dicit gloſſ. ſingul. *in l. vinum. ff ſi certum petatur.* quam ſequuntur omnes, per quam *Bartol.* not. quod vbi debet procedi ſine figura iudicii. ſemper poteſt ferri ſententia in alio, quam in eo quod eſt petitum: vt ibi nota. *in verbo, figura, in Extrauaganti, ad reprimendum.* & pro iſta gloſſ. allegat textum: vt ibi nota. *in verbo, figura, in Extrauagãti. ad reprimendũ.* & pro iſta gloſſ. allegat textum *in l. iam tamen. ff. iudic. ſolui.* & *in l. 1 C. de rei vxor. actio.* & quod not. Bald. *in l. fin. C. de hæred. inſtit.* & Anto de Butr. & Moder. *in c. examinata. de re iudic.* Adde ad prædicta quod not. Bart. *in l. Actor ff. rem ratam haberi.* vbi videtur tenuiſſe contra hanc ſententiam. & quod not. Bal. *in l. obſeruare.* § *proficiſci, in 13. quæſtio ff. de offic. proconſul.*

ADDITIO.

a Fallit. *Ad quam fallentiam adde Dom. Petr. Philip. Corn.* in conſil. 329. incip. oſtenſo. per totum, in 1. part. *vbi ponit, an ſententia ſit ferenda ſecundum formam petitionis in cauſis commiſſariis, in quibus ex forma reſcripti proceditur ſummariè & vide eum in* conſil. 65. incip. licet. in litera C. in 3. part. *vbi ponit quid in iudicio ſummario. de quo etiam per eum* in conſil. 305. incip. videtur, per totum, in 4. parte.

Fallit 11. vbi ſuperuenit incrementum ex natura rei in prima petitione, vt *l. ampliorem. ff fin. de appel.* quod limita ſecundum Angel. *in l. tabulas.* § 1. *de ſeruit.* qui allegat glo. not. *in Authen. de defen. ciuit.* § *iudicare.*

Fallit 12. vt not. Dominus Lanfranc. *in l. in re furtiua, in verbo, æſtimationis ff. de condi. furtiua.* vbi petitur

petitur res in libello, quæ eſt perempta: quia iudex poterit condemnare ad æſtimationem, & valebit ſententia: licèt non ſit conformis libello. *l. vt fundum. ff. communi diuid.* & eſt ſpeciale in hoc caſu, vt not. gloſſ. quæ eſt *in l. fin. infra qua ſententia ſine appel. re.* & remittit ſe ad Barto. *in l. ſtipul. non diuiduntur.* & *in l. 3. C. in quib. cauſ. infamia irrog.* eſt tamen videndum, quòd oportet formare libellum alternatiuè, vt petatur ſi extat, vel valor rei, vt faciunt boni practici: qui libellus, licèt alternatiuus, admittitur ſecundùm Bartol. ita not. *in d. l. ſancimus. C. de ſacroſan. Eccleſ.*

Fallit 13. iſta regula in Papa & Imperatore: quia etiam vltrà contenta in libello poſſunt ferre ſententiam, Archi. *in c. 2. de reſtit. ſpol. lib. 6.* & Flor. *in d. l. vt fundus.*

Fallit 14. quando eſſemus in iure, in quo non poſſet aliter iudicari, gloſſ. ſingul. *in 4. diſtinct. c. frequens, in gloſſ. 1. in fin.* & notat Domin. de Sancto Gemina. *in c. ex antiquis.* maximè ſi ferend. eſt ſententia ſuper re iudic. & poteſt etiam ferri ad exhibendum.

Fallit 15. in aliquo caſu, putà, ſi peto quinque ab vno, & poſteà dico quod ſunt 15. & conuentus confitetur: nam poteſt ferri ſententia ſuper 15. ratione confeſſionis, licèt in libello non ſit dictum, & non fuerit petitum, gloſſ. eſt *in l. præſens. §. notandum. ff ad leg. Aquil.* & not. Ang. *in l. ſi vacante C. de bonis vacan. libr. 10. in repet.* vbi loquitur eleganter. & hoc not. pro inquiſitionibus, quæ fiunt contra malefactores, inquirendo ſuper crimine vno, & ille confitetur de alio non inquiſito, nam poterit ferri ſententia ſuper illo, & Reus condemnari.

Fallit 16. quando vno competunt duo remedia, vnum ad reſcindendum, aliud vero ad exhibendum: quia tunc ſi peto vnum, tunc iudex poterit iudicare ſuper illo, vt *l. 1. §. aliquando. ff. de ædil. edic.* & ibi Bart. per Domin. Anton. de Butr. *in ſingul. ſuo, quod incipit, Inquantum competunt plures.*

Fallit

Fallit 17. quando nõ dependet ab arbitrio partis, ſed ab arbitrio iudicis exigent. iuram. in lit. vt *l. videamus, §. iurare. ff. de in litem iurand.* plenè per Ant. de Butr. *in c. noſtra, in 5. colum. extrà, de cohabit. cleric.* & melius *in c. veniens, in 7. col. extrà de præſcript. ſed pone, quando Papa.* & *in c. cum Eccleſia Sutrina. verſ. 10. de cauſ. poſſ. & prop.* & *in c. ſuper eo, extrà, de elect.* & *in c. per elect. eod. tit.* per Innoc. *in vlt. glo.* Bart. *in l. huius rei, de ſuſpect. tutor.*

REGVLA CCCCXLIII.

SENTENTIA lata pro falſo procuratore valet, & tenet in effectu, & ſic poteſt ratificari. Bart. *in l. ſi mater. §. hoc iure. ff. de except. rei iud.* & Petr. de Anchar. *in conſil. 132. incip. vnus ex procur.* Bald.

Primo fallit, niſi procurator egiſſet in materia requirente ſpeciale mandatum, vt eſt gl. *in c. nonnulli, in verſi. mandato, de reſcrip.*

Secundo fallit, vbi procurator mentitus eſt ſe eſſe procuratorem coram Principe, vt per Innoc. *in c. ex parte Decani, de reſcrip.* de quo etiam per Bald. *in l. falſus. C. de furtis.* & per Imol. & Card. *in d. c. nonnuli.*

Tertio fallit, vbi allegaſſet ſe habere mandatum coram inferiore, vt per Bal. *in l. Iulianus ff. qui ſatiſdacog.*

Quarto fallit, niſi fuiſſet reuocatus, & tamen continuauit reuocatione non obſtante: quia tunc per eum geſta reuocari non poſſunt, per gloſ. *in l. diſpenſatorem. ff. de ſolutionib.*

Quinto fallit, niſi ratificatio eſſet præiudicium tertii, ita Bald. *in l. obſeruare. § ſi. ff. de offi. proconſul.*

Sexto fallit, niſi ſtatutum requireret mandatum: quia tunc ſufficit ratihabitio, ita Bald. *in l. ſi vxorem. C. de cond. inſert.*

Septi-

Digitized by Google

ADDITIO.

a De nocte *Vide Feli.* in c. conſuluit, de offi. deleg. in med. 6. col.

Primò fallit, ſi fertur cõtra præſentem, vt dicit Ang. *in l. more Roma. ff. de fer.*

Secundo fallit, quando eſt conſuetudo loci, vt ita feratur de nocte, ſicut eſt in curiis Regum. ita dicit Io. Andr. *in addit. Spec. in tit. de ſent. §. iuſta, verſ. ſed nunquid licet.*

Tertio fallit, quia propter multitudinem poteſt ferri ſententia de nocte, vt dicit Bald. *in l. conſtit. ff. forum.*

Quarto fallit propter neceſſitatem, vt dicit Bald. *in l. caſus. ff. de teſtib.* nam tunc de nocte ferri poteſt.

Quinto fallit ex cauſa, vt ſi iuriſdictio expiraret, vt *in c. conſuluit. de offic. deleg.* & tenet Bar. *in l. nõ minorem. C. de tranſact.*

REGVLA CCCCXLVI.

SENTENTIA requiritur, ſi lex per verbum futuri temporis loquatur, vtputà, ſi quis fecerit ſic, puniatur in tantum. ſecus autem, ſi verbo temporis præſentis vtatur, vt ſi quis fecerit, ſit priuatus: quia tunc ipſo iure intelligitur, glo. *in l. crimina. ff. de iuriſdict. om. iudic.* & gloſſ. *in Auth. habita. C. ne fil. pro patre.* & eſt glo. *in l. iubemus. §. œconomus, verſic. ſanè. C. de ſacroſan. Eccle.* & *in Authent. de litig. §. omnem. vbi etiam glo.* & *l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.* facit quod dicit Ant. de Butri. *in c. quoniam frequenter. §. porrò, vt lite non conteſta.*

Primo fallit iſta regula, quando vtitur verbo futuri temporis, quod requiritur ſententia, ſcilicet quando

lex vel ſtatutum vlterius proſequeretur ſe declarando: putà, quia diceret, ſi quis fecerit ſic, priuetur ipſo iure: nam tunc non requiritur ſententia. ita notant Docto. *in d.l.ſi quis in tantam.* per ea quæ not. *in l.final.C. de iure emphyt.& ibi Docto.*

Secundò fallit, quando ratione adiuncti conſtaret de mente legis, vt quia diceretur, priuetur mox, vel ilicò, vel ipſo facto: quia intelligitur ipſo iure, gloſſ. eſt *in Auth.de incœſt. nupt. in prin.* & *in c. eum qui, de præben. in 6.* Bald. *in l. 1. in vlti. char. C. de ſum. Trin. & fide Cathol.* tex. eſt & gl. *in verbo, ipſo facto, in c. fi. extrà, ne cler. vel mon.* & *in c. vbi periculum. § nullum, de elect. in 6* & *in c. 2. de hæred. eod. lib.* de quo per Io. And. *in c. 1. de homic. in 6.* & per Bal. *in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & cler. in repet. in 2. col.*

Tertiò fallit, vbi verbum quo vteretur lex vel ſtatutum eſſet tale, quòd importaret priuationem ipſo iure, &c. gloſſ. eſt *in l prouidendum, de poſtulat.*

Quartò fallit, quando verbo futuri temporis apponerentur verba, Modis omnibus, quia intelligitur ipſo iure, gloſſ. eſt *in Authent. vt diff ſeu fun. eorum. §. ſancimus igitur. in ver. modis omnibus.*

Quintò fallit, ſi apponatur verbum, omninò. gloſſ. eſt ſingul. *in l. 1. §. ſi pecuniam ff. depoſiti.* ſecundùm Lud. *in 2. ſing.*

Sextò fallit, ſi opponatur dictio, funditùs. gloſ. eſt ſingul. *in l. nil decernimus. C. de Epiſc. & cler.* ſecundùm Do. Lud. *in ſing. 2.*

Septimò fallit, ſi opponatur dictio, penitùs. gl. eſt *in l. ſi quis Aduocatorum C. de poſtul.* & not. Io. And *in c. per inquiſitionem, circa fin. de elect.* & per Archid. *in c. ordinarij, in 6.*

Octauò fallit, ſi adducantur iſta verba, ſimul & coniunctim, & caſſentur & irritentur. ſecundùm Bald. *in tit. de pace Conſtan. in ver. priuilegia.*

Nonò facit. quando ponitur verbum futuri temporis, & iſta verba, recta via: quia intelligitur ipſo iure. ita dicit Ant. de Butr. *in c. quæ ad te, in prin. in verſ. non dederunt.*

Decimò fallit, vbi aliquod ſtatutum diceret, ſpolietur talis, ſi fecerit ſic: quia intelligitur ipſo iure. eſt doctrina Hoſt. *in c. ſi. de poſtul prel.*

REGVLA CCCCXLVII.

SENTENTIA *a* propter inſtrumenta de nouo reperta non retractatur. *l. ſub ſpecie. C. de re iudi. & l. Imperatores. ff. eod.*

ADDITIO.

a Sententia. *Vide Lanfr.* in c. quoniam contra, in verſ. hic tractabimus, in 15. col. verſ. quæro incidenter, de prob. *& latè* in l. admonendi, de iureiur. in 1. not. *& ad idem* Feli. in c. inter cæteras, in 2. col. circa med. in verſ. quinta declaratio. *&* c. inter monaſterium. 8. col. in prin. in ver. limita primò, de re iud.

Primò fallit in fiſco, vt eſt gl. *in l. Imperatores. & in d. l. ſub ſpecie.*

Secundò fallit fauore minoris, vt in glo. *in d. l. ſub ſpecie. & in d. l. Imperatores.*

Tertiò fallit fauore furioſi & prodigi, qui pupillo æquiparantur. *l. Fulcinius. §. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eat.* & not. gloſſ. *in l eatur C. de curat furi.* Bartol. *in præalleg. legib. Imperatores. & ſub ſpecie.*

Quartò fallit fauore libert. vt *l. 2. §. fi. ff ſi liber. ingen. eſſe dicetur.*

Quintò fallit in cauſis ſpiritualibus, vt not. Innoc. *in c. quia propter, de elect.* & hoc ideò, quia intelligitur in omnibus iudicijs, ſecundùm Ang. *in d. l ſub ſpecie.*

Sexto fallit in cauſis criminalibus. *l. iſta.* §. *ſi quis.* & *l. diui fratres.* & *ibi vide Barto ff. de quaſtio.*

Septimo fallit in cauſa arbitratoris, vt not. Feder. de Senis *conſ.* 237.

Octauò fallit, vbi ſententia eſt lata per ſubſidiarias probationes, putà, per iuramentum neceſſarium, vt *l. admonendi, de iureiur. ff.*

Nonò fallit, vt licet quis feciſſet ſuam diligentiam ante ſententiam, tamen non potuit inſtrumentum recuperare, ita not. Innocen. *in c. vltim. extrà, de teſtib.* & Bald. *in l. ſi ex falſis. C. de tranſact.* & *in l. penult. C. de ſenten. aduer. fiſ. lat. lib.* 10.

Decimò fallit, vbi inſtrumentum de nouo repertum eſt inſtrumentum alterius ſententiæ: quia tunc retractaretur tanquàm nulla & contraria primæ, vt *l. ante ſententiam. C. de ſent. & interlocut. om. iudic.* ſic not. Bald. & Raph. Cum. *in d. l. Imperatores, de re iudic.*

Vndecimo fallit, vbi per inſtrumenta de nouo reperta appareret alia ſententia lata ex falſis inſtrumentis vel probationibus. *l pen. ff. de confeſſ.* & Bald *in d. l. ſub ſpecie.* qui reprobat Raph. Cuma. *in d. l. Imperatores.*

Duodecimo fallit in ſententia condemnatoria: quia contra aliquos procedit. ſecùs in ſententia abſolutoria. de quo tamen dic, vt per Cyn. & Bal. *in l. penult. C. de cond. indeb.* & per Rapha. *in d. l. Imperatores.*

Decimotertiò fallit, quando teſtamentum eſt poſteà repertum, gloſſ. not. *in l* 1. §. *ratio. ff. quemadmod. teſtam. aper.* & *in l. ſi vir ff. de except. rei iud* licèt gloſſ teneat contrarium *in d. l.* 3. §. *ſi legatarius. ff. ſi cui plusquam, per leg. Falcid. in verbo, euicerit.* ſe dubitatur, an in his caſib. teneat ſententia mero iure, an vero pœna? & not. infra quantum tempus debeat peti reſtitutio. de quibus dic, vt per Specul. *in tit de execut. ſent.* § *fi. verſi. illud autem* Io. Andr. *in addit. Spec. in tit de inſtr. edit.* §. *poſtquàm additis, qui incipit, quid ſi ſolui.*

& Ca-

& Canon. *in c. inter monaſterium. de re iud.* Cyn. & Bal. *in l.* 1. *C. de ſenten aduer. fiſ. lat libr.* 10. Paul. de Caſtr. & Saly. & Raph. *in d. l. Imperatores. de re iud.*

REGVLA CCCCXLVIII.

Sententia in dubio iuſtè præſumitur lata. *l. Herennius.* §. *quia. de euict. l.* 2. §. *ſolent. de hæred. vel act. vend.* & vide glo. *in Auth. generaliter. C. de Epiſ. & Cler.* & Bal. *in l.* 2. *in vlt. quæſt. C. ſi ex nota. cauſa aga.*

Primo fallit, ſi non fuerit iudex ordinarius, ſed delegatus. ita dicit Inno. *in c. cum in iure peritus. de offic. deleg.* vide etiam Bar. *in l. ex quacunque. ad fin prin. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.*

Secundo fallit, quando ſententia non tranſit in rem iudicatam, Innocen. *in c. bona. de elect.* ad hoc gloſſ. notabilis *in prin. C. ſi aduerſ. cred.*

Tertio fallit, quando quis appellat ad ſuum commodum: vt *l. ſi quis libellos. C. de appell.*

Quarto fallit, ſi vult in integr. reſt. *l. qui proprio.* §. *item quæritur. ff. de procur.*

Quinto fallit, quia iſta regula procedit in ſententia diffinitiua: ſecùs in interlocutoria. ita dicit. Innoc. *in c. cum in iure peritus. de offi. delega.* & *in c. bona. de electionib.*

Sexto fallit, vbi apparet notoriè de iniquitate ſententiæ ex eius tenore: quia eſt nulla, nec meretur executionem. vt *in c. inter cæteros. de re iud.* & *in c. ſolicitudine. de appel.* gloſſ. eſt pulchra. *in Cle. paſtoralis. de re indi.* & *in c. fraternitatis. de frig. & malef.*

Septimò fallit, ſi victor dixerit ſententiam iniquam, quia non poterit executioni mandari. ita dixit ſingul. Innocent. *in c. plerique. de immunitate Eccleſiæ.* ſed contrarium facit quod no. Angel. *in l. vendicatum.* & ibi glo. *ff. de euiction.*

Octauo fallit etiam in iudice ordinario, vel ſpeciali, vt in iudice feudi: vt eſt gl. ſingu. & eam tenet Bal. *in c.* 1. *in titul. de inueſtitura in matri. facta.*

REGVLA CCCCXLIX.

Sententia in cauſa beneficiali lata in rem iudicatam tranſit. vt eſt text. ſecundum vnam lecturam *in c. cum olim. extrà, de dolo & contumacia.*

Primo fallit, quando ab ea fuiſſet appellatum: vt voluit gl. *in d. c. cum olim.*

Secundo fallit, quando ſubeſſet cauſa, propter quã concederetur reſtitutio in integrum: cum tunc conceſſa reſtitutione non tranſeat in rem iudicatam. *extrà, de re iudic. c. cum Ber.* & *extrà, de reſtit. in integrum. c. cum domino.*

Tertio fallit, quando ille, pro quo fuiſſet lata talis ſententia, teneret beneficium iniuſtè, putà, ſine canonica inſtitutione cum peccato: cum non tranſeat, ſicut nec in matrimonio carnali non poteſt contra eum procedi per viam denunciationis vel inquiſitionis: eo quia iniuſtè & cum peccato detinet, vt voluit Innocen. & etiam per viam inquiſitionis cum iudex ex officio ſuo poſſit contra eum requirere non obſtante tali ſententia. *arg. c. conſequen. extrà eod.* & ideo ibi Papa de iure proceſſit, quando voluit quod iterum de iuribus illorum inquireretur propter præſumptionem iniuſtitiæ: gratiam tamen fecit poſtquam audiuit dictum contumacem poſt confirmationem ſolenniter factam, ſecund. do. Nic. *in d. c. cum olim.*

Quarto fallit, quando nouiter comparens vellet arguere ſententiam de crimine vel defectu, ſuper quo aliàs fuit obiectum. cum tunc admittatur etiam per viam accuſationis, ſi non poteſt ſibi imputari, quare in princip. ante confirmationem non comparuit: quia erat extra diœceſim, vel graui infirmitate grauatus: ita quod ignorauerit vel apponit ea quæ nouiter ſcit: cum tunc etiam admittatur per viam accuſationis.

nis. vt ſentit Innoc. *in d. c. cum olim* per id quod habetur *extrà, qui accuſ. non poſſ. c. fi.* nã ille qui eligit, poteſt ea, quæ eſſent ſibi occulta tempore electionis, obiicere poſtea. *de electio. c. nonnulli in 6.* & audacter, ſaltem per viam accuſationis vel denunciationis ad hoc. *c fin. extrà de purgat. canoni.* & hoc ſentit Frede. de Sen. *in conſ.* 23. & 97.

Fallit 5. quando electio non fuiſſet ita ſolenniter confirmata, vt quia non interueniſſet contractor, nec fuiſſet cognitum de cauſa: cum tunc poſtea contradictor ſeu accuſator admittatur, licèt non comparuerit tempore confirmationis: vt ſentit Innocent. *in d. c. cum olim. de electionibus.*

REGVLA CCCCL.

SENTENTIA per falſa inſtrumenta vel falſos teſtes lata valet, ſed retractanda eſt: vt eſt *in c. licèt. de probat. & ibi per Canoniſt.* & Bart. *in l. diuus. ff. de re iudicata.*

Primo fallit, quando ſententia fuiſſet lata contra abſentem ex falſis probationibus: cum tunc ſit nulla, vt voluit *l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudic.* ſecundum intellectum, de quo per Bartol. *in l. diuus.* & *in d. l. ſi is ad quem. ff. de acquirend. hæred.*

Secundo fallit, quando fuiſſet lata contra minorem 25. ann. cum tunc ſimiliter ſit nulla, vt *l.* 1. & 2. *C. ſi ex falſ. alleg.*

Tertio fallit, quando fuiſſet lata contra fiſcum: cum tunc ſimiliter nulla ſit, vt *l.* 2. *C. de ſen. aduerſus fiſcum latis. libr.* 10.

Quarto fallit quando eſt lata ex actis falso fabricatis ad inſtantiam partis, per no. *l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſis* & not. *extrà, de reſcript. c. cum olim.*

Quinto fallit in decreto quolibet, quod poſſit dici ſententia, per not. 2. *q.* 1. *in ſumma. per glo.* ipſo tamen iure non valet, ſi ex falſa cauſa ſit interpoſitum.

l. ſi vero. §. conuẽtum de fideicom. liber. & *l.* 1. *§. hac. de fideiuſ.* & vide Ioan. de Imo. *in d. c. licet, de proba.* vbi plenè per ipſum, & communiter per Doctor. qui dicunt quod in iſtis caſibus, in quibus ſententia ipſo iure nõ valet, poteſt peti eius retractatio de facto, ſicut quatenus de facto proceſſit per officium iudicis, dummodo fiat infra 30. ann. *C. de praſcript.* 30. *ann. l. ſicut.*

REGVLA CCCCLI.

SENTENTIA regulariter ius facit inter partes. *l. ingenuum. ff. de ſtatu. hom. c. cum inter. de re iudic.* & per Doct. *in c. quoniam contra, de probat.*

Primo fallit, quando in ipſa ſententia fuiſſet expreſſus error contra ius ſcriptum, tunc non præſumitur pro ea, nec admiſſio appellationis purgat eam, hoc eſt vitium nullitatis, *extra, de re iudic.* & *c. cum inter. de appell.* & *l. ſi expreſſim.* & *l.* 2. *C. quando prouoc. non eſt neceſ.* nec poteſt intelligi, quod in ipſa ſententia ſi eſſet expreſſa ſolum vna cauſa contra ius, tunc licet ſit contra ius litigatoris, tamen ex hoc capite non redditur nulla; prout Innoc. voluit *in c. in praſentia. de re iudi.* vbi plenè de hoc dicit.

Secundo fallit, quando ſententia alias contineret notoriam iniuſtitiam: cum tunc ſententia ſit nulla, nec pro ea præſumatur, niſi infra 10. dies ſit appellatũ, vt tenetur. *in c. fraternitatis. extra, de frig. & malef.* vbi eſt bonus text. ſecundum vnum intellectum ad hoc *c. ſolicitudinem. §. ſi verò extra, de appe. c. inter catera. de re iudi.* & ita communiter tenetur de quo ibi plenius.

Tertio fallit, quando colligitur error ibi patens ex act. cum tunc ſententia ſit nulla, & admittatur ipſa impugnans ad probandum talem errorem & iniuſtitiam: vt tenuit Cyn. *in l. vnica. de error. cal.* quod etiam ſentit Innoc. *in c. cum. dilectus. extra. de re iudi.* quod etiam tenuit Arch. *in c. Rom. extr. de ſent. excomm. in 6:* prout referunt do. de Ro. *in deceſ.* 340. *qua incipit, item fuit*

fuit diſputatum. vbi hoc idem tenetur. & plene per Can. *in d. c. quoniam contra*.

Quarto fallit, quando quis fuiſſet admiſſus de facto ad diſputandum de ipſa iniuſtitia, & de ea conſtaret: quia tunc iudex deberet illam ſententiam retractare. *extra, de cauſa poſſ. & propriet. c. cum ſuper. ff. de re iud. l. de qua re*. & hoc voluit Innoc. *in c. cum dilecta. extra, de reſcript*. & *in d. c. cum Bertholdus. de re iudi*. & per Docto. *in d. c quoniam*.

Quinto fallit, quando pars pro qua eſſet lata ſententia confiteretur illam iniuſtam: cum tunc debeat retractari, nec pro ea præſumatur. arg. glo. *in Authent. iam neceſſe. C de don. ante nupt*. & *in corpore vnde ſumitur*. & hoc voluit Innocen. *in d. c. quia plerique de imm. Eccl.* quod intellige, quando fuiſſet aditus iudex, qui per viam quærelæ adiri poſſet, ſecundum dom. Nicol. *in d. c. quoniam contra*.

Sexto fallit, quando opponeretur contra ipſam ſententiam de iniuſtitia, ex eo quia fuiſſet lata per falſos teſtes, vel corruptos: cum tunc pro ea non pręſumatur & admittatur probatio in contrarium. vt plene per Cano. *in c. licet. de prob*.

Septimo fallit in ſententia, quæ nunquam tranſit in rem iudicatam lata in cauſa matrimoniali; quia licet pro ea præſumatur, ſi non ſit appellatum; tamen admittitur probatio in contrarium; vt not. *extra, de re iud. c. lator*. & *c. conſanguinei*. & *extra, de elect. c. bona. el. 2*.

Octauo fallit in ſententijs latis ad dicta teſtium deponentium de crudelitate; cum retractetur, ſi per alios teſtes poſtea idoneores probatur contrarium; prout voluit Ioan. And. *in addit. Spec. in tit. de euict. §. 1. verſicul. ſed pone*. de quo etiam *in c. propoſuiſti. per Can. extra, de probat*.

Nono fallit in ſententia, quæ per appellationem ſuſpenditur; vt in primis cenſuris. cum pro ipſis non præſumatur, neque pro iuſtitia ipſarum & earum ordine. ſed oportet quod iuſtificentur per iudicem vel

 aduer-

Digitized by Google

aduerſarium, ad cuius inſtantiam fuerunt latæ, ſi infra decem dies fuerit appellatum, argum. *c. ſacra. de ſenten. excomm.* eſto quod appellatio non ſpectaſſet eas. & hoc voluit gloſſ. & Innoc. *in d. c. quoniam contra.* & etiam Innoc. *in d. c bona. de elect.*

REGVLA CCCCLII.

SENTENTIA in qua dicitur, Pronuncio vt in conſilio valet & tenet. Abb. & Imol. *in c. cum venerabilis. de except.* Paul. de Caſtr. *in l. fundus. ff. de reſcin. vend.* & Doct. *in l. 1. C. ſi. aduer. liber.*

Primo fallit, quando dicta verba, Pronuncio vt in conſilio. non ſunt ſcripta. ita Ang. *in conſ.* 246. *incip. domina Liberinæ.*

Secundo fallit, quando iudex non legerat cõſilium: quia tunc ſententia eſt nulla. ita Bald. *in l. 1. C. de ſentent. ex breui. recit.*

Tertio fallit, quando conſilium non fuit redactum apud acta: vt per Abb. *in c. illa in fin. de accuſ.*

REGVLA CCCCLIII.

SENTENTIA lata contra prælatum particularem pro Eccleſia agentem ex caſu quo poteſt præiudicabit Eccleſiæ, vt de cætero alius abſque exceptione rei iudicatæ non admittitur. *l. eum qui in populo. ff. de iureiur.* vt dicunt Cano. *in c. cum olim. extra, de teſtib.*

Primo fallit, quando ipſe agens fuiſſet præuaricatus, & de ipſa præuaricatione ſeu colluſione doceretur. ad hoc *c. 1. extra. de Eccl. ædif.*

Secundo fallit, quando ille, cuius ſua intereſſet, ignoraſſet primum agere: cum eidem non præiudicet. ad hoc quod not. gloſſ. *extra, de elec. c. cum dilectus.* & *c.*

cupien-

cupientes.§ caterum.de elect. ſecundum Ioan.. de Imol. *d. c.cum olim.vbi plenius per Canoniſtas.*

REGVLA CCCCLIIII.

SENTENTIA prætextu falſorum teſtium pecunia corruptorum lata mero iure valet, ſed contra eam in integrum reſtitutio datur. *l.diuus Adrian.ff.de re iudic.*

Primo fallit, niſi ſententia ſit lata ex falſis probationibus factis ex dolo producentis, & in abſentem. tex.eſt reputatus ſing. *in l. prætor. §. Marcellus. ff.de iudi.* nam tunc ſententia eſt nulla: vt per Innoc. *in c. cum in iure.de offic.deleg. & in c. de catero. de re iudic.* & aliquid habetur per Bald. *in l. 1. circa ſecundam colum.C. de tranſ.* & latiſſimè per Angel. & Imol. *in l. qui Roma.§. duo fratres.ff de verb. obl. & in l.ſeruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Trebell. & in l. à diuo Pio, in princ.ff.de re iud.* & per Bald. *in l. fin. C. ſi ex falſis inſtru.*

Secundo fallit, quando ſententia eſſet lata contra matrimonium; quia ipſo iure eſt nulla, & eadem ratione idem dicendum in ſententia lata contra minores. ita not. tenuit Abb. *in c. licet cauſam, de proba.* facit quod nota. gloſſ. *in l. ſi pro iure. ff. de iure fiſci. & in §. item iſta. in gloſſ. Inſtitut. de actionibus.*

Terio fallit in criminalibus, in quibus iſta ſententia eſt nulla. ita dicit Bald. *in addit. Specu. de execu. ſentent. in 3. col.* alleg. *l ſi quis obrepſerit. in verbo, nihil agitur. ff. de falſ.*

Quarto fallit in ſententia decreti, quæ redditur ipſo iure nulla: vt tenet ipſe Bald. *in d.l.1. C. ſi ex falſis inſtrument.* & quod ſuprà *in reg. 450. fal. 4* dictum eſt, quod aduerſus talem ſententiã poteſt peti retractatio. limita primo, niſi in prima cauſa fuerit cognitum de falſo: quia vltimus hoc non poterit verificare. *l. fin. C. ſi ex alſis inſtrum.*

Quin-

Tertiò fallit in procuratore, qui intelligitur ſtipulari domino, vt *l. poſt dotem. ff. ſolut. matrimon.*

Quartò fallit in dote, de quibus fallentijs dic, vt per Bart. *in l. ſtipulatio iſta. §. hoc quoque. & §. ſi quis ita.*

REGVLA CCCCLXX.

STIPVLARI alteri nemo poteſt, niſi eius poteſtati ſubiectus ſit, vel pœna ſit adiecta. *l. ſtipula-*

pulatio iſta.§.alteri.ff.de verb.oblig.& *in l.ſolutum.§.per liberam.ff.de pignorat.act.*

Amplia iſtam regulam procedere etiam in fiſco, & conſequenter in Republica, quibus per liberam perſonam, & priuatam, & ſibi ſubiectam non poteſt ſtipulari vel paciſci, text.eſt & ibi Bart.*in l.1.in prin.ff de iur.fiſc.* & idem Barto.*in l.arbiter intra certam ff de arbitr.*

Amplia etiam in matre, quæ non poteſt ſtipulari filio, vt in caſu *l.debitor,in fi ff.ad Treb.* & Bar.*in l quod dicitur.ff de verb.oblig.* & *in l.pactum.* & *in l.pater.C de pact.conuent.* ex quo infero, quòd multò minus alij conſanguinei vel cognati poſſunt ſtipulari alteri conſanguineo, vt eſt gloſſ.*in verbo,intereſt in l.fideiuſſores ff de pactis.* & probatur *in l. 3.§. ſed & ſi fortè. ff. iudicatum ſolui.*

Amplia hoc etiam procedere in liberto, qui non poteſt ſtipulari patrono, vt *in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff de verbo.oblig.*

Primo fallit, niſi per conſuetudinem fuiſſet inductum contrarium, per text.*in l.certi condictio.§.ſi nummos & ibi Doct.ff.ſi cert.pet* & *in l.ſi donaturus.ff. de vſufruct.in fin.*

Secundò fallit in dote, cui in hoc magis fauetur cum fiſco, vt probatur *in l Caius.ff. ſolut. matrim.* & *in l.pactum.C.de pact.conuen.* vbi fauore dotis alteri per alterum ſtipulari poteſt, de quo latè per Bal.Nouell. *in tract.dot.in 6 par.principali,in 22.priuileg*

Tertiò fallit in feudis, in quibus frater ſtipulando acquirit fratri abſenti, ſecundum Bal. *in l.fin. C. res inter alios acta.* & probatur per textum *in c.1 de duobus fratribus* de quo vide per Alexand.*in conſil.10.in 2.volum.ponderatis his.* & Paul.de Caſtr *in conſil.54.incip.quòd iſtud feudum.* & per Bart.*in l ſi mihi & Titio.ff de verbor.obligat*

Quartò fallit, ſi in ſtipulatione interpoſitum ſit iuramentum, per gl.*22 quaſt 7.c.quoties cordis oculus.*

Quin-

Quintò fallit de iure Canonico: quia omni caſu alteri per alterum ſtipulari poteſt, vt *in d. glo 1. queſt. 7.* quam allegat Bald. *in l illud. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & *in l. certi condictio §. ſi nummos ff. ſi cert. peta.*

Sexto fallit in piis locis pauperibus: quia per alterum, etiam verbis adiectis, ſtipulari poteſt ipſis abſentibus, vt per Bal. *in l illud. de ſacroſanct. Eccleſ.*

REGVLA CCCCLXXI.

STIPVLATIO, de qua *in l. vnica, in §. exactio. C. de rei vxor. act.* vbi dicitur, quòd exactio dotis fit ſtatim ſolut. matrim. in rebus immobilibus, & poſt annum in rebus mobilibus, locum habet, quando extraneus dotem dedit, & dotem ſibi reddi ſtipulatus ſit, vt ſing. not. *in l. 2. in prin. in gl. mag. ſolut. matrim.*

Fallit, niſi extraneus ſtipulatus eſſet ex interuallo, & habet locum nedum in extraneo, ſed etiam in muliere, quæ poſtquàm dotem dedit, & ſic quæſita ſibi actione de dote, ſtipulata eſt interuallo dotem ſibi reddi: nam tunc non ſubintelligitur dilatio, quæ erat in prima ſtipulatione vel obligatione: & ſic poterit incontinenti ſol. matr. ſicut quando legatur dos mulieri pro marito, vt *in l. verum. ff. de dote prælega.* vt ſic ſecunda ſtipulatio ex interuallo facta, aliquid operetur ſicut etiam operatur legatum in caſu prædicto. ita ſingul. dixerunt Iacob. de Aretin. & Bartol. & Modern *in l. diuortio, in fin. ff. de verborum obligat.* quod tamen intellige & limita ſecundùm diſtinctionem, de qua per Bartol. *in l. Stichum in §. 1 ff. de donationib.*

REGVLA CCCCLXXI.

STIPVLATIO ſecunda, continens plus quàm prima, inducit nouationem primæ. *l. qui vſufruct. ff. de verb. obligat.*

Pri-

Primo fallit in caſu *l. ſi diuortio ff. de verbor. obligatio.* vbi actio de dote competens ad dotem datam, non nouatur per ſtipulationem ſequentem, in qua eſt duplicata ſumma dotis, & ſic continebat plus quàm prima.

Secundo fallit, quando per ſecundam ſtipulationem aliquid additur, vt de primo ſtipulator ſit magis cautus: vt ſi addatur fideiuſſor vel pignus.

Tertio fallit, quando prima ſtipulatio eſt pura, ſecunda vero pœnalis, vt latè per Bartol. *in l. ita ſtipulatus, in prima oppoſ. vltima part. ff. de verborum obligat.*

REGVLA CCCCLXXII.

STIPVLATIO non comprehendit perſonam extrinſecam, neque ad eam refertur. Bar. *in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus, de verb. oblig.*

Primo fallit fauore dotis, quia ſi extraneus, qui dedit dotem, ſtipulatus eſt ſimpliciter eam reddi, nec dicit ſibi vel mulieri, vt *in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ff. de verbor. obligat.* tamen fauore dotis intelligitur ſtipulatus mulieri. *l. poſt dotem. in l. Caius, in fin.* & ibi Paul. de Caſtro. *ff. ſolut. matr.*

Secundo fallit ratione ſocietatis, vt *in l. ſi quis vni.* & ibi Bal. *in fin. ff. rem rat. hab.*

REGVLA CCCCLXXIIII.

STIPVLATIO dandi quantitatem, dicitur omni reſpectu diuidua. *l. 2. §. fin. de verbo. oblig.* & *in l. in executione, in prin. eod. tit.* & *in l. ſi duo. ff. depoſiti.*

Primo fallit, quando teſtator legaſſet quantitatem pro opere faciendo, quia licèt hæredes videantur grauati ad quantitatem, tamen quilibet ipſorum tenetur in ſolidum, vt probatur *in l. fideicommiſſ. §. pen. ff. de leg. 3.*

Secun-

Digitized by Google

Secundo fallit, quia iſta regula procedit reſpectu primitiæ obligationis: ſecus autem reſpectu obligationis ſecundariæ, & ſic reſpectu pœnæ: & ideo ſi quis promittit dare vel facere, & caſu quo non dederit, promittit quantitatem, tunc illa quantitas eſt indiuidua, vt eſt textus *in l.5. § fin.* & *in l. in executione. §. penult ff de verborum obligationib.* & per Bartol. *in l. ſtipulationes non diuiduntur, in ſecunda quaſt ff. eodem titul.*

Tertio fallit in debitore quantitatis, & reſpectu certæ ſpeciei, vt probatur *in l. miles § decem. ff. de re iudic.* quia tunc illa obligatio quantitatis cenſetur indiuidua ſolutione, vt eſt caſus *in l. ſi communis ſeruus. ff. de noxal.* & *in l. ſi cum vno. ff. ſi ex noxali cauſa aga.*

Quarto fallit in caſu *l. frater à fratre ff. de condi. indeb.* vbi obligatio cauſata ex facta vnius hæredis, qui contraxerat, & qui habebat peculium à patre: quia iſto caſu obligatio quantitatis eſt indiuidua reſpectu illius, qui contraxit, de quo per Ioan. Baptiſt. de S. Seuerino, *in d. l. frater à fratre.*

REGVLA CCCCLXXV.

SVBROGATVM ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, vt *l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis cauſ.*

Primo fallit, quia non aſſumit naturam accidentalem, ſed naturalem eius, in cuius locum ſubrogatur, gloſſ. eſt *in l. certi cond. ff ſi certum peta.*

Secundo procedit, quando concurrunt ad eundem effectum: ſecùs, ſi ſunt diuerſa ratione, vt dicit Bartol. *in repet. ſua l. ſi pater filium ff. de inoffic. teſtam.* per textum *in l. fundo. §. ſi fundus ff. de iure dot.*

REGVLA CCCCLXXVI.

SVBSCRIPTIO teſtium ſuper factis, ſcripturaque

raque, ſeu actis in iudicio non requiritur ſecundum communem opinionem, & maxime per Bartol. *in l. in donatio. ff. de donat.* & *in c. quoniam contra, de probat.*

Fallit tamen hæc regula, & primo, quando dubium verteretur de ſcriptura ipſius Tabellionis, vel duorum virorum: cum tunc non credatur ſine ſubſcriptione ſeu præſentia teſtium, *extra, de elect. c. ſcriptum.* & *in Auth. de fide inſtrum. c. ſi quis in graui.*

Secundo fallit *in Authen. de hæred. & Falc. §. ſi non. & C. ad leg. Falc. Auth. cum teſtator.*

Tertio fallit in caſu *capit. vt officium. de hæret.* vbi patet, quod propter grauitatem negotij adhibentur duæ perſonæ religioſæ, etiam quando examinantur teſtes.

Quarto fallit, quando conſuetudo eſſet in contrarium, prout eſt in aliquibus locis, in quibus in ſententijs diffinitiuis tantum deſcribuntur teſtes, ſecundum Ioan. Andre. & Doctor. *in c. quoniam contra.*

Quinto fallit in his, quæ ſui actus ſunt, & non ſunt de acti. iudicij; vt eſt inſtrumentum procurationis vel delegationis: cum talia non probentur per ſcripturam ipſius tabellionis tantum, niſi etiam veniat ſubſcriptio teſtium, vt voluit Lapus *allegatione ſua* 88. & Dom. Ant. & Dom. Nicol. *in d. c. quoniam contra.* ad hoc not. per Archidiac. *in princ. de offic. deleg. in 6.*

REGVLA CCCCLXXVII.

SVBSCRIBENS ſe inſtrumento, vel alicui chartæ, ea, quæ in inſtrumento vel charta continentur, approbare, & ſe obligare videtur, vt not. *in l. fideiuſſor. §. pater. ff. de pigno.* & not. *in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb. oblig.*

Primo fallit, quando aliquis ſe ſubſcribit tanquam

Digitized by Google

teſtis: quia tunc non videtur ſe obligare, vt *l. Titia.§. Lucius ff. de lega. 2.*

Secundò fallit regula, quando ſe ſubſcribit, & prius non vidit nec legit, quæ continebantur in inſtrumento: quia iſto caſu nihil valet iſta ſubſcriptio, vt dicit Bal. *in l. fi. & ibi not. C. plus va. quod ag.* & Ange. *in d. §. Chryſogonus, in l. ſi ita ſtipulatus, de verb. oblig.*

Tertiò fallit, quando in inſtrumento ſunt plura, quæ partim concernunt fauorem ſubſcribentis, & partim damnum ſuum: quia tunc non videtur approbare ea, quæ ſunt damni: vt *l. diuus. §. item ſenatus ff. ad l. Corn. de Falc.* & ibi per Barto. quod nota.

REGVLA CCCCLXXVIII.

Subſtitutio vulgaris ſi hæres non erit, quia non vult, vel quia non poteſt, *a* intelligenda eſt. *l. cum proponas. C. de hær. inſtit.*

ADDITIO.

a Non poteſt. *Vide quæ dixi* in rub. *Bald.* ſuper C. in apoſtilla mea, in fi. apoſtillæ. *Ben. Vad.*

Fallit 1. quando eſt factum vi ſuitatis: quia intelligitur, ſi dominus non erit: quia non poteſt, vt eſt gl. not. *in l. Gallus. § quidam rectè, in caſus poſitione, de libe. & poſth. in gl. magna.*

Fallit 2. in legato, putà ſi dixerit teſtator, ſi Titius non habuerit legatum, talis habeat, intelligitur ſi non habebit, id eſt, quia non vult habere. Ita dicit Paul. de Caſtr. per illum tex. *in l. pater Seuerinam. C. de cond. & demonſtrat.*

REGVLA CCCCLXXIX.

SVBSTITVTVS præfertur coniuncto per ius accreſcendi. *l. 2. § ſi duo. de bono. poſſ. ſecun. tab.*

Authen.

Authen. hoc amplius. C. de fidei com. & *l. vnica. §. in 1. C. de cad. tollend.*

Amplia, non ſolum procedere in expreſſa ſubſtitutione, ſed & in tacita: vt probatur *in l. fin. in verbo, partem. C. de hære. inſti.* & ibi Bald.

Amplia, vt non procedat etiamſi ſubſtitutio ſit inualida, ex cauſa præteritionis filij, *le. pen.* & ibi Bart. *ff. de iniuſto rupto.*

Fallit 1. niſi ex coniecturata, vel præſumpta voluntate defuncti appareat; noluiſſe præferri coniunctum ſubſtituto. *l. quidam teſtamen.* & ibi Barto. *ff. de vulgari & pup.* idem Barto. *in l. 2. §. ſi duo. ff. de bon. poſſ. ſecundum tab.*

Fallit 2. quando ſubſtitutio eſſet facta pluribus copulatiuè, vel coniunctim: quia tunc ille, qui audiuit, habebit partes aliorum per ius accreſcendi, & excludetur ſubſtitutus per eius aditionem: ita Bart. *in l. 1. in prin in 2. q. 3. quæſtionis, prin. ff. de vulg. & pupil. ſubſti.*

Fallit 3. quando inſtitutos, & ſic coniunctos in inſtitutione teſtator ad inuicem ſubſtituit: talis ſubſtitutio non impedit ius accreſcendi: vt per Bald. *in l. vnica. quando non petentium partes.*

REGVLA CCCCLXXX.

SVCCESSOR ſingularis colono ſtare non tenetur, *l. emptorem. C. loc.*

Primò fallit in colono, qui habet ius in re emphyteutica & ſimilibus; vel habet rem obligatam, & habet omnia bona obligata. Flori. *in l. arborem. §. quicquam de vſufru.* quòd tamen limita, vt per dicta per Pau. de Caſtr. *in l. ſi filius ff. ſolu matrim.*

Secundò fallit in colono repetente excipiente de expen. factis in domo. *ff. de vi & vi ar. le. colonus.* & hoc tenet Floria. *in d. §. quicquam.*

Tertiò fallit in colono, qui conducit à domino in

modicum tempus. *l.* 1. *§ quòd autem. C. de ſuperficie.* & ibi Bart. & Bald. *in l. empt. C. locat.*

Quarto fallit in colono partiario: quia iſte colonus non eſt propriè colonus, ſed quaſi ſocius, *l. ſi merces. §. vis maior ff. loc.* & *l. cum duob. §. ſi in coeunda. ff. pro ſocio.* & ita tenet Alb. *in d. l. emptor § 1. C. loc.*

Quintò fallit in emptore fructuum, qui non poteſt compelli per emptorem proprietatis, ita Bald. *in d. l. emptor. §.* 1.

REGVLA CCCCLXXXI.

SVCCESSOR per prædeceſſoris contractum obligatur, eò quia ipſa eccleſia, quæ nunquam moritur, contrahere dicatur: vt *in c. grauis. depoſiti.*

Primò fallit, quia dicta regula procedit in prælato, qui habet adminiſtrationem nomine eccleſiæ, ſecùs autem in præbendario, qui non habet adminiſtrationem, niſi nomine ſuæ perſonæ, & ideo non obligat ſucceſſorem, vt *in c. fin. ne præ. vic. ſu.* vbi per Innoc. qui alleg. *c. 3. de prob.* de quo per Bal. *in c. ſucceſſor. teneant, in vſib. feud.*

Secundò fallit in prælato, qui non habet poſſeſſionem, & adminiſtrationem: quia talis nihil poteſt facere, & factum non tenet. ita tenet Bal. *in l. ſi tutor. in fi. C. qui ex cauſ. ceſſ. in inte. reſtit.*

Tertiò fallit, vbicunque prædeceſſor damnificaſſet ſucceſſorem in aliqua vtilitate conſequenda: quia tunc prædeceſſor non poteſt auferre aliquam vtilitatem, nec in aliquo damnificare ſucceſſorem, Ita tenet Bald. not *in c. veritatis, de iureiu.* & alleg. *c. 2. de precario,* & *c. 1. ne prælat. vi. ſu.* & *l. defuncta ff. de vſuf.* & *l. ſi quis domum. in § fi. ff. loc.* & dixit nota. Arch. *in c. alien. 12. q. 2. ex mente* Innoc. *in d. c. fi. ne prælati vic. ſuas.* quod ſi prælatus ingerente vtilitate eccleſiæ locat fundum eccleſiæ pro decem annis, & recipit integram penſionem 10. an. deinde moritur, vel recedit

ante

ante finitum tempus locationis, quod colonus iterato poteſt cogi ſoluere penſionem ſucceſſori pro tempore, quo ipſe prælatus ſuccedit in beneficio, & hoc etiam tenet Lud. de Ro. *in l. diuortio. in prin. ff. ſol. matri.* & idem tenuit Bald. *in d. l. defuncta. de vſuf.* ſed idem Bald. tenuit contrarium *in l. iubemus. C. de ſacroſan. eccleſ.* & idem tenet etiam Car. Zab. *in d. c. fin. ne prælati vic. ſu.* ſed tamen 1. opin. eſt verior, vt probatur in iuribus, ſuprà alleg. quod tene menti, quia ſæpiſſimè de facto contingat: nam communiter, quando moritur prælatus nihil in bonis relinquit, & communiter iſti prælati non habent hæredes, quia omnia, quæ acquirunt, ſunt eccleſiæ: quia, vt plurimum carent patrimonio, & rari ſunt, qui lucrantur ex induſtria: item quia facilius poteſt prælatus cogere ad ſoluendum conductorem, quàm hæredem ipſius prædeceſſoris: & ratio, quia melius eſt eis habere conductores obligatos, quàm ipſos hæredes prædeceſſoris, & de materia etiam, an ſucceſſor in prælatura teneatur ſtare locationi factæ per anteceſſorem prælatum vide per Can. *in d. c. fin. ne præl. vic. ſuas*, vbi eſt etiam bona gloſſ. per Bal. Ang. *in l. ſi filio, in §. 1. ff. ſol. matrim.* & per Bald. *in d. l. iubemus. la 2. in princ.* & *in d. l. defuncta* & *in l. emptorem. ff. de actio. empt.* & *l. ſi quis domum. ff. eod. titu* & *in c. ſi verò. in princi. qui ſuc. teneant* & per dom. de Ro. *in ſua conclu. 227. quæ incip. item ſi prælatus locat. cum duabus ſequ.* & per Barto. *in ſuo conſil. incip factum tale eſt: Datus & confeſſus fuit,* & *in conſi incip.* Io. & Pet. & per Pet. de Anch. *in conſ incip. in Chriſti nomine, ſecundum ordinem dubiorum,* & per Abb. *in c. ex literis, de proba.*

REGVLA CCCCLXXXII.

SVCCEDENS in iuribus defuncti præſcribere non poteſt: ſiue ſingularis ſucceſſor ſit, ſiue vniuerſalis, ſi à defuncto incipere vellet: ſecùs ſi à ſe. *l. cum hæres, de diuer. & temp. præſcrip. cum ſi.*

Fallit 1. de æquitate canonica, ſecundum quam ſi hæres velit incipere præſcriptionem ex ſe poterit bonam fidem haberet, licèt defunctus malam habuerit. Ita not. dicit Dyn. *in c. poſſeſſor. in fi. de re iud. in 6*. per rationem, quàm ibi vide, & ſequitur Bald. *in l. 1. in princ. C. de vſuca.* & *in d. l. cum hæres*, & Bald. cum modificatione tamen *in l. nihil. C. pro hærede.* & ibi tenet idem Dyn. & Ang. & Bald. *in l. eum qui. in §. in hac.* & *in l. ſi ergo, in §. pactus. de pub.* & ibi hoc idem voluit Angel. dicens tamen, quod deciſio Dyn. debet ſolum ſeruari in terris eccleſiæ. & Ang. idem tenet *in l. 1. C. de vſuc. & long tem. præſc.* alleg. gl. *in c. cum quis. de re iudic. in 6.* quæ intelligit hoc eſſe verum in præſcriptione, in qua non requireretur titulus: quia tunc habet locum text. *in d. l. cum hæres.* de quo vide Ioann. de Imol. & Abb. *in c. ſi diligenti. de foro comp.* & Doct. *in l. Pomponi in §. cum quis. ff. de acquir. poſſeſſione.*

Secundò fallit, vt per Bartol. *in l. eum qui. §. in his. ff. de pub.*

REGVLA CCCCLXXXIII.

SVITAS per ſubſtitutionē vulgarem tollitur. *l. filius hæres. de lib. & poſth.*

Primò fallit in tacita vulgari, quæ continetur ſub expreſſa pupillari, quæ non tollit ſuitatem. *l. nihil. & ibi not. ff. de acquir. hæred.*

Secundò fallit, quod ſubſtitutio eſt facta in ſuitate, non in hæreditate: vt, ſi filius me viuo deceſſerit nepotem ſubſtituo, nam ſi non deceſſit eo viuo erit filius hæres, poſt mortem ſubſtitutus. Ita Paul. de Caſtr. *in l. ſi filius hæres, de libe. & poſthum.*

Tertiò fallit, niſi ſit datus fideicommiſſarius ſubſtitutus: nam tunc non videtur data abſtinendi licentia. *l. non iuſta*, & ibi per Bald. *C. ad Trebellian.*

Quartò fallit in ſubſtitutione tacita, quæ continetur

tur ſub compendioſa: quia non eſt omnino expreſſa: vt not. Angel. *in l. Papia. §. quoniam autem quarta ff. de inoff. teſt.* ſi autem eſſet partim expreſſa, partim tacita, quid iu. vide Bal. *in l. cum proponas. C. de hared. inſtitu.* & has limitationes vide per Bald. & Paul. *in d. l. ſi filius hares.*

Quintò fallit, quando quis ſubſtitutus fuiſſet per fideicom. *l. recuſare. §. Titius. ff. ad Trebel.*

Sextò fallit, ſi habeatur in ſubſtitutum filius inſtituti & in poteſtate: nam non poteſt repudiare in fraudem legatorum & ex parte ſua, & à ſubſtituto, per quem emolumentum acquireretur, *l. Iul. ſi quis omiſ. cauſa teſt.*

Septimo fallit, ſi habet verum ſubſtitutum vulgariter, & alium per fideicommiſſum ſubſtitutum, & fideicommiſſum repetitur: quia tunc datio ſubſtituti non intelligitur vulgariter facta. 1. ſermone filij, ſed potius ſubſtituti per fideicommiſſum, *in l. ſi patrono. §. 1. in princ. glo. magna ad Trebel.* & has fallen. ponit Ang. *in l. 1. in §. 2. ff. de vulg. & pup.*

De litera T.

REGVLA CCCCLXXXIIII.

TACITVRNITAS quo ad alicuius iuris diminutionem, ſeu actionis ſibi competentis ſublationem, pro conſenſu non habetur, vt *l. inuitum. ff. de ſeruitu. vrbanorum prædiorum.* & *l. in eo. § penult. ff. de ritu nuptiarum.*

Primò fallit fauore libertatis, vt *in l. 1. C. de diſ pignor.*

Secundò fallit in alienatione, quam fecit fiſcus, & hoc eius fauore: vt *in l. ſi hypothecas. C. de diſtractione pignorum.*

 Ter-

Tertio fallit in alienatione pignoris, quando vnus de creditoribus cum ſolennitate proclamatus taceat: quia tunc præiudicat taciturnitas. vt *l. ſi eo tempore. C. de diſtr. pignor.*

Quarto fallit, niſi ſtudioſè & doloſè faciat, vt decipiat illum qui ſupet eſſe ſuum contrahit: vt *C. de la. liber. tol. Authen ad hac.* & *l. ſi res alien. pigno.* & *l. 2. C. de diſtr. pignor.*

Quinto fallit ratione ſanguinis ſeu coniunctionis, vt *l. ſi ſeruus communis. ff. de don. inter vir. & vxor.*

Sexto fallit ſi potior ſum in eodem iudicio, cuius primo loco mihi competit proſecutio: vt *l. ſape de re iudic.* & *in c. quamuis. de re iudic.* vide de hac materia per Lud. de Roma. *in l. quæ dot. ff. ſolu. matrim.*

REGVLA CCCCLXXXV.

TACITVRNITAS quo ad alterius delinquentis excuſationem, pro conſenſu non habetur. *l. pen.* & *l. inter eos. §. vetare. ff. de fur.* & Lud. de Rom. *in l. quæ dotis ff. ſol. matrim.*

Fallit niſi aliud ſuadeat ratio coniunctionis vel ſanguinis: quia illud ex parte tacentis inducit tacitum conſenſum: vt *l ſi ſeruus communis. de don. inter vir. & vxor.* ex eo quia rem meam accepit: ideo inducit præſumptionem ceſſantis doli, vt *l. 1. C. ad l. Corne. de ſicar. cum gloſſ.* & *ff de furt. in l. inter eos. Inſtitut. de obligat. quæ ex deli. naſ. § placet.*

REGVLA CCCCLXXXVI.

Taciturnitas ad aliquem obligandum pro conſenſu *a* non habetur. | *vt l. filiusfamil. §. inuitus. ff. de procur.*

ADDI-

ADDITIO.

a Pro conſenſu. *Vide latiſsimè per Felin.* in c. nonne. in 1.colu.verſ.in gloſſ.fin. cum ſeq. de foro comp. *&* in c. ſignificaſti. circa fin.3. col. verſ.& de conſenſu.de foro comp.

Primo fallit fauore reipublicæ, vt *in l.* 2.*C ad mun.* & *in l. honores.*§.*fin ff.de decur.*& *in l.* 1.*ne filius fam.libr.* 10.*C.*

Secundo fallit fauore populi, vt *l cum oſtendimus ff. de fideiuſſor.*§.*fin.*

Tertio fallit propter dominicam poteſtatem, *l* 2 *in prin.ff de nexal.*

Quarto fallit propter præcedentis actus continuationem: vt *l.idem quæritur.* §. *impleto. ff. loc. & ſeq.*

Quinto fallit ſi cum ipſa taciturnitate concurrat actus poſitiuus alicuius facti.*l.quædam.*§. *ex parte. ff de euict.*& *l. filius fam abſens de procu* & *qui matri. accuſare poſ.c.inſuper.& de ſponſalibus. ad id.*

REGVLA CCCCLXXXVII.

Tacens in obligatione perſonali pro conſentiente *b* non habetur.*l. non ſolum, in principio, ff.de procuratoribus.*

ADDITIO.

b Pro conſentiente. *Adde Feli.* in c. nonne. de præſum.in 1.col.verſ.ſecunda regula.

Primo fallit in fideiuſſore tutoris qui patitur nomen ſcribi pro fideiuſſore, & hoc fauore pupilli. *l.* 3. *fin ff de fideiuſſoribus.*

Secundo fallit in caſu *c. vnici. extrà, de deſponſ. impub.in fin.lib.* 6. & hoc ex eo, quia inducit matrimonium, vt ibi patet.

Digitized by Google

REGVLA CCCCLXXXVIII.

TACENS contradicere videtur, vt dicit Cyn. *in l. mutus. C. de procuratoribus*, per text. *in l. per quas. §. Neratius. ff. de furtis.* & per Canoniſt. *in c. nonne. c de præſumptionibus.*

ADDITIO.

c In c. nonne. *Vbi latiſsimè vide Felin.* in 1. colum. in verſ. in gloſſ. fin. cum ſeq. de præſumpt. *&* in c. cùm M. Ferra. circa fin. 17. col. de conſtit.

Primò fallit quando talis poterat contradicendo factum impedire, vt vult gloſ. *in c. nonne. de præſump.* præſumitur in eo tunc fraus, ex quo eſt præſens, & poteſt act. impedire, & tacet. vt *l. 2. C. ſi res pig. dat.* & *l. ſi ſine ad Velleianum.*

Secundò fallit, quando ſubeſſet conſanguinitas ſiue coniunctio perſonarum: vt *l. ſeruus communis. ff. de teſti.* & *l. ſeruum.* & *d. l. ſi ſine. ſecundum communem intellectum.*

Tertiò fallit, quando ſubeſt fauor diuini cultus: vt eſt caſus 54. *diſtin. ſeruus.* & 28. *diſtin. diaconus. ff. de condi. & demon. l. cum ita legetur. §. quæ Titio nubere.*

Quartò fallit, quando ſubeſſet aliqua coniectura, ex qua præſumeretur conſenſus, vt ſi me præſente & tacente intret quis in poſſeſſionem rei, in qua habet tit. vt *l. 2. de acqu. poſſ.* & ſi agatur de modico præiudicio, vt no. *in l. quàm tuba. §. fi. ff de pen. leg.* & per Bartol. *in l. quæ dot. ff. ſolut. matrim.*

Quintò fallit, quando actus fuiſſet geſtus nomine meo me abſente. cum tunc ſi poſtea id quod geſtum eſt peruenit ad meam notitiam, in dubio videor ratificare, & ſic conſentire, ſi non contradicam. vt vult gloſſ. *ff. rem rat. hab. l. quæ enim.* vbi pleniùs de hoc per Bart. cuius dicta refert *do. Nic. in c. cùm olim. extrà, de off. deleg.* & ad hoc optimè facit tex. *in l. filius. ff. ad Maced.* faciunt not. *in c. 1. de ſponſ. in gloſſ. 3. in 6.*

RE-

REGVLA CCCCLXXXIX.

TERMINVS quatuor menſium debitoribus ad ſoluendum regulariter dandus eſt. vt *l.debitoribus.*& *ibi gl.in verſ.dandus.ff.de iudic.*

Primò fallit in condemnato actione depoſiti. tex. eſt not. *in l. ſi quis. aliàs pen. in verbo, ilico. & in verbo, celerrimè.C.depoſi.* quem ibi ad hoc not. Bald. *in princ.*

Secundo fallit, vbi appellatio eſſet deſerta. tex. eſt not. *in l. quoniam nulli. in verbo, mox. C. de appellat.* quem ad hoc ibi notat Bald. & eſt gl. *in l. 2. in verbo, electionem. C. de temporum appellation.*

Tertio fallit in condemnato ab arbitro: quia eius ſententia contraria eſt actioni: vt *in §. 1. in Authen. vt differen. iud* & ibi not. ſed in contractibus, vbi dies adiecta non eſt, datur quadrimeſtre ad ſoluendum. *l. eum qui falſis. § quoties. de verbor. obligat.* & *l. quod dicimus. de ſolut.* & ita voluit not. Bald. *in l. fin. C. de execu rei iudic.* ſecùs tamen eſt in ſententia arbitr. *l. cum dies. §. intra quantum. cum gloſſ. ff arbitr.* facit. *l. 1. C. eod. titul.*

Quarto fallit in ſententia lata à iudice, à cuius ſententia appellari non poteſt. tex. eſt benè notandus *in Auth. vt ſponſ. larg. §. aliud quoque* quem ibi ad hoc ponderat Ang.

Quinto fallit in ſententia criminali: vt *l. cum res. C. de pœnis.* quam alleg. Angel. *in d. l. debitoribus.* adde gloſſam, & Doctor. *in l. conuenti. de officio proconſul. & legati.* vbi etiam plenè de hac materia. & notat Specul. *in titul. de dilat. in princip. ſeu in §. 1. verſicul. executiones debent differri per 30. dies, l. ſi vindicari. C. de pœn. vbi tex not.* idem etiam videtur in ſententia criminali lata à principe, & ſi iniuſta ſit. 11. *quæſt. 7 c. apud. in fin.*

Sexto fallit etiam dicta regula in alijs multis caſibus, de quibus habetur per gl. & Doct. *in l. fin. C. de executio. rei iud. cum concord.*

REGV-

REGVLA CCCCXC.

TERMINVS decem dierum ad appellandum à die ſcientiæ datur,& non ante. vt *in Authen. hodie. C. de appel. cum ſi.* quibus tranſactis ad appellandum quis non admittitur *in c.concertationi.de appel.in 6.*

Primo fallit, vbicunque litigat quis per procuratorem, quo caſu non requiritur ſcientia domini: & ideo ſi non appellat vſque ad decem dies, non poterit amplius appellare: quia taciturnitas procuratoris nocet domino: ita notabiliter tenet Bartol. *in l.* 1. *in fine, quando appellan. ſit.*

Secundo fallit, niſi fuerit notificatum ad domum illius, contra quem fuit lata ſententia, quia tunc non poterit ille excuſari de ignorantia, & ideo contra eum currit tempus ad appellandum. ita eleganter tenuit Bald. *in l.* 1. *C. ex quibus cauſ. mat.* & ideo cautela eſt, quod quando fertur ſententia contra aduerſarium abſentem, quod faciat ſtatim notificare ad eius domum; quia poſtea tranſactis 10. diebus non poterit amplius appellare, quod eſt menti tenendum.

Tertio fallit, quotieſcunque lata eſſet ſententia excommunicationis, vel cenſuræ contra aliquem ſub conditione; quia tunc pendente illa conditione, & poſt 10. dies à tempore dicti præcepti vel ſententiæ, poterit appellare; vt eſt tex. not. *in c. præterea el.* 1. *de ap. ſecun.* do. Ioan. And. ibi, quæ opi. eſt communis, licet à malis ſententijs & conditionalibus debeat appellari infra 10. dies à tempore latæ ſententiæ, vt *l.* 2. §. *biduum. ff. quando appell. ſit.* & not. *in præ. c. præterea.*

Quarto fallit, quando iudex in iudiciali loco grauauit partim interloquendo; cum omnis vox iudicis ſit ſententia. *C. de ſent. l. ſtipulationis.* vt quia forte comminaretur parti, ſi aliquid non faceret infra menſem,

vel

vel forte aſſignauerit locum nō tutum. quia ſi non faceret, etiam poſt 10. dies appellare poteſt, ita not. voluit Paul. de Leaza. *in cle. cauſam. circa principium, de ele.* alle. not. in Specul. *in tit. de appel. in §. reſtat. ver. ſed quid dices.* & dicunt ibi Doct. & alibi quod hoc dictum eſt bene notandum, & ſubdunt ſe non meminiſſe alibi hoc legiſſe. eſt verum quod Innoc. ibi videtur illud dictum impugnare, maximè motus; quia c. illud indiſtinctè loquitur, & ſimiliter gloſſ. arg. *c. 2. de confeſ.* tamen iſtud communiter tenetur per Docto.

REGVLA CCCCXCI.

TESTAMENTVM ſi non valet iure codicillorum non valebit, niſi hoc teſtator expreſſerit, ita vt ab inteſtato venientes grauati videantur: vt probatur *in l. fi. C. de iure codicillo.* & ibi do. Bened. de Barzis ponens infra ſcriptas fallen.

Primo fallit fauore libertatis, & piæ cauſæ dicit Bal. *in l. ſi mater. C. de ſer. pign. da. manu.* per tex. *in l. inſtru. ff. de fideic. libe.*

Secundo fallit, quando teſtator apponit diſtributiuum quiſquis, dicendo quiſquis mihi hæres erit det Titio 10. nam tunc eius factum refertur ad codicillos. Bald. *in l. duobus. de iuaic.* & ſic non videtur habita ſolum relatio ad hæredes ſcriptos in teſtamento, & per hoc dicit Angel. *in l. 1. ff. eodem tit.* quod contrarium videbatur. *in l. libertus, §. hac verba. ff. de vulg. & pupilla. ſubſt.*

Tertio fallit, quando eſt appoſitum iuramentum: vt not. *in d. l. fin.* & *auth. teſtator.* vbi iurans videtur apponere clauſulam, ſi non valet quod ago, vt ago, valeat vt valere poteſt, per text. *in l. cum pater. §. filius. ff de leg. 2.*

Quarto fallit, ſi dicat teſtator, quod vult legata deberi, etiam ſi hæreditas non adeatur ex teſtamento.

ad

ad hoc vide, quod nota. Bal. *in l.* 1. C. *ſi quis omiſ. cauſa teſta.*

Quinto fallit, quando teſtator in teſtamento prohibet teſtamenti effectum: quia tunc videtur facta repetitio in venientibus ab inteſtato : vt dicit Imol. *de condi. inſtit. l.* 1. vbi allegat *l. Lucius. §. fatali. ff. de lega.* 2.

Sexto fallit, quando teſtator dicit quod vult valere omni ſolennitate remota, & perinde eſt, ac ſi apponeret clauſulam codicillarem, vt dicit Bald. *in l penus. ff. de leg.* 2. *§. fin.* per illum tex. qui ad hoc eſt valde notabilis.

REGVLA CCCCXCII.

TESTATOR legans domum ſimpliciter, intelligitur legare vnam de illis, quas habet in patrimonio. *l.* 3. *& ibi Barto. ff. de vino oleo triticoque lega.* & electio eſt hæredis.

Primo fallit, niſi teſtator habet plures domos vnam in domicilio, & aliam extra : quia tunc debetur illa quæ eſt in domicilio. *l. quæ cond. §.* 1. *ff. de cond. & demon.*

Secundo fallit, niſi ex coniecturis appareret teſtatorem cenſiſſe de certa domo. de quo *in l. ſed ſi ſuſceperit. ff. de iud.*

REGVLA CCCCXCIII.

TESTATOR legans rem ſimpliciter, cenſetur tantummodo legare ius quod habet in re, cuicunque legauerit. *l. ſi domus. §. ſi fundus. ff. de leg.* 1. *& ibi Doctor.*

Amplia idem eſſe in donatione inter viuos, quia donando rem ſimpliciter, non videtur donaſſe, niſi illud ius quod habet *c. paſtoralis. de dona.* & Bar. *in l. prædia. C. de colla. fund. fiſca. lib.* 11.

Amplia ſecundum Imol. & Alex. *in d. §. ſi fundus.* etiamſi ſit ius putatiuum: vt not. Bartol. *in l. ſi ſic. §. fin. de leg.* 1.

Amplia

Amplia etiam, ſiue hoc ius inſit in re, ſiue in ſpe tantum, licita tamen. *l. ſeruum filij, in princ. cum glo ff. de lega.*1.

Amplia etiam, quando teſtator habebat tantum actionem perſonalem ad rem legatam, vt quia emerat, ſed nondum fuerat tradita: vt probatur *in l. apud. Iulian. §. idem. Iulianus. ff de legat.*

Amplia, quando teſtator haberet ius pignoris, tunc cenſeretur legando illam, ſolum legare ius hypothecæ quod habet, vt per Bar. *in l fideiuſſor obligari ff. de fideiuſſ.* & Bald. *in l. ſi C. de hæred. vel act. vendi.*

Amplia etiam, quando teſtator haberet rem communem cum alio: quia intelligitur legare partem ſuam. *l. ſerui electio. § fi. de lega.* 1. & hoc procedit, niſi fuiſſet factum legatum per diſtinctionem totum vel omne: vt probatur *in l. Iulian. in prin. de leg* 3. vel niſi haberet rem communem cum hærede. *l. vnum ex familia. § .ſi rem. ff. de lega* 2. & *l. cum filius. §. dominus. eod. tit.*

Amplia etiam, ſi ius quod habebat teſtator eſſet finiturum morte ipſius teſtatoris: vt in vſufr. *l. quod in rerum.* §. 1. *& ibi Iaſ. ff. de leg.* 1.

Primo fallit, quando ignorabat teſtator aliquos ius in re legata habere: quia tunc legando rem ſimpliciter videtur in totum legare, non reſpectu illius, qui in ea ius habebat. *l. ſeruum.* §. 1. & *ibi* Bar. *ff. de leg.* 1.

Secundo fallit, quando teſtator habebat ſolum ius poſſeſſionis: quia tunc legando rem ſimpliciter, non videtur legare ius quod habet in re: cum aliud ſit res, & aliud rei poſſeſſio. *l. ſi duo. § fin ff vti poſſidetis.*

Tertio fallit, quando teſtator habet dominium rei quam legat, ſed eſt pignorata; quia tunc cenſetur grauare hæredem quod ea redimat ſecundum diſpoſitionem legis, ſi res obligata. *ff. de leg.* 1. *& l. prædia. C. de fideic.*

Quarto fallit, quando teſtator habebat ſolum ius ſeruitutis realis in in fundo legato; quia talis ſeruitus non poteſt deberi ei qui non habet prædium dominantem. *l.* 1. *ff. com. præ.*

Quin-

Quinto fallit, quando teſtator habebat nudam proprietatem rei legatæ & vſusfructus erat alienus: quia cenſetur velle quod hæres redimat vſumfructum, & illum præſtet legatario. ita videtur probare text. *in l. Mæuius. §. fundum. ff. de leg. 2.* ſecundum Imol. ibi, & *in c. paſtoralis. ff. de don.*

Sextò fallit in titu. oneroſo, vbi non ſit reſtitutio ad ius concedentis, niſi emptor de hoc ſcientiam haberet, vel niſi pretij qualitas aliud ſuaderet. *l. ſi quis domum. §. hinc ſubiungi ff. locati. & l. fina. in verbo, neſciente à* contrario ſenſu. C. *de communium rerum alien.*

Septimo fallit, quando legans vel donans ipſam rem, intendebat legare ius, quod in ipſa re habebat: ſecùs quando intendebat legare ipſam rem totaliter: quia etiam reſpectu illius iuris, quod habebat non valet. *l. ſi is qui putabat. ff. de acquir. hær.* ita vult Abbas *in c. quod aut. in fin. de iure patronat.*

REGVLA CCCCXCIIII.

Teſtator teſtamentum in ſcriptis clauſum, ſigillatum, & ſubſcriptum, ita quod voluntas ſua alijs nota non ſit, niſi poſt mortem ſuam, facere poteſt. vt *in l. hac conſultiſſima. in princ. C. de teſta.* & *Inſti. de pupil. ſubſtit. § ſin autem quis ita formidoloſus.*

Primo fallit, niſi viuo teſtatore, vel etiam poſt mortem ante eius aperturam vnus de teſtibus moriatur: ita quod non poſſit recognoſcere ſuam ſubſcriptionem & ſigillum: quia tunc & eo caſu non valeret teſtamentum. ita dixit ſententialiter Bar. *in l. 2. prin. ff. quemadm. teſt. aperi.* Et propterea vti debes hac cautela, vt teſtator conuocet vnum notarium, qui non ſit de ſuprà dictis teſtibus, & duos vel tres alios teſtes, & facit quòd ſinguli dictorum teſtium, qui ſe ſubſcripſerunt & ſigillauerunt recognoſcant ſuas ſubſcriptiones

& ſigil-

& ſigilla in præſentia duorum Doctorum, vel trium teſtium, & dicti notarij, & roget dictum notarium, vt conficiatur vnum inſtrumentum de dicta recognitione, & ſubſcriptione ſigillorum. & ita ſecurus erit: quia non erit opus alia recognitione. & hoc modo non erit periculum aliquod. Vel potes & alio modo prouidere, videlicet quòd teſtator à principio, quod ſe ſubſcribunt teſtes & ponunt ſigilla, adhibeat notarium & teſtes, qui ſunt rogati de dicta ſubſcriptione & ſigillis, & de hoc fiat publica ſcriptura: quia illa probabit ſufficienter. & hoc ponit Bartol. *in d. l. 2. in prin.* Sed prima vel præcedens cautela melior eſt. Tertiò poſſet aliter prouideri, quando teſtator vellet teſtari in ſcriptis, & non curare quod teſtamentum eſſet ſecretum: quia tunc poſſet facere publicationem fieri eo viuo, vt not. Bart. *in d. l. 2. §. ſi dubitetur, & cat.* Et eodē modo dicas de mercatoribus, qui de contractibus ſuis ſæpiſſimè non faciunt conficere inſtrumēta publica, ſed ſcripturas priuatas, quæ dicuntur chyrographum, & in vulgari appellatur ſcriptum de manu: quia eſt valdè periculoſum edere & conficere de huiuſmodi chyrographo aliquod inſtrumentum, in quo ferè ſemper requiritur, quòd interueniat & fiat ſubſcriptio trium teſtium ad minus, alias non valet, neque tenet, quando eſt aliqua ſcriptura priuata, non confecta manu alicuius Notarij, vel alicuius publicæ perſonæ, vt eſt ſingul. textus *in Authent. ſi quis vult. C. qui pot. in pigno. habe.* Nam ſi fortè fortuna aliquis teſtis, qui ſe ſubſcripſerit, moreretur, profectò illud chyrographum nihil valeret, neq; aliquo pacto probabit, niſi fuerit ſcriptum cum conditionibus requiſitis, vt ſuprà dixi, videlicet per manum publicā, vel habeat pariter ſigillum impreſſum, vt eſt ſingul. caſus, & not. *extrà, in c. 2. de fide inſtrum.* & ibi elegantiſſimè per omnes ſcribentes. & de hoc in terminis eſt gloſſ. elegans & valdè not. quæ hoc expreſsè dicit *extra, in c. inter dilectos, de fide inſtrumen. in verbo, publica manu.* Et ideo ſis cautus, quod non recipias chyrographum, niſi ſit

ſcriptum de manu Notarij ad hoc rogati, vel niſi apponatur ſigillum promittentis, & ſi potes, facias confici publicum inſtrumentum, prout ſuprà dictum fuit.

REGVLA CCCCXCV.

TESTATVS pro parte, & pro parte inteſtatus *a* regulariter quis decedere non poteſt, vt *l. ius noſtrum, de reg. iur. cum ſimil.*

ADDITIO.

a Inteſtatus. *Adde Do. Petr. Phil. Corn.* in conſil. 35. incip. in caſu, in litera T. in 2. par. *& omninò* in conſil. 85. incip. plura, in litera G. in 3. parte.

Primò fallit, quando pupillus fuit à patre inſtitutus, & filius naturalis ſubſtitutus, qui filius immiſcuit ſe legitimè ipſi hæreditati. & per conſequens pater in totum teſtatus deceſſit, deinde deceſſit in pupillari ætate. & ſic habet locum pupillaris ſubſtitutio de filio naturali facta certè: licèt in ſubſtitutione pupillari etiam veniant bona teſtatoris, vt *l. ſed ſi pupilli. §. ad ſubſtitutos ff. de vulga. & pupilla.* tamen quia filius naturalis non poteſt de bonis patris naturalis capere, niſi certam partem, ideſt, vnicam, vt *l. 2. C. de donat. lib.* illam tamen capiet, ſed reſiduum habebunt hæredes pupillares ex immixtione prædicta: ſed alia bona pupilli aliũdè quæſita, habeat ipſe filius naturalis ex ſubſtitutione pupillari. & ſic non venient venientes ab inteſtato ipſi inteſtatori, cùm habeat locum cauſa teſtati: ſed venientes ab inteſtato ipſi pupillo. & per conſequens, ipſe pupillus decedet pro patre teſtatus: quia in pupillari ſubſtitutione, quæ eſt ipſius teſtamen. vt *Inſtit. de pupil ſubſtit. §. 1.* & pro parte inteſtatus, valet in bonorum patronatus reſiduo per mixtionem quæſito: quia in illis non venit datus ſubſtitutus. & ſic iſta regula fallit, quando quis non ſibi facit teſtamentum,

tum,ſed alteri: vt pater in filio pupillariter ſubſtituendo filium ſuum naturalem. & pro hac fallentias allego text. valdè not. *in l. ſi is qui. ff. de vulg. & pup.* & nota, quia nouum eſt & pulchrum.

Secundò fallit in caſu *Auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. Eccleſ.*

Tertiò fallit in caſu *l. 1. & ibi affirmat Bal. C. de ſecund. nupt.*

Quartò fallit in caſu *l. ſi arrogator. ff. de adopt.* ſecund. Imol. *in. dotem. ff. ſol. matrim.* & *in d. l. ſi is qui.*

Quintò fallit in caſu quem ponit Ang. & refert Io. And. & Io. de Imo. *in l. 2. in prin. de vulg. & pupil. ſubſti.* quando filius miles ſubſtituit filio ſuo vulgariter, & talis filius reditus erat in patria poteſtate aui: nam tenebit ſubſtitutio tantùm quoad bona teſtantis, per *l. miles ita. §. ſi exhæredato ff. de teſtam. mil.* & ſic pupillus decedet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſi primò moriatur pater pupilli, demum auus, poſtea pupillus. & hoc priuilegio militis.

Sextò fallit, fauore piæ cauſæ, ſecundùm Bart. *in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* per text. *in l. ſi miles vnum. ff. de teſtamen. mili.* tenet Bald. contrarium *in d. l. 1.*

Septimò fallit in caſu *Auth. ex cauſa. C. de lib. præter.* vbi legata conſeruantur ex teſtamento, inſtitutio verò non, ſed ab inteſtato. ex quo ſequitur etiam vnum mirabile, vt dicit etiam Do. Paul. de Caſt. ibid. quòd legata debentur ex teſtam. quia hæreditas aditur ab inteſta. quod eſt nota ad limitationem & ampliationem glo. not. *in l. qui filius. §. ſeruus ff. de hæred. inſt.*

Octauò fallit in caſu, quem poſuit Io. de Imol. *in l. Marcellus §. qui liberando, in fin. 1. colum. ff. ad Trebell.* videlicet, ſi miles ſubſtituat extraneo poſt aditam hæreditatem in peruenientibus ab eo, qui præfuit *l. neque enim §. ſi deportatur, de teſtamen. milit.* & habetur *in l. in teſtamento. C. eodem tit.* & illi cui ſubſtituit nullo condito teſtamento: licèt ipſe Io. loquatur de duob. teſtamentis, tamen hoc ſentit, vt ibidem.

Nonò fallit etiam in caſu *l. cum multa C. de bonis quæ liber.* quia cùm filiusfamiliâs poſſit teſtari in bonis ſibi donatis ab Imperatore, ad inſtar caſtrenſis peculij, vt *l. fin. C. de inoffic. teſtamen.* poterit circa alia remanere inteſtatus.

Decimò fallit, quia licèt teſtamentum expugnetur de iure prætorio, tamen remanet validum de iure ciuili: ergò de iure prætorio decedit inteſtatus, ſed de iure ciuili teſtatus. *l. ſi filius qui in poteſtate patris. ff. de lib. & poſth.*

Vndecimò fallit in caſu not. quem ponit Ange. *in Authent. ex teſtamento. C. de ſecund. nupt.* videlicet, quia ex teſtamento filij poſſunt ſuccedere tranſeuntes ad ſecunda vota ante ſucceſſionem, ſed in prima ſucceſſione non. Item *l. fœmina eodem titul.* remanet incorrecta: quia omnia profecta ex paterna ſubſtantia debent fratribus defuncti reſeruari, alia autem vniuerſa pleno iure acquirit: de hoc eſt tex. *in l. mater C. ad Tert.* ſecundùm ipſum, & ſic filius decedit pro parte teſtatus. & pro parte non.

Duodecimò fallit in caſu *l. qui aliena §. interdum ff. de acquiren. hæred.* & ibi per Ioan. de Imol. & Dom. Paul. de Caſtr. qui etiam alleg. gloſſ. *in l. 3. ff. de acquir. hæredi.* & ibi per Ioan. nam ſi tu es hæres ex teſtamento, & Titius eſt tuus ab inteſtato, tamen eſt hæres ex teſtamento mediante perſona tua: vnde tu diuerſis reſpectibus decedis teſtatus & inteſtatus: nam nō reſpectu perſonæ primi defuncti, ſed reſpectu tui decedis inteſtatus.

Tertiodecimò fallit, quia in diſpoſitione legis poteſt fieri, quòd quis poteſt pro parte decedere teſtatus, & pro parte inteſtatus: ita dicit Bald *in l. 1. C. de ſumma Trinita verſic. ſed præſuppoſito quòd valeat ſtatutum, & cat. 20. col.* alleg. & not. per gloſſ. *in l. in ſubſtitutione. ff de vulga. & pupill.* cui adde, quòd diſpoſitio vnius non intelligitur hoc velle in duobus, vt eſt tex. & ibi Barto. *in l. ſi ego.*

Fallit decimoquartò, videlicet, præſuppoſito quòd

valeat ſtatutum, quòd pater poſſet filium ſuum inſtituere ſpurium, non operabitur circa bona ſita extra territorium ſtatuentis, per Bald. *in d. l. 2. in fin. ff. de offic. proconſul.* & idem tenet Bald. *in d. l. 1. de ſumma Trinita.* & facit quod ſtatim dicitur.

Decimoquintò fallit, quando ſtatutum diſponeret, quod filiusfamiliâs poſſit teſtari, quia non extenditur ad bona ſua ſita extra territorium ſtatuentium. regula enim, ius noſtrum. & *l. 1. §. ex fundo. cum ſimilib. ff. de hæred. inſti.* procedit in eo, qui poteſt in totum teſtari. *l. fin. ſuprà, de inoffic. teſtamen.* ſecundùm Bal. *in d. l. 1. C. de ſumma Trinita. 25. col. verſic. quæritur vtrùm iſtud teſtamentum, &c.* dicit idem tenere Bartol. & vide ad idem Ioan. de Imol. *in l. poſt dotem. in fin. penult. colum. ff. ſol. matrim.*

Decimoſexto fallit in caſu *Inſtit. de legi. agna. tu. verſ. quod autem lex.* vbi quoad tutelam deceſſit inteſtatus tantùm.

Decimoſeptimo fallit in caſu *d. l. ſi cum patrono ff. de poſſeſſ.* vbi per bonor. poſſeſſ. contra tabul. & ſecundùm tabul. ratio eſt, quia per contra tab. non aduocat totam hæreditatem, ſecundum Angel. *in l. poſtremò. & ibi dixi C. de bono. poſſ. contra tab.*

Decimooctauò fallit per eandem rationem, vbi ſimiliter concurrit contra tabul. & ſecundùm tabul. videlicet quando præteritus eſt in eodem gradu, quo inſtitutus, & inſtitutio & præteritio in eodem gradu verſantur, tex. eſt not. *in l. ſi duo. & ibi not. de leg. præſtan.* & dixi *in d. l. poſtremò.* Angel.

Decimonono fallit, vbi ſimiliter concurrunt ad facultatem conficiendi vtranque hæreditatem, quam futurus declarat euentus: videlicet in caſu *l. illud. § fin. ff. de contra tabul.* cuius ratio poteſt eſſe, quia ſi natus eſſet poſthumus, & viueret, & iam natus inſtitutus, occurreret bono. poſſ. contra tabul. & ſecundùm tab. quia præteritio & inſtitutio verſarentur in eodem gradu. per *d. l. ſi duo,* vt ſuprà not.

Vigeſimo fallit in caſu, quem dicunt eſſe *in d. l. qui*

ſe patris, in vna fallen. in dubio an ſuitate ſit locus ſucceſſorio edicto.

Vigeſimoprimò fallit in caſu, quem dixi *in l. poſtremò. C. de collat.* & ibi eſt tex. ſecundùm vnum intellectum.

Vigeſimoſecundò fallit in caſibus, qui colligi poſſunt, vt *in Authen hoc ampliùs. C. de fideicommiſſ.* vbi loquitur de legitimatione filii, interdum loquitur, quòd quis deſinit eſſe hæres ex teſtamento. & ampliatur etiam habere locum in hærede alterius perſonæ non inſtitutæ, nec ſubſtitutæ: quinimò cum venientibus ab inteſtato, vt ibi eſt tex. not. & facit gloſſ. fin. ibi, vt per teipſum colligere poteris. ſcias etiam, quod ſic quis non poteſt decedere regulariter pro parte teſtatus, ita nec quis pro parte inteſtatus, vt *l. 1. l. ſi ſolus. ff. de cond. inſti.* & per Bar. *in l. fin. C. eod. tit.* ille etiam caſus vulgaris eſt, quod quis poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *l. certè. ff de inoffic. teſtam.* vbi verba ſententiæ tanquàm ſtricti iuris in vna parte, non extenduntur ad aliam. facit *l. 1. C. ne plures vna ſententia.* & hæc ſufficiant pro nunc.

REGVLA CCCCXCVI.

TESTIS dicti ſui *a* cauſam non reddens, probat, & eius dictum valet. *l. ſolam, de teſtib.*

ADDITIO.

a Sui. *Vide* Feli. in c. cùm cauſam. el. 1. in 1. col. in verſ. in gl. in verſ. de teſta.

Primo fallit, ſi iudex interrogat generaliter quid ſcit, quia tenetur reſpondere & reddere cauſam. *c. cauſam. el. 1 in 13. col. de teſt.*

Secundo fallit, ſi teſtis iurauerit dicere ſiue fuerit interrogatus, ſiue non de cauſa, ita dicit not. *in d. c. cauſam.* allegat not *in c. fraternitatis, de teſtib.*

Tertio fallit, quando eſt negatiua probanda, vt

quod

quod aliquis non ſit curabilis, ita Bald. *in d. c. cùm cauſam, in 13. colum.*

Quarto fallit in dominio probando. Bald. *in c. cùm cauſam.*

Quinto fallit, ſi teſtis dicit, Certus ſum: quia debet reddere rationem huius certitudinis: non autem probat, ſi dixit ita verum eſſe, quia certus ſum. Bal *in d. c. cùm cauſam, in pen. col.*

Sexto fallit, quando teſtis deponit ſiue de fama, ſiue infamia: quia debet reddere rationem dicti ſui. ita Angel. *in l. quanquam. §. quantum. ff. de infam.*

Septimo fallit, quando deponit ſuper articulo vnius, ita *in d. c. quantum.*

Octauo fallit, quando pars aduerſa petiit interrogari teſtem de cauſa ſcientiæ: nam ſi iudex non interrogaret, non valet dictum. vnde cautela eſt, quod pars petat. & ita dicit Abb. Sicul. *in c. cùm cauſam, de teſtib.* & ibi Ioan. Andr.

Nono fallit, quia ſi teſtis deponit per vim, videtur mihi, quod etiam debeat reddere cauſam, aliâs non valeret eius dictum. Bald. *in l. quod tamen. §. ſi arbit. ff. de arbit.*

REGVLA CCCCXCVII.

TESTIS non interrogatus cauſam dicti ſui dicere non tenetur, vt eſt glo. *in l. 1. de ff. nou. oper. nunciat.* & *in l. ſolam. C. de teſtib.* & *in c. cùm cauſam, extrà, eodem tit.* & *3. quæſt. 3. §. ſolam.* & eſt gloſſ. optima *in c. cùm nobis, de re iudica. cùm ſimilib.*

Primo fallit, vbicunque teſtis deponeret ſuper his, quæ non poſſunt ſenſu corporeo percipi, quia tunc tenetur aſſignare cauſam ſui dicti, etiam ſi non ſit interrogatus. Bald. *in l. 1. 4. colum. C. de ſentent. quæ ſine cert. quant.* dicit, quod teſtis deponens ſuper intereſſet, tenetur aſſignare cauſam dicti ſui. & hanc limitationem

 ponit

ponit Innocen. *in c. cùm cauſam, de probat.* & idem tenet Bart. Bal. & Doct *in l conuenticulam: C de Epiſc. & cler.* Bald. *in l. 1. C. de rei vend.* & *in d. l pen.* C. *de ſent. quæ ſine cert. quant. ad fin.*

Secundo fallit in teſte probante negatiuam, vt tenet Bald. *in l. cum* § *ſi integrè ff. de tranſact.* vbi alleg. gloſſ. *in l 1. in princ in verbo, interdictum, de itin. actuque priua.* adde Bald. idem tenentem *in l. Actor.* C. *de probat.* & colligitur ex not. per gloſſ. *in* §. *quando verò abſens, in verbo, vidiſſe, in Authent. de hared. & Falc.* & ibi etiam tenet Bal. *in repet l. 2. C. de reſcin. vend. in vlt. char.* & Bart *in conſil. ſuo, incip. clariſſime Domine.* Cyn. *in d. l. Actor.* Angel *in* §. *hincinde, circa vltimam regulã, in Authent. de hared. & Falcid.* Docto, *in l. Pantonius, rei perduellionis. ff. de acquir. here.* Cano. *in c. bona. el.* 1. *de elect.* Bart. *in conſil. incip. commune.*

Tertio fallit in teſte deponente ſuper infamia alicuius. idem tenet Innocen *in c cùm oportet, de accuſat.* quod reaſſumit Angel. *in repet. l & quidem, in* 11. *colum.* C. *de accuſat.* Bald. *in l quid ergò. ff. de his qui not infam.* Bartol. refert. *in d. l. quid ergò.*

Quarto fallit, vbicunque eſſet teſtis productus ad reprobandum aliquod depoſitum ab aduerſario: quia tunc tenetur reddere cauſam ſui dicti, ita not. tenet Bald. *in l. presbyteri, in vlti. colum.* C. *de Epiſc. & cler.*

Quinto fallit, vbicunque teſtis aſſerat de contentis in capitulo ſe tantùm ſcire, quod Titius occidit Seium: nam tunc non probat, licèt per iudicem de cauſa ſcientiæ non fuit interrogatus, niſi reddat rationem dicti ſui: quia dicendo ſe ſcire poteſt intelligi, ſcilicet per vehementem opinionem, & non per ſenſum corporeum, ita ſingul. decidit Bald. *in c fin in fin. de iuramen calum.* alleg. not. per gloſſ. *in l. Pantonius.* §. *rei perduellionis:* & gloſſ. not. *in verſic. quærere. ff. de acquiren. hared.* ſed ſi teſtis dixiſſet, Verè Titius occidit Seium, probabit, quia verè non dixiſſet, niſi res viſu præce-

pta

pta fuiſſet, & retenta in memoria, ita not. *in l. 1 in princip. ff. de aqua plu. arcend.* & hoc modo dicit ſe limitare gloſſ. *in d. l. ſolam C. de teſt. b.* & dicit Bald. hoc eſſe ſuum nouum dictum. Ad idem facit, quoniam vicinus poteſt diuerſimodè ſuper factis vicini per varios ſenſus corporis probare, puta per viſum, ſiue per auditum, vel per famam, vt de ſe patet: & tamen ſi teſtis interrogatus de cauſa ſcientiæ reſpondeat ſe ſcire, quia percepit ſenſu corporeo, non probat, vt ſingul. voluit Bartol. *in l. teſtium. C. de teſtibus. in 3. quæſtio.* quia eſſet præſumere in teſte rem diſtractiuam. Item quia dicta cauſa ratione generalitatis eſt obſcura, vt *l. prætor, in princip. ff. de iniur.* & *l. item exigit ff. de donat.* & probatio obſcura non releuat, *in c. in præſentia, de probat.* & idem ſentit ipſe *in l. 1. in fin. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabul.* ſed his non obſtantibus contrarium videtur veritas, quoniam illud, quod quis vehementer opinatur, non eſt propriè ſcire, vt eſt gloſſ. hic valde not. *in l. 2. § penult. in verbo, ſciunt. ff. de aqua plu. arcend.* argum. gloſſ. *in l. ſi duo. §. penult. in verbo, ſi rem. ff. vti poſſid.* ſentit gloſſ. *in l. libera. ff. de pecu.* & eſt gloſſ. not. *in l. paterfamil. in verbo. fit. ff. de hæred. inſtit.* & illam dicit ibi Bald. & Imol. eſſe ſingul. not. ad hoc ſcilicet quod ſcire propriè, eſt tantum eorum quæ vera ſunt. ſecundum eos facit text. cum gloſſ. quod ſi teſtis dicat de cõtentis in capitulo, ſe ſcire quod ſic fuit, videtur dicere, quod ita verum ſe habebat, licet Bald. ibi de directo contradicat his, quæ ipſemet tenuit *in d. c. fi. de iuram. calum.*

Adde quod ad hoc etiam facit, quia ſcire, eſt rem per cauſam cognoſcere, ſicut inquit Philoſophus, & refert Archid. *de pœnitent. diſtinct. 4. in c. in domo* confirmatur, per not. per Bartol. *in l. qui bon. §. alieno, in vlt. colum. ff. de dam. infect.* dum dicit, quod in teſte verum ſcire, non intelligitur per vehementem opinionem, ſed per veritatem, alleg. not. per Innocen. & Ioan. Andre. *in d. c. 1. de iuram. calum. in antiq. in verſic. in dubio propriè accipere debent.* & *in l. 1. §. is qui nauem ff.*

ad hoc vide, quod nota. Bal. *in l.* 1. *C. ſi quis omiſ. cauſa teſta.*

Quinto fallit, quando teſtator in teſtamento prohibet teſtamenti effectum: quia tunc videtur facta repetitio in venientibus ab inteſtato: vt dicit Imol. *de condi. inſtit. l.* 1. vbi allegat *l. Lucius.* §. *fatali. ff. de lega.* 2.

Sexto fallit, quando teſtator dicit quod vult valere omni ſolennitate remota, & perinde eſt, ac ſi apponeret clauſulam codicillarem, vt dicit Bald. *in l. penus. ff. de leg.* 2. §. *fin.* per illum tex. qui ad hoc eſt valde notabilis.

REGVLA CCCCXCII.

TESTATOR legans domum ſimpliciter, intelligitur legare vnam de illis, quas habet in patrimonio. *l.* 3. *& ibi Barto. ff. de vino oleo triticoque lega.* & electio eſt hæredis.

Primo fallit, niſi teſtator habet plures domos vnam in domicilio, & aliam extra: quia tunc debetur illa quæ eſt in domicilio. *l. quæ cond.* §. 1. *ff. de cond. & demon.*

Secundo fallit, niſi ex coniecturis appareret teſtatorem cenſiſſe de certa domo. de quo *in l. ſed ſi ſuſceperit. ff. de iud.*

REGVLA CCCCXCIII.

TESTATOR legans rem ſimpliciter, cenſetur tantummodo legare ius quod habet in re, cuicunque legauerit. *l. ſi domus.* §. *ſi fundus. ff. de leg.* 1. *& ibi Doctor.*

Amplia idem eſſe in donatione inter viuos, quia donando rem ſimpliciter, non videtur donaſſe, niſi illud ius quod habet *c. paſtoralis. de dona.* & Bar. *in l. prædia. C. de colla. fund. fiſca. lib.* 11.

Amplia ſecundum Imol. & Alex. *in d.* §. *ſi fundus.* etiamſi ſit ius putatiuum: vt not. Bartol. *in l. ſi ſic.* §. *fin. de leg.* 1.

Amplia

Amplia etiam, ſiue hoc ius inſit in re, ſiue in ſpe tantum, licita tamen. *l. ſeruum filij, in princ. cum glo ff. de lega. 1.*

Amplia etiam, quando teſtator habebat tantum actionem perſonalem ad rem legatam, vt quia emerat, ſed nondum fuerat tradita: vt probatur *in l. apud. Iulian. §. idem. Iulianus. ff. de legat.*

Amplia, quando teſtator haberet ius pignoris, tunc cenſeretur legando illam, ſolum legare ius hypothecæ quod habet, vt per Bar. *in l fideiuſſor obligari ff. de fideiuſſ.* & Bald. *in l. ſi C. de hæred. vel act. vendi.*

Amplia etiam, quando teſtator haberet rem communem cum alio: quia intelligitur legare partem ſuam. *l. ſerui electio. § fi. de lega. 1.* & hoc procedit, niſi fuiſſet factum legatum per diſtinctionem totum vel omne: vt probatur *in l. Iulian. in prin. de leg. 3.* vel niſi haberet rem communem cum hærede. *l. vnum ex familia. §. ſi rem. ff. de lega 2.* & *l. cum filius. §. dominus. eod. tit.*

Amplia etiam, ſi ius quod habebat teſtator eſſet finiturum morte ipſius teſtatoris: vt in vſufr. *l. quod in rerum. §. 1. & ibi Iaſ. ff. de leg. 1.*

Primo fallit, quando ignorabat teſtator aliquos ius in re legata habere: quia tunc legando rem ſimpliciter videtur in totum legare, non reſpectu illius, qui in ea ius habebat. *l. ſeruum. §. 1.* & *ibi* Bar. *ff. de leg. 1.*

Secundo fallit, quando teſtator habebat ſolum ius poſſeſſionis: quia tunc legando rem ſimpliciter, non videtur legare ius quod habet in re: cum aliud ſit res, & aliud rei poſſeſſio. *l ſi duo. § fin ff vti poſſidetis.*

Tertio fallit, quando teſtator habet dominium rei quam legat, ſed eſt pignorata; quia tunc cenſetur grauare hæredem quod ea redimat ſecundum diſpoſitionem legis, ſi res obligata. *ff. de leg. 1. & l. prædia. C. de fideic.*

Quarto fallit, quando teſtator habebat ſolum ius ſeruitutis realis in in fundo legato; quia talis ſeruitus non poteſt deberi ei qui non habet prædium dominantem. *l. 1. ff. com. præ.*

Quin-

Quinto fallit, quando teſtator habebat nudam proprietatem rei legatæ & vſusfructus erat alienus: quia cenſetur velle quod hæres redimat vſumfructum, & illum præſtet legatario. ita videtur probare text. *in l. Mæuius. §. fundum. ff de leg. 2.* ſecundum Imol. ibi, & *in c. paſtoralis. ff. de don.*

Sextò fallit in titu. oneroſo, vbi non ſit reſtitutio ad ius concedentis, niſi emptor de hoc ſcientiam haberet, vel niſi pretij qualitas aliud ſuaderet. *l. ſi quis domum. §. hinc ſubiungi ff. locati. & l. fina. in verbo, neſciente à* contrario ſenſu. C. *de communium rerum alien.*

Septimo fallit, quando legans vel donans ipſam rem, intendebat legare ius, quod in ipſa re habebat: ſecùs quando intendebat legare ipſam rem totaliter: quia etiam reſpectu illius iuris, quod habebat non valet. *l. ſi is qui putabat. ff. de acquir. hær.* ita vult Abbas *in c. quod aut. in fin. de iure patronat.*

REGVLA CCCCXCIIII.

Teſtator teſtamentum in ſcriptis clauſum, ſigillatum, & ſubſcriptum, ita quod voluntas ſua alijs nota non ſit, niſi poſt mortem ſuam, facere poteſt. vt *in l. hac conſultiſſima. in princ.* C. *de teſta.* & *Inſti. de pupil. ſubſtit. § ſin autem quis ita formidoloſus.*

Primo fallit, niſi viuo teſtatore, vel etiam poſt mortem ante eius aperturam vnus de teſtibus moriatur: ita quod non poſſit recognoſcere ſuam ſubſcriptionem & ſigillum: quia tunc & eo caſu non valeret teſtamentum. ita dixit ſententialiter Bar. *in l. 2. prin. ff. quemadm. teſt. aperi.* Et propterea vti debes hac cautela, vt teſtator conuocet vnum notarium, qui non ſit de ſuprà dictis teſtibus, & duos vel tres alios teſtes, & facit quòd ſinguli dictorum teſtium, qui ſe ſubſcripſerunt & ſigillauerunt recognoſcant ſuas ſubſcriptiones

& ſigil-

& ſigilla in præſentia duorum Doctorum, vel trium teſtium, & dicti notarij, & roget dictum notarium, vt conficiatur vnum inſtrumentum de dicta recognitione, & ſubſcriptione ſigillorum. & ita ſecurus eris: quia non erit opus alia recognitione. & hoc modo non erit periculum aliquod. Vel potes & alio modo prouidere, videlicet quod teſtator à principio, quod ſe ſubſcribunt teſtes & ponunt ſigilla, adhibeat notarium & teſtes, qui ſunt rogati de dicta ſubſcriptione & ſigillis, & de hoc fiat publica ſcriptura: quia illa probabit ſufficienter. & hoc ponit Bartol. *in d. l. 2. in prin.* Sed prima vel præcedens cautela melior eſt. Tertiò poſſet aliter prouideri, quando teſtator vellet teſtari in ſcriptis, & non curare quod teſtamentum eſſet ſecretum: quia tunc poſſet facere publicationem fieri eo viuo, vt not. Bart. *in d. l. 2. § ſi dubitetur, & cæt.* Et eodē modo dicas de mercatoribus, qui de contractibus ſuis ſæpiſſimè non faciunt conficere inſtrumēta publica, ſed ſcripturas priuatas, quæ dicuntur chyrographum, & in vulgari appellatur ſcriptum de manu: quia eſt valdè periculoſum edere & conficere de huiuſmodi chyrographo aliquod inſtrumentum, in quo ferè ſemper requiritur, quòd interueniat & fiat ſubſcriptio trium teſtium ad minus, alias non valet, neque tenet, quando eſt aliqua ſcriptura priuata, non confecta manu alicuius Notarij, vel alicuius publicæ perſonæ, vt eſt ſingul. textus *in Authent. ſi quis vult. C. qui pot. in pigno. habe.* Nam ſi fortè fortuna aliquis teſtis, qui ſe ſubſcripſerit, moreretur, profecto illud chyrographum nihil valeret, neq; aliquo pacto probabit, niſi fuerit ſcriptum cum conditionibus requiſitis, vt ſuprà dixi, videlicet per manum publicā, vel habeat pariter ſigillum impreſſum, vt eſt ſingul. caſus, & not. *extrà, in c. 2. de fide inſtrum.* & ibi elegantiſſimè per omnes ſcribentes. & de hoc in terminis eſt gloſſ. elegans & valdè not. quæ hoc expreſsè dicit *extra, in c. inter dilectos, de fide inſtrumen. in verbo, publica manu.* Et ideo ſis cautus, quod non recipias chyrographum, niſi ſit

ſcriptum de manu Notarij ad hoc rogati, vel niſi apponatur ſigillum promittentis, & ſi potes, facias confici publicum inſtrumentum, prout ſuprà dictum fuit.

REGVLA CCCCXCV.

TESTATVS pro parte, & pro parte inteſtatus *a* regulariter quis decedere non poteſt, vt *l. ius noſtrum, de reg. iur. cum ſimil.*

ADDITIO.

a Inteſtatus. *Adde Do. Petr. Phil. Corn.* in conſil. 35. incip. in caſu, in litera T. in 2. par. *& omninò* in conſil. 85. incip. plura, in litera G. in 3. parte.

Primò fallit, quando pupillus fuit à patre inſtitutus, & filius naturalis ſubſtitutus, qui filius immiſcuit ſe legitimè ipſi hæreditati. & per conſequens pater in totum teſtatus deceſſit, deinde deceſſit in pupillari ætate. & ſic habet locum pupillaris ſubſtitutio de filio naturali facta certè: licèt in ſubſtitutione pupillari etiam veniant bona teſtatoris, vt *l. ſed ſi pupilli. §. ad ſubſtitutos ff. de vulga. & pupilla.* tamen quia filius naturalis non poteſt de bonis patris naturalis capere, niſi certam partem, ideſt, vncicam, vt *l. 2. C. de donat. lib.* illam tamen capiet, ſed reſiduum habebunt hæredes pupillares ex immixtione prædicta: ſed alia bona pupilli aliũdè quæſita, habeat ipſe filius naturalis ex ſubſtitutione pupillari. & ſic non venient venientes ab inteſtato ipſi inteſtatori, cùm habeat locum cauſa teſtati: ſed venientes ab inteſtato ipſi pupillo. & per conſequens, ipſe pupillus decedet pro patre teſtatus: quia in pupillari ſubſtitutione, quæ eſt ipſius teſtamen. vt *Inſtit. de pupil ſubſtit.* §. 1. & pro parte inteſtatus, valet in bonorum patronatus reſiduo per mixtionem quæſito: quia in illis non venit datus ſubſtitutus. & ſic iſta regula fallit, quando quis non ſibi facit teſtamentum,

tum, ſed alteri: vt pater in filio pupillariter ſubſtituendo filium ſuum naturalem. & pro hac fallentias allego text. valdè not. *in l. ſi is qui. ff. de vulg. & pup.* & nota, quia nouum eſt & pulchrum.

Secundò fallit in caſu *Auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. Eccleſ.*

Tertiò fallit in caſu *l. 1. & ibi affirmat Bal. C. de ſecund. nupt.*

Quartò fallit in caſu *l. ſi arrogator. ff. de adopt.* ſecund. Imol. *in. dotem. ff. ſol. matrim.* & *in d. l. ſi is qui.*

Quintò fallit in caſu quem ponit Ang. & refert Io. And. & Io. de Imo. *in l. 1. in prin. de vulg. & pupil. ſubſti.* quando filius miles ſubſtituit filio ſuo vulgariter, & talis filius reditus erat in patria poteſtate aui: nam tenebit ſubſtitutio tantùm quoad bona teſtantis, per *l. miles ita. §. ſi exharedato ff. de teſtam. mil.* & ſic pupillus decedet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſi primò moriatur pater pupilli, demum auus, poſteà pupillus. & hoc priuilegio militis.

Sextò fallit, fauore piæ cauſæ, ſecundùm Bart. *in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* per text. *in l. ſi miles vnum. ff de teſtamen. mili.* tenet Bald. contrarium *in d. l. 1.*

Septimò fallit in caſu *Auth. ex cauſa. C. de lib. præter.* vbi legata conſeruantur ex teſtamento, inſtitutio verò non, ſed ab inteſtato. ex quo ſequitur etiam vnum mirabile, vt dicit etiam Do. Paul. de Caſt. ibid. quòd legata debentur ex teſtam. quia hæreditas aditur ab inteſta. quod eſt nota ad limitationem & ampliationem glo. not. *in l. qui filius. §. ſeruus. ff. de hæred. inſt.*

Octauò fallit in caſu, quem poſuit Io. de Imol. *in l. Marcellus §. qui liberando, in fin. 1. colum. ff. ad Trebell.* videlicet, ſi miles ſubſtituat extraneo poſt aditam hæreditatem in peruenientibus ab eo, qui præfuit *l. neque enim. §. ſi deportatur, de teſtamen. milit.* & habetur *in l. in teſtamento. C. eodem tit.* & illi cui ſubſtituit nullo condito teſtamento: licèt ipſe Io. loquatur de duob. teſtamentis, tamen hoc ſentit, vt ibidem.

Nonò fallit etiam in caſu *l. cum multa C. de bonis quæ liber.* quia cùm filiusfamiliâs poſſit teſtari in bonis ſibi donatis ab Imperatore, ad inſtar caſtrenſis peculij, vt *l. fin. C. de inoffic. teſtamen.* poterit circa alia remanere inteſtatus.

Decimò fallit, quia licèt teſtamentum expugnetur de iure prætorio, tamen remanet validum de iure ciuili: ergò de iure prætorio decedit inteſtatus, ſed de iure ciuili teſtatus. *l. ſi filius qui in poteſtate patris. ff. de lib. & poſth.*

Vndecimò fallit in caſu not. quem ponit Ange. *in Authent. ex teſtamento. C. de ſecund. nupt.* videlicet, quia ex teſtamento filij poſſunt ſuccedere tranſeuntes ad ſecunda vota ante ſucceſſionem, ſed in prima ſucceſſione non. Item *l. fœmina eodem titul.* remanet incorrecta: quia omnia profecta ex paterna ſubſtantia debent fratribus defuncti reſeruari, alia autem vniuerſa pleno iure acquirit: de hoc eſt tex. *in l. mater. C. ad Tert.* ſecundùm ipſum, & ſic filius decedit pro parte teſtatus. & pro parte non.

Duodecimò fallit in caſu *l. qui aliena §. interdum ff. de acquiren. hæred.* & ibi per Ioan. de Imol. & Dom. Paul. de Caſtr. qui etiam alleg. gloſſ. *in l. 3. ff. de acquir. hæredi.* & ibi per Ioan. nam ſi tu es hæres ex teſtamento, & Titius eſt tuus ab inteſtato, tamen eſt hæres ex teſtamento mediante perſona tua: vnde tu diuerſis reſpectibus decedis teſtatus & inteſtatus: nam nõ reſpectu perſonæ primi defuncti, ſed reſpectu tui decedis inteſtatus.

Tertiodecimò fallit, quia in diſpoſitione legis poteſt fieri, quòd quis poteſt pro parte decedere teſtatus, & pro parte inteſtatus: ita dicit Bald. *in l. 1. C. de ſumma Trinita verſic. ſed præſuppoſito quòd valeat ſtatutum, & cat. 20 col.* alleg. & not. per gloſſ. *in l. in ſubſtitutione. ff. de vulga. & pupill.* cui adde, quòd diſpoſitio vnius non intelligitur hoc velle in duobus, vt eſt tex. & ibi Barto. *in l. ſi ego.*

Fallit decimoquartò, videlicet, præſuppoſito quòd

valeat ſtatutum, quòd pater poſſet filium ſuum inſtituere ſpurium, non operabitur circa bona ſita extra territorium ſtatuentis, per Bald. *in d. l. 2. in fin. ff. de offic. proconſul.* & idem tenet Bald. *in d. l. 1. de ſumma Trinita.* & facit quod ſtatim dicitur.

Decimoquintò fallit, quando ſtatutum diſponeret, quod filiusfamiliâs poſſit teſtari, quia non extenditur ad bona ſua ſita extra territorium ſtatuentium. regula enim, ius noſtrum. & *l. 1. §. ex fundo. cum ſimilib. ff. de hæred. inſti.* procedit in eo, qui poteſt in totum teſtari. *l. fin. ſuprà, de inoffic. teſtamen.* ſecundùm Bal. *in d. l. 1. C. de ſumma Trinita. 25. col. verſic. quæritur vtrùm iſtud teſtamentum, &c.* dicit idem tenere Bartol. & vide ad idem Ioan. de Imol. *in l. poſt dotem. in fin. penult. colum. ff. ſol. matrim.*

Decimoſexto fallit in caſu *Inſtit. de legi. agna. tu. verſ. quod autem lex.* vbi quoad tutelam deceſſit inteſtatus tantùm.

Decimoſeptimo fallit in caſu *d. l. ſi cum patrono ff. de poſſeſſ.* vbi per bonor. poſſeſſ. contra tabul. & ſecundùm tabul. ratio eſt, quia per contra tab. non aduocat totam hæreditatem, ſecundum Angel. *in l. poſtremò. & ibi dixi C. de bono. poſſ. contra tab.*

Decimooctauò fallit per eandem rationem, vbi ſimiliter concurrit contra tabul. & ſecundùm tabul. videlicet quando præteritus eſt in eodem gradu, quo inſtitutus, & inſtitutio & præteritio in eodem gradu verſantur, tex. eſt not. *in l. ſi duo. & ibi not. de leg. præſtan.* & dixi *in d. l. poſtremò.* Angel.

Decimonono fallit, vbi ſimiliter concurrunt ad facultatem conficiendi vtranque hæreditatem, quam futurus declarat euentus: videlicet in caſu *l. illud. §. fin. ff. de contra tabul.* cuius ratio poteſt eſſe, quia ſi natus eſſet poſthumus, & viueret, & iam natus inſtitutus, occurreret bono. poſſ. contra tabul. & ſecundùm tab. quia præteritio & inſtitutio verſarentur in eodem gradu. per *d. l. ſi duo*, vt ſuprà not.

Vigeſimo fallit in caſu, quem dicunt eſſe *in d. l. qui*

*ſe patris,in vna fallen.*in dubio an ſuitate ſit locus ſucceſſorio edicto.

Vigeſimoprimò fallit in caſu, quem dixi *in l. poſtremò. C. de collat.* & ibi eſt tex.ſecundùm vnum intellectum.

Vigeſimoſecundò fallit in caſibus, qui colligi poſſunt, vt *in Authen hoc ampliùs.C. de fideicommiſſ.* vbi loquitur de legitimatione filii, interdum loquitur, quòd quis deſinit eſſe hæres ex teſtamento, & ampliatur etiam habere locum in hærede alterius perſonæ non inſtitutæ,nec ſubſtitutæ: quinimò cùm venientibus ab inteſtato,vt ibi eſt tex.not.& facit gloſſ.fin.ibi, vt per teipſum colligere poteris.ſcias etiam, quod ſic quis non poteſt decedere regulariter pro parte teſtatus,ita nec quis pro parte inteſtatus, vt *l.1. l.ſi ſolus. ff.de cond.inſti.*& per Bar.*in l.fin.C.eod.tit.* ille etiam caſus vulgaris eſt, quod quis poteſt decedere pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus, *l.certè. ff de inoffic. teſtam.* vbi verba ſententiæ tanquàm ſtricti iuris in vna parte,non extenduntur ad aliam.facit *l.1. C. ne plures vna ſententia.*& hæc ſufficiant pro nunc.

REGVLA CCCCXCVI.

TESTIS dicti ſui *a* cauſam non reddens,probat,& eius dictum valet.*l.ſolam,de teſtib.*

ADDITIO.

a Sui.*Vide* Feli.in c.cùm cauſam.el.1.in 1.col. in verſ.in gl.in verſ.de teſta.

Primo fallit, ſi iudex interrogat generaliter quid ſcit,quia tenetur reſpondere & reddere cauſam.*c. cauſam.el.1.in 13.col.de teſt.*

Secundo fallit,ſi teſtis iurauerit dicere ſiue fuerit interrogatus,ſiue non de cauſa,ita dicit not.*in d. c. cauſam.*allegat not *in c.fraternitatis,de teſtib.*

Tertio fallit, quando eſt negatiua probanda, vt

quod aliquis non ſit curabilis, ita Bald. *in d. c. cùm cauſam, in 13. colum.*

Quarto fallit in dominio probando. Bald. *in c. cùm cauſam.*

Quinto fallit, ſi teſtis dicit, Certus ſum: quia debet reddere rationem huius certitudinis: non autem probat, ſi dixit ita verum eſſe, quia certus ſum. Bal *in d. c. cùm cauſam, in pen. col.*

Sexto fallit, quando teſtis deponit ſiue de fama, ſiue infamia: quia debet reddere rationem dicti ſui. ita Angel. *in l. quanquam. §. quantum. ff. de infam.*

Septimo fallit, quando deponit ſuper articulo vnius, ita *in d. c. quantum.*

Octauo fallit, quando pars aduerſa petiit interrogari teſtem de cauſa ſcientiæ: nam ſi iudex non interrogaret, non valet dictum. vnde cautela eſt, quod pars petat & ita dicit Abb. Sicul. *in c. cùm cauſam, de teſtib.* & ibi Ioan. Andr.

Nono fallit, quia ſi teſtis deponit per vim, videtur mihi, quod etiam debeat reddere cauſam, aliâs non valeret eius dictum. Bald. *in l. quod tamen. §. ſi arbit. ff. de arbit.*

REGVLA CCCCXCVII.

TESTIS non interrogatus cauſam dicti ſui dicere non tenetur, vt eſt glo. *in l. 1. de ff. nou. oper. nunciat.* & *in l. ſolam. C. de teſtib.* & *in c. cùm cauſam, extrà, eodem tit.* & *3. quæſt. 3. §. ſolam.* & eſt gloſſ. optima *in c. cùm nobis, de re iudica. cum ſimilib.*

Primo fallit, vbicunque teſtis deponeret ſuper his, quæ non poſſunt ſenſu corporeo percipi, quia tunc tenetur aſſignare cauſam ſui dicti, etiam ſi non ſit interrogatus. Bald. *in l. 1. 4. colum. C. de ſentent. quæ ſine cert. quant.* dicit, quod teſtis deponens ſuper intereſſet, tenetur aſſignare cauſam dicti ſui. & hanc limitationem

pta fuiſſet, & retenta in memoria, ita not. *in l. 1 in princip. ff. de aqua plu. arcend.* & hoc modo dicit ſe limitare gloſſ. *in d. l. ſolam. C. de teſt. b.* & dicit Bald. hoc eſſe ſuum nouum dictum. Ad idem facit, quoniam vicinus poteſt diuerſimodè ſuper factis vicini per varios ſenſus corporis probare, puta per viſum, ſiue per auditum, vel per famam, vt de ſe patet: & tamen ſi teſtis interrogatus de cauſa ſcientiæ reſpondeat ſe ſcire, quia percepit ſenſu corporeo, non probat, vt ſingul. voluit Bartol. *in l. teſtium. C. de teſtibus. in 3. quæſtio.* quia eſſet præſumere in teſte rem diſtractiuam. Item quia dicta cauſa ratione generalitatis eſt obſcura, vt *l. prætor, in princip. ff. de iniur.* & *l. item exigit ff. de donat.* & probatio obſcura non releuat, *in c. in præſentia, de probat.* & idem ſentit ipſe *in l. 1. in fin. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabul.* ſed his non obſtantibus contrarium videtur veritas, quoniam illud, quod quis vehementer opinatur, non eſt propriè ſcire, vt eſt gloſſ. hic valde not. *in l. 2. § penult. in verbo, ſciunt. ff. de aqua plu. arcend.* argum. gloſſ. *in l. ſi duo. §. penult. in verbo, ſi rem. ff. vti poſſid.* ſentit gloſſ. *in l. libera. ff. de pecu.* & eſt gloſſ. not. *in l. paterfamil. in verbo. ſit. ff. de hæred. inſtit.* & illam dicit ibi Bald. & Imol. eſſe ſingul. not. ad hoc, ſcilicet quod ſcire propriè, eſt tantum eorum quæ vera ſunt. ſecundum eos facit text. cum gloſſ. quod ſi teſtis dicat de cõtentis in capitulo, ſe ſcire quod ſic fuit, videtur dicere, quod ita verum ſe habebat, licet Bald. ibi de directo contradicat his, quæ ipſemet tenuit *in d. c. ſi. de iuram. calum.*

Adde quod ad hoc etiam facit, quia ſcire, eſt rem per cauſam cognoſcere, ſicut inquit Philoſophus, & refert Archid. *de pœnitent. diſtinct. 4. in c. in domo* confirmatur, per not. per Bartol. *in l. qui bon. §. alieno, in vlt. colum. ff. de dam. infect.* dum dicit, quod in teſte verum ſcire, non intelligitur per vehementem opinionem, ſed per veritatem, alleg. not. per Innocen. & Ioan. Andre. *in d. c. 1. de iuram. calum. in antiq. in verſic. in dubio propriè accipere debent.* & *in l. 1. §. is qui nauem ff.*

*de legat.*3. Item pro hoc etiam facit, quia videmus quod ſi teſtis interrogatus, quomodo ſcit, dicat ſe ſcire, quia manibus tetigit, prout eſt, ſi non eſſet res tangibilis, & materia corporea *l.* 2. *in verbo, minus tetigi:* & ibi ad hoc not. Bartol. per illum textum. C. *de præd. minor. lib.* 11. & not. Bald. *in l. non omni. ff. de legib.* & idem tenet Bartol. *in Rubr. ſi ex falſ. inſtrum. in vlt. colum.* Bald. *in d. l. ſola, in* 8. *colum. C. de teſtibus.* & maxime cum dictum non eſt calumniandum, ſed iuuandum, ita inquit Bald. *in l. de quibus. ff de legi. in penul. colum.* vbi ſe ipſe alleg. not. per Barto. *in l.* 1. *ff. ſi certum peta.* Bald. *in l.* 2. *C. de tẽpo. appell.* vbi inquit, quod ratio reddita per teſtem non eſt calumnianda, ſed adaptanda, ſi id per teſtes liceret, alleg. not per Bartol. *in l. de ætate, de interrogat. act.* & ita etiam dicit Bald. *in Rubr. de rerum diui.* not. alleg. per gloſſ. *in l ſtipulatio iſta* §. *hoc quoque, in verſic. ſtipulatur. ff de verbor. ſigni.* & ideo non videtur verum illud quod dicit. *in d. l. teſtium, in* 3. & 6. *colum.* quod videtur quod teſtis, qui interrogatur de cauſa ſcientiæ, ſi dicit ſe ſcire, eo quia percepit ſenſu corporis, probet, quia dicendo ſe ſcire intelligitur pro veritate, non ex vehementi opinione, vt ſupra dictum fuit, & ideo dum aſſignat rationem, quod percepit ſenſu corporis, intelligitur de ſenſu illo, per quem percipi poteſt veritas. hoc probo etiam per *d. l. teſtium, in verbo præſentia.* vbi probatur ſufficere quod teſtis interrogatus de cauſa ſcientiæ dicat, Scio, quia fui præſens. & eſt optimus text. *in Authenti. de fide inſtrument.* §. *ſi quis igitur, verſicul. præſentibus.* & ibi alleg. illum text. not. Angel. & eſt text. *in* §. *oportet. el.* 2. *in verſic. præſentibus, eodem tit.* & not. Bartol. *in l.* 1 §. *fin. de Authoritate. tutor.* & *in ſuo tractatu de teſte.* Bald. *in d. l.* 1. *ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabul. ad fin.* & *in l non ſpeciali, iuxta princ. C. de teſtam.* & *in c.* 1. *de controu. inueſt. inter domin. & vaſall.* & *in l. teſtium.* & ibi etiam Salic. & not. Ioann. de Imol. *in l. hæredes palam, in princip. ff. de teſt.* & *in l.* 2. §. *fin. ff. ſol. matrimon.* Ioan. de Imol. & Dom. Abb. *in c. peruenit.*

el. 2.

el.2.de teſt.cogen. tamen conſtat, quod præſentia in genere poteſt ſe habere ad viſum tantum, & ad auditum tantum, & ſic de alijs ſenſibus. ergo cum teſtis probet, dicens ſe ſcire, quia fuit præſens, ſequitur quod intelligitur deponere per illũ ſenſum corporis, per quem veritas illius actus percipitur, licet ipſe ſpecifice ſenſum corporis non exprimat. Et ex prædictis videtur, quod deciſio Bald. *in d. c. fin. de iuramen.calum.* non videtur vera, & ſimiliter alia deciſio Bald. in patrefam. *l.teſtium. C. de teſt.* & hanc opinionem tenet etiam Præceptor meus Dom. Alex. de Imo. *in l.1.ff ſi cert.pet.*

Sexto limitatur d. regula procedere vbicunque teſtis non fuit interrogatus per negligentiam partis: vt quia non petiit in interrogatoriis ſuis: ſecùs autem, ſi per negligentiam, ſeu per ignorantiam iudicis, ita voluit eleganter Ioan. And. *in d. c. cum cauſam, de teſt.*

Et adde prædictis, quod non aſſignans rationem ſui dicti interrogatus, ne dum ſimplicem probationem facit, ſed etiam nullam præſumptionem inducit, ita tenet Speculat. *in titul. de teſte.* §. 1. *verſic. ſed nunquid.* & ita etiam tenet Ludou. de Roman. *in l. 3 in princip. ff. de nou. oper. nunc.* qui alleg. Specul. *in d. loco.* & & hac materia vide etiam per Iacob. Butr. *in conſil. ſuo, incip. quæſtio talis eſt, & cat.* vbi not. dicit, quòd plus creditur duobus aſſignantibus rationem dicti ſui, qui interrogati non fuerint, quam multis aliis non reddentibus rationem dicti ſui: quia examinatio teſtis de cauſa non interrogatus, non caret, aliquali dubio: cum iudex non laborauerit ad veritatem inquirendam, prout decet, vt *l. 2. C. de eden. & 30. quæſt. vlt.* & *in c. ad audientiam.* vide aliqua ſupra in altera regula. Et vide etiam de materia iſta *c. ſacramentum, de conſuet. recip. feud.* vbi habetur, quod teſtis non interrogatus de cauſa ſcientiæ non ſolum non probat, ſed etiam non facit ſemiplenam probationem, quod alias faceret, ſi ſic fuiſſet interrogatus. & illum

text.

text allegat pro ſingul. Ludouic. de Roman. *in l. admonendi. ff. de iuriurand.*

REGVLA CCCCXCVIII.

Testes publicatis atteſtationibus in cauſa principali, in cauſa appellationis *a* ſuper antiquis capitulis amplius produci non poſſunt, vt per Docto. *in c. fraternitatis, de teſt.*

Additio.

a Appellationis. *Ad materiam vide Dom. Pet. Philip. Corn.* in conſ. 27. incip. in præſenti, per totum. *vbi ponit, nunquid teſtes ſuper eiſdem vel directo contrarijs in cauſa appell. poſt publicationem proceſſus in prima cauſa examinari poßint, & quid ſi ſint examinati, an probent ſi non fuerit oppoſitum. & omnino vide eum* in conſil. 174. incip. in hac in litera H. in 3. part. *&* in conſil. 263. incip. in cauſa. in litera D. & in conſ. 273. incip. viſa, in litera H in 3. par. *&* in conſil. 185. incip. licet. litera C. ead. parte. *vbi, an teſtes poßint repeti poſt publicationem proceſſus ſuper eorum dicto dubio ſaltem officio iudicis.*

Primo fallit, quando teſtes in cauſa principali non fuiſſent rectè examinati, vt eſt text. cum glo. *in verſic. recte, de teſt. in Clem.* & *in c. cum veniſſent, eodem tit.* & Bartol. & Docto *in Authen. at qui ſemel. C. de probat.* & eſt ratio, quia quando non ſunt rectè examinati, tunc eſt ibi dolus verus examinantis: vnde dolus præſumptus ſubornationis ceſſat, vt habetur *in l. veluti. ff. de edend.* per Guli. Cyn. & Rayn. ita not Bald. *in c. 1. §. 1. quid ſit inueſtit. in vſib.*

Secundo fallit, quando teſtes nihil depoſuerunt, & dixerunt ſe neſcire, vel dixerunt ſe non recordari, ita Iacob. de Belu. per illum text. *in c. 1. §. 1* & ibi Bald. & Iacob. de Alciat. *in titul. quid ſit inueſtitura.* facit gloſ. *in c. cum cauſam. gl. 2 quam vide, de teſt.*

Tertio fallit, quando Reus non eſſet admiſſus ad probandum de conſenſu partium, vel iuris diſpoſitione: nam tunc non obſtaret eum didiciſſe teſtificata, etiam ſuper directo contrarijs. & iſte eſt caſus not. *in l. officium, verſic. intelligent. C. de rei vend.* ſecundum Bald. qui ita ſingul. not. *in c. 1. §. item ſi vaſallo, in tit. de controuerſ. inueſtit. in vſibus feudor.*

Quarto fallit, quando conſenſus partium interuenit, vt poſſit probari poſt didicita teſtificata per *l. ſi quis in conſcribendo C. de pact.* & *in c. cum ad Apoſtolicam. de relig.* cum ſimilib. facit quod dicitur in c. tuis, de teſtib. niſi verſaretur vtilitas publicata, vt per Anton. de Butr. *in d. c. fraternitatis, ibi & Doct.* & *Salic. in d. Authen. at qui ſemel, in 4 quaeſt.*

Quinto fallit, quando iudex indiſcretè feſtinaſſet, & proprio odio vel ira publicauit teſtes, vt impediret aliorum teſtificationes, vt habetur *in c. per tuas, de teſtibus.*

Sexto fallit propter defenſionem innocentis, & in cauſa criminali, argum. *l. 1. §. ſi quis vltra, de quaeſt.* & ita not. & Doct. *in c. fraternitatis.* & *in d. Authen. at qui ſemel.*

Septimo fallit, quando iudex procedit per inquiſitionem. & ita tenet Bal. *in l. presbyteri C. de Epiſcop. & cleric.* & Docto. *in c. cum clamor, de teſtib.*

Octauo fallit, quando inſtantia variatur: quia fit tranſitus de cauſa ciuili ad criminalem, vt per Bart. *in l. 2. §. 1. ff. quorum appell.* & *in l. nil. de condi. indeb.*

Nono fallit, ſi veteres atteſtationes neglexerit. *d. l. veluti,* & *d. c. fraternitatis,* vbi per Ioan. Andre. & Doctores *in d. Authentic. at qui ſemel.*

Decimo fallit, quando primi obſcurè depoſuerint, vt *c. cum clamor, de teſtibus.* & producitur inſtrumentum aduocans teſtes: nam tunc ceſſat timor ſubornationis, vt per Dominum Antonium *in c. series, de teſtib.* facit quod not. Bartol. *in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi certum petat* & Ioan. de Imol. *in d. c. ſeries.* hoc tenet Ludouic. de Roman. *in d. Rubri. de arbitr. in ſingul. 80.*

Vnde-

Vndecimo fallit in proceſſu, in cauſa hæreſis, vt tenet Archidiac. *in c. per hoc, de hæred. in* 6. & Iacob. de Aluar. *in c. primo*, §. 1. *quæ ſit inueſtitura.*

Duodecimò fallit, quando eſſet conſuetudo & ſtatutum aliter, vt not. Ioannes Andre. *in additio. Speculi. in titul. de except. verſic. ſed nunquid.*

Tertiodecimò fallit, quando allegatur falſitas, cum corruptione teſtium, vt habetur in c. ſeries, de probat. & Doctor. *in d. c. fraternitatis* & hoc tenet Angel. *in Authen. de teſtib.* §. *quia verò in fin. colum.* 2. qui alleg. rationem ſecundùm Domin. Anton. de Butr. quia ſicut ſententia vænalis eſt ipſo iure nulla, ita dictum teſtis vænale, ſed non eſt dubium, quod ſi dictum teſtis non valet etiam in probationibus facti, item nec teſtium productio, vt *in d. c. de teſtib.* & *in l. fin. C. de teſti. ergò, &c.*

Quartodecimò fallit, quando vult ſimul & ſemel dicta teſtium per eos reprobare, ſecundùm Bartol. in *Authent. at qui ſemel: in d. c fraternitatis.*

Decimoquinto fallit a, in cauſa matrimoniali, ſecundùm Ioan. Andre. *in c. ſeries*, & Docto. *in c. fraternitatis* & *in d. c. iurauit, de probat.*

ADDITIO.

a Fallit. *Vide Felin.* in c. lator, in 2. colum. verſic. ſecunda declaratio, de re iud. & in d. c. ſeries, in 2. col. verſic. in glo. fin. in fin. de teſtib.

Sextodecimò fallit, quando quis didiciſſet teſtificata tranſitoriè, & non plenè & perfectè, vt plene per Doct. *in d. c. fraternitatis*, & *in d. Authen. at qui ſemel*, & *in c. vlt. de teſt.*

Fallit decimo ſeptimo, quando in compromiſſo eſſet dictum, quòd procedi poſſit aliis ſolennitatibus non obſtantibus. Ludou. de Rom. *in d. Rubri. de arbit. in* 10. *colum*, quod nota pro compromiſſ.

Decimo octauò fallit, ſi teſtis productus eſt excommunicatus, vel alias inhabilis: quia tunc reſtituitur ad eoſdem vel alios, ſecundùm Ludo. *in d. Rubr. de arbitr.*

Deci-

Decimonono fallit, ſi per euidentiam facti conſtat contrarium ſecundùm Bald. *in d. Authen. at qui ſemel.* & Lud. de Rom. *in d c. arbit.* & Flor. *in l qui ſeruum. in fi. prin. ff. de inter. actio.* & Bal. *in d. l. vnica, C. vt quæ deſunt aduoca.*

Vigeſimo fallit, vbi licèt non variatur articulus in ſubſtantia, variatur tamen modus facti ad idem concludendus: vt *in c. atteſtationib. de deſponſa. impub.* & ibi per Ant. de Butr.

Vigeſimoprimo fallit, quando ille qui didicit teſtificata obliuioni tradidit, ſecundùm Ange. *in Auth. de teſti. §. qui arbiter.*

Vigeſimoſecundo fallit, ſi in illa inſtantia primo agebat ex contractu, poſteà ex delicto: vt per Ange. *in L. quadam tabularum. ad fin. ff. de fur.* vbi dicit de hoc eſſe caſum apertum.

Vigeſimotertio fallit, quando teſtes fuerunt publicati; ſed non venerunt in notitiam parti. vt habetur *in cle. de teſti.* & per Docto. *in c. fraternitatis. in d. Auth. at qui ſemel.*

Vigeſimoquarto fallit, quando pars vidiſſet ſolum exemplum teſtium, vt nota. Bald. *in l. fin.* per illum text. *ff. quemadmodum teſt. aperi.* ſed non confirmaret.

Vigeſimoquinto fallit, ſi audiuit à teſt, ſed non legit dicta ſua, Doct. *d. c fraternitatis.*

Vigeſimoſexto fallit, quando audiuit à teſtibus, qui teſtes depoſuerunt ſuper eo, quod nō fuit articulatum vel deductum, ſecundùm Inno. *in d. c. fraternitatis.* & *in c. ex tenore. de teſtib.* & *cle. de teſtib.* Bart *in Auth at qui ſemel.* & Angel. *in d. §. quia verò multi. in princi.* vbi etiamſi iuraſſet ſuper tota cauſa de conſenſu producentis, &c.

Vigeſimoſeptimo fallit in minore, qui in integrum reſtituitur. *l. minor 25. annis. ff. de mino.* & Docto. *in l. vbi. ff de eden.* & vbi vide per Ang. qui ponit etiam in muliere vel ruſtico, *in d. §. quia verò. in Auth. de teſti.*

Vigeſi-

Vigeſimooctauo fallit, quando vult producere nouos teſtes ad reprobandum antiquos de corruptione vel de periurio. gl. eſt ordi. 4. q. 3. *canon. aliàs. §. pater verſic. ſunt aliqui teſtes.* & Ange. *in d. §. quia verò multi &c.*

Vigeſimonono fallit, vbi datur conſilium & cautela quòd ſemper poſſint teſtes produci, etiam poſt didicita teſtificata, & det nomina teſtium iudici, ſi eſt abſens: quia tunc iudex, in quo non eſt ſubornatio recipere debet. ita dicit ſingu. Bald. *in l. fin. C de appell.* & per Paul. de Caſtr. *in cōſil. 361. quod refertur in titulo de teſte*, quod not. ſingul.

Trigeſimo fallit, quando teſtes noui non veniunt ad coadiuuandos veteres teſtes, vt ſi probaui per duos teſtes intentionem meam, tu probaſti contrarium, iterum potero producere: quia non eſt quod mihi imputetur, ſi plures contra te produxi & ceſſat timor ſubornationis. ita no. ſingul. Innoc. *in c. cum clamor. de teſt.* & ſentit gl. *in c. ex tenore. eod. tit.* & hoc etiam not. Abb. *in d. c. fraternitatis.*

Trigeſimoprimo fallit, quando primo facta eſſet probatio per inſtrumentum: quia tunc poteſt fieri per teſtes, per gloſſ. & Doct. *in l. officium. de rei vend.* & gl. 4. *quaeſt. 3. § item criminalis. verſic item ſi quis.* & *in d. c. fraternitatis.* & *l. ſiquidem C. de except.* & Flor. *in l. cum de indebito de prob. in princ.*

Trigeſimoſecundo fallit, quando princeps expreſsè per reſcriptum hoc concederet: vt nota. Spec. *de reſti. in integ. § vlt. verſicul. in cauſa.* & *verſicul.* 18. quod intelligitur, quando dominus facit ex certa ſcientia.

Trigeſimotertio fallit, quando teſtes priùs ſunt publicati ad æternam rei memoriam, ſecundùm formam *c. ſignificauit. de teſtib.* vt *in d. fraternitatis.*

Trigeſimoquarto fallit, quando nulli ſunt teſtes producti, licèt ſint data capitula: quia tex. *in Authen de teſt. §. quia verò* multum ponderat dictum teſtium, ſecundùm Domi. Anton. *in d. c fraternitatis.*

Fallit

Fallit 35. quando ſubeſt aliqua iuſta cauſa: quia tunc ſubuenitur per reſtitutionem in integ. ex clauſula generali. per *l. 1. ff ex quib. cauſ. mai.* ſecundùm Innoc. *in c. intimauit. de teſt.* & Ant. de Butr *in d. c. fraternitatis.*

Trigeſimoſextò fallit, quando articulus fit ſuper notorio, licèt contineat antiquam cauſam, vt probatur *in c. dudum el. 1. de elect.* ceſſat enim præſumptio ſimulationis. arg. *c. dilectus de pur. canon.* ſecundùm Abb. *in fine pen. col.* & Bal. *in l. 1. C. vt quæ deſunt aduo. partium iudex ſuppleat.*

Trigeſimoſeptimo fallit in omnibus caſibus, in quibus ſententia nunquam tranſit in rem iudi. vt in matrimoniali & per Imol. & Docto *in c. ſeries.* Ang. *in §. quia verò in Authent. de teſtib. in 13. colum verſicu. opponitur vlt.* & per Alberi. Malletam *in ſuo tractatu de teſt. in 80. colum.* quæ nota ad caſus in quibus fertur ſententia per peritos, quia talis ſententia nunquam tranſit in rem iudicatam, ſecundùm Specul. *in rubri. de poſtulando* & Anto. de Butr. *in c. propoſuiſti de probat.* & Nicol. *in l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de adi. edict.* & Barto. *in l. ab hoſtib § . ſi vir vxorem. ff. ſolut. matrim.*

Trigeſimooctauo fallit, vbi non ob except. rei iud. ſecund. Abb. *in c. fraternitatis.*

Trigeſimonono fallit, vbi perimitur inſtantia ſecundùm Abb. & Zab. *in c. fraternitatis.* & Zab. dicit, quod Stephanus tenuit contrarium *in cle. de teſtib.* & dicit eſſe verius, quod perempta inſtantia non perimuntur dicta textum, vt habetur *in c. cauſam. extrà, de teſt.* & ſic ſubeſt idem timor ſubornationis, & hoc tenet Bartol. *in l. 2. ff iudic. ſol.* & *in l. 2. § 1. vi bo. rap.* & Abb. & Zab. *in d. cle. de teſtib.*

Quadrageſimo fallit, quando eſt inter alias perſonas: vt *in c. conſtit. de teſtib.*

Fallit 41. quando iuuatur modus agendi: vt eſt tex. *in c. veniens, de teſtib.*

Quadrageſimoſecundo fallit, quando teſtes fuerunt examinati ſuper valore rei, & publicati: nam iterum

Tt peſ-

poſſunt examinari teſtes ſuper articulo concludente maiorem ſummam in cauſa appell. Bart. & Angel. ponuntur *in l. cum furti ff. de in litem iur.* Bald. *in c. cum cauſam. el 2. de teſtib.*

Quadrageſimotertiò fallit, quando primi teſtes fuerunt examinati in iudicio ſummario, & petitur quod examinentur in plenario inter eaſdem partes: vt *in c. veniens.* & *in c tua de teſtibus*, ſaluo tamen niſi teſtes in prima cauſa ſummaria fuiſſent examinati plenariè: vt not. ſing. Iacob. Butr *in l. ab hoſtibus. §. quòd ſi ſimpliciter. ff ex quib. cauſ. maio.* Ant. Zab. *in c. fraternitatis in pen. col.* quòd not.

Quadrageſimoquartò fallit, quando iudex ex ſuo officio vult teſtes repetere: nam repetere teſtes eſt iteratò examinare pro inueſtiganda veritate: nam tunc poteſt. gloſſ. *in c per tuas de teſtib.* Ang. *in §. quia verò, in tertia col. in fin.* Specul. *in tit de diſput. & alleg. in §. 1. verſi ſed pone iudex.* & Bald. *in l. 1. C. ſenten. reſcin. non poſſe.*

Quadrageſimoquinto fallit, quando concluſio cauſæ eſſet tacitè vel expreſsè per iudicem reuocata, ita ſentit Ant. *in c. auditis de procur.* & confirmant Domini de Rota, *concluſione. 221. & 226.* & in omnib. iſtis vide Spec. *in tit. de teſt. §. ſatis vtiliter.* vbi enumerat caſus, vbi non obſtante publicatione poſſunt teſtes produci. de hoc vide gl. ordin. 4. *quæſtio. 1. §. item in criminali.* & per Cyn. & latius per Salyc. *in l ſi quis teſtib. in 3. quæſt C. de teſt.* & per Bar. *in l qui per ſalutem ff de iureiu.* & per Sali. *in l. ſi quis à ſe fundum. C. ad Velleian.* & Bald. *in l. fin. C. de appellatio.*

Quadrageſimoſexto fallit in cauſa matrimoniali, quando tractatur de matrimonio ſeparando: quo caſu admittuntur teſtes etiam publicatis atteſtationibus ſuper eiſdem capitulis, vel omnino contrariis. tex. eſt *in c. ſeries. de teſtib.*

Quadrageſimoſeptimo fallit, quia etiam poſt publicationem teſtium poſſunt admitti teſtes ſuper eiſdem capitulis, vel omnino contrarijs, quando ſimul cum eis

produ-

produceretur inſtrumentum coadiuuans illos teſtes. iſtud eſt dictum Anton. *in c. ſeries.* quod placet Imol. & probatur *in d. c. ſeries.*

Quadrageſimooctauo fallit, quando iudex ex officio ſuo poteſt repetere teſtes, non autem ad inſtantiam partis. gl. eſt *in Auth quia verò.*

Quadrageſimonono fallit, quando iudex ex officio ſuo fecit teſtes non bene examinatos iterum examinare. Alb. de Roſa. *in l. ſolam. C. de teſtib.*

Quinquageſimo fallit, quando inquiſitus poſt didicita teſtificata poteſt producere teſtes in quacunque cauſa. ita Bald *in l. eos. § ſi quis autem. in 2. col. de appellatnioibus.*

Quinquageſimo primo fallit, quia publicatis atteſtationibus poſſunt produci teſtes ſuper contrarijs capitulis, quando quis ſimul & ſemel dixit & probat Bald. *in Authent at qui ſemel. C. de probat.*

Quinquageſimo ſecundo fallit, quia licèt *clementina de teſt.* ſeruaretur in foro eccleſiaſtico, tamen remedium eſt, quod ille, qui non poteſt producere teſtes ſuper didicitis teſtificatis, nomina teſtium debet iudici dare, & ſe abſentare, in quo iudice non timetur ſubornatio, & tunc recipias dictos teſtes, & iuramenta & depoſitiones, vt patebit eorum teſtimonio, quod eſt mirabile. ita Bal. *in l. ampliorem prope finem. C. de appellationibus.*

REGVLA CCCCXCIX.

TESTES parte præſente & non citata regulariter non recipiuntur lite non conteſta. *in c. quoniam.* a *in princ. vt lite non conteſt.*

ADDITIO.

a c. quoniam. *Vbi vide omnino.* Fel. in prin. 5. colum. verſi. circa primum.

Primo fallit, quando ipſe actor agere non poſſet de præſenti, vt quia debitum ſit conditionale, in diem,

vel pendeat ex alio arbitrio: cum tunc recipi poſſit, lite non conte. *ff. ad l. Aquil. l. in l. Aqu.* & extra *de verb. ſig. c. ea quæ.*

Secundo fallit, quando ipſa pars eſſet præſens, & impediret litem conteſtari, per id quod habetur *extra. de iud. c. penult. & fin.*

Tertio fallit, quando dignitas excitaretur. *extra, ne ſede vac. c. vltim.* circa quod vide quod ibi not.

Quarto fallit, quando exigitur à parte præſente, & & illa ſit vnus malitioſus tyrannus, quem actor conuenire non audeat, nec aduerſus eum petere teſtimonium recipi, cum tunc iudex eidem actori iuſte timenti qualiter poſſit, prouidere debeat in teſtiũ receptione, argument. *extra, de appellat. c ſi iuſtus.* & conſiderata negotii qualitate, & alijs circumſtantijs recipiet teſtes quoad poterit, & diligenter ſuſtinebit intereſſe rei in ipſorum examinatione reſeruando ſibi exceptionem in perſonas in dicta cauſa, ſecundum Hoſtien. & Ioan. Andr. *in d. c. quoniam, vt lit. non conteſt.* & not. ad hoc etiam *in c in fin. extra, de hæred. in 6.* ſecundum Nicol. non obſtat text. *in præalleg. c. quoniam.* faciens mentionem de reo, quando eſt contumax vel abſens: cum habeat reſpectum ad id quod communiter accidit, ſecundum dom. Nicol. *in præalleg. c. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt.*

REGVLA CCCCC.

TESTES laici contra clericos non admittuntur, quando criminaliter ad ordinis depoſitionem agitur: vt *in c. per tuas. extra, de ſymo.* & text. eſt ſing. *in c. de cætero. & ibi per gloſſ. & Doct. extra, de teſtibus.*

Primo fallit criminibus exceptis, circa quod dic, vt plenius *in d. c. per tuas.*

Secundo fallit, quando crimen eſſet notorium: cum

& tunc

& tunc admittantur. *extra, de purgat. Canon. c. cum dilectus.*

Tertio fallit, quando tale crimen fuiſſet commiſſum in loco, in quo non ſit copia clericorum: cum & tunc in defectum clericorum admittantur laici, ne delictum remaneat impunitum. ad hoc *c. veniens. extra, de teſtib c. ſi. extra, re teſti cog.* ad hoc *c. cum dilecti. ver. & ſi eos. iuncta. gl extra de elect.* ſecundum Nico. *in d. c. de cætero.*

Quarto fallit, quando ipſi laici viderentur teſtes, qui non facerent plenam probationem, ſed indicium, propter quod clericus ſubijciatur torturæ: tunc enim ipſi laici indiſtinctè admittuntur contra ipſos clericos ad hoc, vt faciant indicium, licet non plenè probent. & hoc ſentit. Imo. *in c. quoniam. extrà de teſtib.* ad hoc not. per glo. *in l 5 ff. de adulter.* & *l. maritus. ff. de quaeſt.* & *l qua re. ff. de ædil. edic.*

REGVLA CCCCCI.

TESTES ad inſtrumenti ſeu ſcripturæ veritatem quod noti ſint, non requiritur, vt *in Auth. de teſt. § ſi vero ignoti.*

Primo fallit in caſibus, de quibus per Canon. *in c. cauſam. extra, de teſtib.* & in teſt. qui inſcribuntur in inuentario cum in eis requiratur, quod ſint noti. vt *l. ſi autem dubius. §. 1. C. de iure deliber.*

Secundo fallit, quando fieret ſcriptura nomine imperiti ſine tabellione: cum tunc debeant eſſe noti, vt ſubſcribant ſe nomine contrahentis. vt *in Authen. de inſtrumen. edit. § ex his & §. oportet.*

Tertio fallit, quādo ſtatutum vel conſuetudo aliud diſponeret, ſecund. Innoc. & Io. de Imol. & do. Nico. *in d. c. cum cauſam.*

REGVLA CCCCCII.

TESTES examinari, & ad æternam rei memoriam recipi quis petere non poteſt, quando

ſtatim agere poſsit, cũ directam viam habeat, ideo extraordinaria denegatur. ad hoc *l. in cauſam. ff. de mi.* & *per totum titu. extrà, vt lit. non conteſt.* & per Ioan. And. poſt Innoc. *in c. ſignificauit. extrà, de teſt.*

Primò fallit in caſibus, de quibus per Cano. *in d. c. ſignificauit.* Et primò quando ſubeſſet iuſta cauſa, quia timeretur de morte, vel abſentia diuturna ipſorum teſtium: quia tunc actor poteſt petere ipſos teſtes recipi, ſed non publicari, iuxta ea quæ habentur *in c. quoniam. vt lit. non conteſt.* & vide ibi quæ notantur.

Secundò fallit, quando adeſſet conſenſus partium: nam tunc poſſunt ipſi teſtes non ſolum recipi, ſed etiam publicari. & ipſa publicatio valeret ad æternam rei memoriam, & inter eaſdem partes non ſolum fiat publicatio in caſu, in quo ipſi teſtes recipi potuerunt de iure, & eorum dicta publicari, vt in caſu prædicto: ſed etiam in caſu, in quo recipi non potuiſſent de iure ipſi teſtes, cum atteſtatio etiam inualida cum conſenſu partium validari poſſit. *extrà, de teſtib. c. cum cauſam.* & hoc tenent omnes Doct. *in d. c. ſignificauit.*

REGVLA CCCCCIII.

Teſtes poſt publicationem atteſtationum ad partis inſtantiam examinari poſſunt, amplius tamen ſuper eod. articulo repetendi non ſunt, vt eſt tex. *in c. per tuas.* b *de teſtibus*, ſecundùm communem Doct. intellectum.

ADDITIO.

b *In c. per tuas. Vbi vide etiam limitationes & fallentias datas per Felin.*

Primò fallit, quando fuiſſent recepti ſuper eodem arti-

articulo inter alias perſonas: vt *in c. cauſam. el. 1. extrà, de teſtib.* & not. *in c. 1. extrà, de proba.* & ſecund. Doct. *in d. c. per tuas.*

Secundò fallit, quando fuiſſent recepti prius in iudicio ſummario: cum & tunc recipi poſsint in iudicio plenario. vt *extrà, de teſtib. c. vt in eis. el. 2.*

Tertiò fallit, quando eorum dictum fuiſſet nullum: vt not. *in c. cum cauſam el. 1. extrà, de teſtib.* & ibi gloſſ. & hinc eſt, quod ſi teſtes non reddiderunt in princi. ſui dicti cauſam: quia à iudice non fuerunt interrogati de ea: & pars petat interrogari, etiam ad partis inſtantiam non poteſt, cum non valeant eorum dicta: vt nota. *in d. c. cum cauſam.* & in Specul. *in titul. de teſti §. ſequitur. verſicu. ſi illud. de interrogatoriis. & verſic. item cauetur.*

Quartò fallit, quando eorum dictum fuiſſet perditum, vt *extrà, de probat. c. fin.*

Quintò fallit ſi iudicis malitia vel negligentia in malè examinando imputari poſsit: cum tunc etiam ad inſtantiam partis iterum interrogandi ſunt: vt colligitur ex text. *in d. c. per tuas.* ad quod nota. *in c. fraternitatis, extrà, de teſtibus* vbi de his vide.

REGVLA CCCCCIV.

TESTES infames infamia facti *a* in cauſa criminali vel ciuili non admittuntur, vt dicunt Ca. *in c. teſtium. de teſtib.*

ADDITIO.

a Facti. *Vide d. Iaſ. May.* in repe. l. cunctos. de ſumma Trin. & in eiuſdem l. lectura.

Primo fallit in crimine læſæ maieſtatis: *vt l. 3. §. Iulianus. & ibi per gloſſ. ff. ad legem Iuli maieſta.* & *extrà, de confeſ. c. 1.* & in alijs multis ſimilibus criminalibus, exceptis his de quibus per Canon. *in c. per tuas, extrà, de teſtibus.* ibi enim admittuntur non

 ſolùm

Digitized by Google

ſolum infames infamia facti, ſed etiam infames infamia iuris: vt ibi notatur.

Secundò fallit, quando infames inducerentur in teſtes contra alium in ſimili infamia allegata: vt voluit gloſſ. *in d. §. Iul.* circa quod dicendum eſt, vt not. per Bar. & Bald. *in l. cum mulier ff. ſolut. matrim.*

Tertio fallit, quando ſuper hoc eſſet diſpenſatum, cum diſpenſari poſſit per papam vel principem, vt infamis vel alius criminoſus admittatur ad teſtimonium. poſt Innocent. hoc etiam voluit Specul. *in tit. de teſtib. §. ſed quaritur.*

Quarto fallit, quando alij teſtes dicerentur infames, cum ipſi infames, etiam infamia iuris, admittantur ad teſtimonium in ſubſidium cum tormentis. *ff de teſtibus l. ob carmen. §. pen. ff de pœniten. § qui vltimo.* & ibi not. per Bartol. & Bald. *in l. 1 C. de ſentent. crimi.* & hoc etiam voluit Ioann. de Imol. & domin. Nico. *in c. teſtimonium.* ad hoc quod not. per gloſſ. *in Auth. de teſtib. §. ſi verò ignoti.*

REGVLA CCCCCV.

TESTES in teſtamento regulariter rogati *b* eſſe debent: vt *l. hæres palàm. §. in teſtamentis. ff. de teſti.* & *in Authen. de teſtib.* facit *l. inuiti. C. de teſt. cum ſimilib.*

ADDITIO.

b Rogati. *Vide Lanfr.* in c. quoniam contra. de probat. in 6. col. verſ. quæro vlterius. & ſeq.

Primo fallit hæc regula in codicillis, vt eſt caſus *in l. fin. C. de codi.* & Bald. *in Auth. quod ſine. de teſtib.*

Secundò fallit in teſtamento ad pias cauſas, vt per Paulum de Caſtr. *in conſil. 1.* & per Cano. *in c. relato.* extra

extrà, de teſtib. & eſt communis opi. licèt Lap. *in alle-gat.* 21. tenuit contrarium.

Tertiò fallit in teſtamento inter dilectos: vt eſt gloſſ. ſingu. *in d. l. fin. C. de codicil.* & per Bald. *in d. Auth. quòd ſine:* ſed quid in dubio, ex quo quis reperitur in teſtem ſcriptus, an præſumatur rogatus vel inuitus? dic, quòd rogatus, ita tenuit ſing. Bald. *in l.* 1. *in penult. colum. verſicul. aut quæro. C. de fide inſtrument.* facit quod not. Bartol. *in l Fulcinius.* §. *quod autem ff. in quib. cauſ. in poſſ. eat.* licèt dicatur quod in dubio præſumitur teſtis inuitus: vt dicit Bartol. *in l. id quòd pauperibus. C. de epiſcop. & cler.* quia ex quo reperiuntur ſcripti, præſumitur, quòd præſentes erant, vt *in præal-leg. locis.* Item dubitatur, an ſicut in teſtamento, ita etiam in matrimonio teſtes debeant eſſe rogati. & gloſſ. not. *in* 2. *quæſt.* 8. *c. teſtis.* tenuit contrariũ. ꝙ an ſit verũ nota per gloſſ. & text. 30 *quæſt* 5. *iurantis* & dom. Anto. de Butr. *in c. ex parte, extrà, de ſponſ.* & huic contraria eſt communis opin. licèt in quibuſdam caſibus de conſuetudine ſeruetur contrarium: vt in matrimoniis teſtes debeant eſſe rogati.

REGVLA CCCCCVI.

Teſtes parentes pro liberis, & liberi pro parentibus regulariter eſſe non poſſunt, vt l. *parentes. C. de teſtib.* & *l. teſtis idoneus. ff. eod. titu. &* 4. *quæſtio.* 3. *cap. item teſtis idoneus.* nec etiam conſanguinei, domeſtici, ſeu familiares: vt *in l. Iulia. ff. de teſtibus,* & *in c. in literis, c eodem titu. cum ſimil.*

ADDITIO.

c *Cap. in literis. Vbi omnino vide Felin. & Lanfran.* in c. quoniam contra de probat. in verſi. teſt. in 16. colu. verſ. filius autem.

Vndecimo fallit in proceſſu, in cauſa hæreſis, vt tenet Archidiac. *in c. per hoc, de hæred. in 6.* & Iacob. de Aluar. *in c. primo, §. 1. quæ ſit inueſtitura.*

Duodecimò fallit, quando eſſet conſuetudo & ſtatutum aliter, vt not. Ioannes Andre. *in additio. Specula. in titul. de except. verſic. ſed nunquid.*

Tertiodecimò fallit, quando allegatur falſitas, cum corruptione teſtium, vt habetur in c. ſeries, de probat. & Doctor. *in d. c. fraternitatis* & hoc tenet Angel. *in Authen. de teſtib. §. quia verò in fin colum. 2.* qui alleg. rationem ſecundū Domin. Anton. de Butr. quia ſicut ſententia vænalis eſt ipſo iure nulla, ita dictum teſtis vænale, ſed non eſt dubium, quod ſi dictum teſtis non valet etiam in probationibus facti, item nec teſtium productio, vt *in d. c. de teſtib.* & *in l. fin. C. de teſti. ergò, &c.*

Quartodecimò fallit, quando vult ſimul & ſemel dicta teſtium per eos reprobare, ſecundùm Bartol. in *Authent. at qui ſemel. in d. c. fraternitatis.*

Decimoquinto fallit a, in cauſa matrimoniali, ſecundùm Ioan. Andre. *in c. ſeries,* & Docto. *in c. fraternitatis* & *in d. c. iurauit, de probat.*

ADDITIO.

a Fallit. *Vide Felin.* in c. lator, in 2. colum. verſic. ſecunda declaratio, de re iud. & in d. c. ſeries, in 2. col. verſic. in glo. fin. in fin. de teſtib.

Sextodecimò fallit, quando quis didiciſſet teſtificata tranſitoriè, & non plenè & perfectè, vt plene per Doct. *in d. c. fraternitatis,* & *in d. Authen. at qui ſemel.* & *in c. vlt. de teſt.*

Fallit decimo ſeptimo, quando in compromiſſo eſſet dictum, quòd procedi poſſit aliis ſolennitatibus non obſtantibus, Ludou. de Rom. *in d. Rubri. de arbit. in 10. colum.* quod nota pro compromiſſ.

Decimo octauò fallit, ſi teſtis productus eſt excommunicatus, vel alias inhabilis: quia tunc reſtituitur ad eoſdem vel alios, ſecundùm Ludo. *in d. Rubr. de arbitr.*

Deci-

Decimonono fallit, ſi per euidentiam facti conſtat contrarium ſecundùm Bald. *in d. Authen. at qui ſemel.* & Lud. de Rom. *in d. c. arbit.* & Flor. *in l. qui ſeruum. in fi. prin. ff. de inter. actio.* & Bal. *in d. l. vnica, C. vt quæ deſunt aduoca.*

Vigeſimo fallit, vbi licèt non variatur articulus in ſubſtantia, variatur tamen modus facti ad idem concludendus: vt *in c. atteſtationib. de deſponſa. impub.* & ibi per Ant. de Butr.

Vigeſimoprimo fallit, quando ille qui didicit teſtificata obliuioni tradidit, ſecundùm Ange. *in Auth. de teſti. §. qui arbiter.*

Vigeſimoſecundo fallit, ſi in illa inſtantia primo agebat ex contractu, poſteà ex delicto: vt per Ange. *in L. quadam tabularum. ad fin. ff. de fur.* vbi dicit de hoc eſſe caſum apertum.

Vigeſimotertio fallit, quando teſtes fuerunt publicati; ſed non venerunt in notitiam parti. vt habetur *in cle. de teſti.* & per Docto. *in c. fraternitatis. in d. Auth. at qui ſemel.*

Vigeſimoquarto fallit, quando pars vidiſſet ſolum exemplum teſtium, vt nota. Bald. *in l. fin.* per illum text. *ff. quemadmodum teſt. aperi.* ſed non confirmaret.

Vigeſimoquinto fallit, ſi audiuit à teſt. ſed non legit dicta ſua, Doct. *d. c. fraternitatis.*

Vigeſimoſexto fallit, quando audiuit à teſtibus, qui teſtes depoſuerunt ſuper eo, quod nõ fuit articulatum vel deductum, ſecundùm Inno. *in d. c. fraternitatis.* & *in c. ex tenore. de teſtib.* & *cle. de teſtib.* Bart. *in Auth. at qui ſemel.* & Angel. *in d. §. quia verò multi. in princi.* vbi etiamſi iuraſſet ſuper tota cauſa de conſenſu producentis, &c.

Vigeſimoſeptimo fallit in minore, qui in integrum reſtituitur. *l. minor 25. annis. ff. de mino.* & Docto. *in l. vbi. ff. de eden.* & vbi vide per Ang. qui ponit etiam in muliere vel ruſtico, *in d. §. quia verò. in Auth. de teſti.*

Vigeſi-

Vigeſimooctauo fallit, quando vult producere nouos teſtes ad reprobandum antiquos de corruptione vel de periurio. gl. eſt ordi. 4. q. 3 *canon. aliàs. §. pater. verſic. ſunt aliqui teſtes.* & Ange. *in d. §. quia verò multi &c.*

Vigeſimonono fallit, vbi datur conſilium & cautela quòd ſemper poſſint teſtes produci, etiam poſt didicita teſtificata, & det nomina teſtium iudici, ſi eſt abſens: quia tunc iudex, in quo non eſt ſubornatio recipere debet. ita dicit ſingu. Bald. *in l. fin. C. de appell.* & per Paul. de Caſtr. *in cõſil. 361. quod refertur in titulo de teſte*, quod not. ſingul.

Trigeſimo fallit, quando teſtes noui non veniunt ad coadiuuandos veteres teſtes, vt ſi probaui per duos teſtes intentionem meam, tu probaſti contrarium, iterum potero producere: quia non eſt quod mihi imputetur, ſi plures contra te produxi & ceſſat timor ſubornationis. ita no. ſingul. Innoc. *in c. cum clamor. de teſt.* & ſentit gl. *in c. ex tenore. eod. tit.* & hoc etiam not. Abb. *in d. c. fraternitatis.*

Trigeſimoprimo fallit, quando primo facta eſſet probatio per inſtrumentum: quia tunc poteſt fieri per teſtes, per gloſſ. & Doct. *in l. officium. de rei vend.* & gl. 4. *quæſt. 3. § item criminalis. verſic item ſi quis.* & *in d. c. fraternitatis.* & *l. ſiquidem C. de except.* & Flor. *in l. cum de indebito de prob. in princ.*

Trigeſimoſecundo fallit, quando princeps expreſſè per reſcriptum hoc concederet: vt nota. Spec. *de reſti. in integ. § vlt. verſicul. in cauſa.* & *verſicul.* 18. quod intelligitur, quando dominus facit ex certa ſcientia.

Trigeſimotertio fallit, quando teſtes priùs ſunt publicati ad æternam rei memoriam, ſecundùm formam *c. ſignificauit. de teſtib.* vt *in d. fraternitatis.*

Trigeſimoquarto fallit, quando nulli ſunt teſtes producti, licèt ſint data capitula: quia tex. *in Authen. de teſt. §. quia verò* multum ponderat dictum teſtium, ſecundùm Domi. Anton. *in d. c. fraternitatis.*

Fallit

Fallit 35. quando ſubeſt aliqua iuſta cauſa: quia tunc ſubuenitur per reſtitutionem in integ. ex clauſula generali. per *l. 1. ff ex quib. cauſ. mai.* ſecundùm Innoc. *in c. intimauit. de teſt.* & Ant. de Butr *in d. c. fraternitatis.*

Trigeſimoſextò fallit, quando articulus fit ſuper notorio, licèt contineat antiquam cauſam, vt probatur *in c. dudum el. 1. de elect.* ceſſat enim præſumptio ſimulationis. arg. *c. dilectus de pur. canon.* ſecundùm Abb. *in fine pen. col.* & Bal. *in l. 1. C. vt quæ deſunt aduo. partium iudex ſuppleat.*

Trigeſimoſeptimo fallit in omnibus caſibus, in quibus ſententia nunquam tranſit in rem iudi. vt in matrimoniali & per Imol. & Docto *in c. series.* Ang. *in §. quia verò in Authent. de teſtib. in 13. colum verſicu. opponitur vlt.* & per Alberi. Malletam *in ſuo tractatu de teſt. in 80. colum.* quæ nota ad caſus in quibus fertur ſententia per peritos, quia talis ſententia nunquam tranſit in rem iudicatam, ſecundùm Specul. *in rubri. de poſtulando* & Anto. de Butr. *in c. propoſuiſti de probat.* & Nicol. *in l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de adi. edict.* & Barto. *in l. ab hoſtib §. ſi vir vxorem. ff. ſolut. matrim.*

Trigeſimooctauo fallit, vbi non ob except. rei iud. ſecund. Abb. *in c. fraternitatis.*

Trigeſimonono fallit, vbi perimitur inſtantia ſecundùm Abb. & Zab. *in c. fraternitatis* & Zab. dicit, quod Stephanus tenuit contrarium *in cle. de teſtib.* & dicit eſſe verius, quod perempta inſtantia non perimuntur dicta teſtium, vt habetur *in c. cauſam. extrà; de teſt.* & ſic ſubeſt idem timor ſubornationis, & hoc tenet Bartol. *in l. 2. ff iudic. ſol.* & *in l. 2. § 1. vi bo. rap.* & Abb. & Zab. *in d. cle. de teſtib.*

Quadrageſimo fallit, quando eſt inter alias perſonas: vt *in c. conſtit. de teſtib.*

Fallit 41. quando iuuatur modus agendi: vt eſt tex. *in c. veniens, de teſtib.*

Quadrageſimoſecundo fallit, quando teſtes fuerunt examinati ſuper valore rei, & publicati: nam iterum

Tt poſ-

poſſunt examinari teſtes ſuper articulo concludente maiorem ſummam in cauſa appell. Bart. & Angel. ponuntur *in l. cum furti ff. de in litem iur.* Bald. *in c. cum cauſam.el 2 de teſtib.*

Quadrageſimotertiò fallit, quando primi teſtes fuerunt examinati in iudicio ſummario, & petitur quod examinentur in plenario inter eaſdem partes: vt *in c. veniens.* & *in c tua de teſtibus*, ſaluo tamen niſi teſtes in prima cauſa ſummaria fuiſſent examinati plenariè: vt not. ſing. Iacob. Butr *in l. ab hoſtibus. §. quòd ſi ſimpliciter. ff ex quib. cauſ. maio.* Ant. Zab. *in c. fraternitatis in pen. col.* quòd not,

Quadrageſimoquartò fallit, quando iudex ex ſuo officio vult teſtes repetere: nam repetere teſtes eſt iteratò examinare pro inueſtiganda veritate: nam tunc poteſt. gloſſ. *in c per tuas de teſtib.* Ang. *in §. quia verò, in tertia col. in fin.* Specul. *in tit de diſput. & alleg. in §. 1. verſi ſed pone iudex.* & Bald. *in l. 1. C. ſenten. reſcin. non poſſe.*

Quadrageſimoquinto fallit, quando concluſio cauſæ eſſet tacitè vel expreſsè per iudicem reuocata, ita ſentit Ant. *in c. auditis de procur.* & confirmant Domini de Rota, *concluſione. 221. & 226.* & in omnib. iſtis vide Spec. *in tit. de teſt. § ſatis vtiliter.* vbi enumerat caſus, vbi non obſtante publicatione poſſunt teſtes produci. de hoc vide gl. ordin. 4. *quæſtio.* 1. *§. item in criminali.* & per Cyn. & latius per Salyc. *in l ſi quis teſtib. in 3. quæſt C. de teſt.* & per Bar. *in l qui per ſalutem ff de iureiu.* & per Sali. *in l. ſi quis à ſe fundum. C. ad Velleian.* & Bald. *in l. fin. C. de appellatio.*

Quadrageſimoſexto fallit in cauſa matrimoniali, quando tractatur de matrimonio ſeparando: quo caſu admittuntur teſtes etiam publicatis atteſtationibus ſuper eiſdem capitulis, vel omnino contrariis. tex. eſt *in c. ſeries. de teſtib.*

Quadrageſimoſeptimo fallit, quia etiam poſt publicationem teſtium poſſunt admitti teſtes ſuper eiſdem capitulis, vel omnino contrarijs, quando ſimul cum eis

produ-

produceretur inſtrumentum coadiuuans illos teſtes. iſtud eſt dictum Anton. *in c ſeries.* quod placet Imol. & probatur *in d. c. ſeries.*

Quadrageſimooctauo fallit, quando iudex ex officio ſuo poteſt repetere teſtes, non autem ad inſtantiam partis. gl. eſt *in Auth quia verò.*

Quadrageſimonono fallit, quando iudex ex officio ſuo fecit teſtes non bene examinatos iterum examinare. Alb. de Rola. *in l. ſolam. C. de teſtib.*

Quinquageſimo fallit, quando inquiſitus poſt didicita teſtificata poteſt producere teſtes in quacunque cauſa. ita Bald *in l. eos § ſi quis autem in 2. col. de appellatnioibus.*

Quinquageſimo primo fallit, quia publicatis atteſtationibus poſſunt produci teſtes ſuper contrarijs capitulis, quando quis ſimul & ſemel dixit & probat Bald. *in Authent at qui ſemel. C. de probat.*

Quinquageſimo ſecundo fallit, quia licèt *clementina de teſt.* ſeruaretur in foro eccleſiaſtico, tamen remedium eſt, quod ille, qui non poteſt producere teſtes ſuper didicitis teſtificatis, nomina teſtium debet iudici dare, & ſe abſentare, in quo iudice non timetur ſubornatio, & tunc recipias dictos teſtes, & iuramenta & depoſitiones, vt patebit eorum teſtimonio, quod eſt mirabile. ita Bal. *in l. ampliorem prope finem. C. de appellationibus.*

REGVLA CCCCXCIX.

TESTES parte præſente & non citata regulariter non recipiuntur lite non conteſta. *in c. quoniam.* a *in princ. vt lite non conteſt.*

ADDITIO.

a c. quoniam. *Vbi vide omnino.* Fel. in prin. 5. colum. verſi. circa primum.

Primo fallit, quando ipſe actor agere non poſſet de præſenti, vt quia debitum ſit conditionale, in diem,

Digitized by Google

vel pendeat ex alio arbitrio: cum tunc recipi poſſit, lite non conte. *ff. ad l. Aquil. l. in l. Aqu.* & extra *de verb. ſig. c. ea quæ.*

Secundo fallit, quando ipſa pars eſſet præſens, & impediret litem conteſtari, per id quod habetur *extra. de iud. c. penult. & fin.*

Tertio fallit, quando dignitas excitaretur. *extra, ne ſede vac. c. vltim.* circa quod vide quod ibi not.

Quarto fallit, quando exigitur à parte præſente, & & illa ſit vnus malitioſus tyrannus, quem actor conuenire non audeat, nec aduerſus eum petere teſtimonium recipi, cum tunc iudex eidem actori iuſte timenti qualiter poſſit, prouidere debeat in teſtiũ receptione. argument. *extra, de appellat. c. ſi iuſtus.* & conſiderata negotii qualitate, & alijs circumſtantijs recipiet teſtes quoad poterit, & diligenter ſuſtinebit intereſſe rei in ipſorum examinatione reſeruando ſibi exceptionem in perſonas in dicta cauſa, ſecundum Hoſtien. & Ioan. Andr. *in d. c. quoniam, vt lit. non conteſt.* & not. ad hoc etiam *in c. in fin. extra, de hæred. in 6.* ſecundum Nicol. non obſtat text. *in præalleg. c. quoniam.* faciens mentionem de reo, quando eſt contumax vel abſens: cum habeat reſpectum ad id quod communiter accidit, ſecundum dom. Nicol. *in præalleg. c. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt.*

REGVLA CCCCC.

TESTES laici contra clericos non admittuntur, quando criminaliter ad ordinis depoſitionem agitur: vt *in c. per tuas. extra, de ſymo.* & text. eſt ſing. *in c. de cætero. & ibi per gloſſ. & Doct. extra, de teſtibus.*

Primo fallit criminibus exceptis, circa quod dic, vt plenius *in d. c. per tuas.*

Secundo fallit, quando crimen eſſet notorium: cum & tunc

& tunc admittantur. *extra, de purgat. Canon. c. cum dilectus.*

Tertio fallit, quando tale crimen fuiſſet commiſſum in loco, in quo non ſit copia clericorum: cum & tunc in defectum clericorum admittantur laici, ne delictum remaneat impunitum. ad hoc *c. veniens. extra, de teſtib c. ſi. extra, re teſti cog.* ad hoc *c. cum dilecti. ver. & ſi eos. iuncta. gl extra de elect.* ſecundum Nico. *in d. c. de catero.*

Quarto fallit, quando ipſi laici viderentur teſtes, qui non facerent plenam probationem, ſed indicium, propter quod clericus ſubijciatur torturæ: tunc enim ipſi laici indiſtinctè admittuntur contra ipſos clericos ad hoc, vt faciant indicium, licet non plenè probent. & hoc ſentit. Imo. *in c. quoniam. extrà de teſtib.* ad hoc not. per glo. *in l 5 ff. de adulter.* & *l. maritus. ff. de quaſt.* & *l quare. ff. de adil. edic.*

REGVLA CCCCCI.

TESTES ad inſtrumenti ſeu ſcripturæ veritatem quod noti ſint, non requiritur, vt *in Auth. de teſt. § ſi vero ignoti.*

Primo fallit in caſibus, de quibus per Canon. *in c. cauſam. extra, de teſtib.* & in teſt. qui inſcribuntur in inuentario cum in eis requiratur, quod ſint noti vt *l. ſi autem dubius. §. 1. C. de iure deliber.*

Secundo fallit, quando fieret ſcriptura nomine imperiti ſiné tabellione: cum tunc debeant eſſe noti, vt ſubſcribant ſe nomine contrahentis. vt *in Authen. de inſtrumen. edit. § ex his & §. oportet.*

Tertio fallit, quādo ſtatutum vel conſuetudo aliud diſponeret, ſecund. Innoc. & Io. de Imol. & do. Nico. *in d. c. cum cauſam.*

REGVLA CCCCCII.

TESTES examinari, & ad æternam rei memoriam recipi quis petere non poteſt, quando

 ſtatim

ſtatim agere poſsit, cũ directam viam habeat, ideo extraordinaria denegatur. ad hoc *l. in cauſam. ff. de mi.* & *per totum titu. extrà, vt lit. non conteſt.* & per Ioan. And. poſt Innoc. *in c. ſignificauit. extrà, de teſt.*

Primò fallit in caſibus, de quibus per Cano. *in d. c. ſignificauit.* Et primò quando ſubeſſet iuſta cauſa, quia timeretur de morte, vel abſentia diuturna ipſorum teſtium: quia tunc actor poteſt petere ipſos teſtes recipi, ſed non publicari, iuxta ea quæ habentur *in c. quoniam. vt lit. non conteſt.* & vide ibi quæ notantur.

Secundò fallit, quando adeſſet conſenſus partium: nam tunc poſſunt ipſi teſtes non ſolum recipi, ſed etiam publicari. & ipſa publicatio valeret ad æternam rei memoriam, & inter eaſdem partes non ſolum fiat publicatio in caſu, in quo ipſi teſtes recipi potuerunt de iure, & eorum dicta publicari, vt in caſu prædicto: ſed etiam in caſu, in quo recipi non potuiſſent de iure ipſi teſtes, cum atteſtatio etiam inualida cum conſenſu partium validari poſſit. *extrà, de teſtib. c. cum cauſam.* & hoc tenent omnes Doct. *in d. c. ſignificauit.*

REGVLA CCCCCIII.

Teſtes poſt publicationem atteſtationum ad partis inſtantiam examinari poſſunt, amplius tamen ſuper eod. articulo repetendi non ſunt, vt eſt tex. *in c. per tuas.* b *de teſtibus,* ſecundùm communem Doct. intellectum.

ADDITIO.

b *In c. per tuas. Vbi vide etiam limitationes & fallentias datas per Felin.*

Primò fallit, quando fuiſſent recepti ſuper eodem arti-

articulo inter alias perſonas: vt *in c. cauſam. el. 1. extrà, de teſtib.* & not. *in c. 1. extrà, de proba.* & ſecund. Doct. *in d. c. per tuas.*

Secundò fallit, quando fuiſſent recepti prius in iudicio ſummario: cum & tunc recipi poſsint in iudicio plenario. vt *extrà, de teſtib. c. vt in eis. el. 2.*

Tertiò fallit, quando eorum dictum fuiſſet nullum: vt not. *in c. cum cauſam el 1. extrà, de teſtib.* & ibi gloſſ. & hinc eſt, quod ſi teſtes non reddiderunt in princi. ſui dicti cauſam: quia à iudice non fuerunt interrogati de ea: & pars petat interrogari, etiam ad partis inſtantiam non poteſt, cum non valeant eorum dicta: vt nota. *in d. c. cum cauſam.* & in Specul. *in titul. de teſti §. ſequitur. verſicu. ſi illud. de interrogatoriis. & verſic. item cauetur.*

Quartò fallit, quando eorum dictum fuiſſet perditum, vt *extrà. de probat. c. fin.*

Quinto fallit ſi iudicis malitia vel negligentia in malè examinando imputari poſsit: cum tunc etiam ad inſtantiam partis iterum interrogandi ſunt: vt colligitur ex text. *in d. c. per tuas.* ad quod nota. *in c. fraternitatis, extrà, de teſtibus* vbi de his vide.

REGVLA CCCCCIV.

TESTES infames infamia facti *a* in cauſa criminali vel ciuili non admittuntur, vt dicunt Ca. *in c. teſtium. de teſtib.*

ADDITIO.

a Facti. *Vide d. Iaſ. May.* in repe. l. cunctos. de ſumma Trin. & in eiuſdem l. lectura.

Primo fallit in crimine læſæ maieſtatis: *vt l. 3. §. Iulianus. & ibi per gloſſ. ff. ad legem Iuli maieſta.* & *extrà, de confeſ. c. 1.* & in alijs multis ſimilibus criminalibus, exceptis his de quibus per Canon. *in c. per tuas. extrà, de teſtibus.* ibi enim admittuntur non

extrà, de teſtib. & eſt communis opi. licèt Lap. *in alleg at.* 21. tenuit contrarium.

Tertiò fallit in teſtamento inter dilectos: vt eſt gloſſ. ſingu. *in d. l. fin. C. de codicil.* & per Bald. *in d. Auth. quòd ſine:* ſed quid in dubio, ex quo quis reperitur in teſtem ſcriptus, an præſumatur rogatus vel inuitus? dic, quòd rogatus, ita tenuit ſing. Bald. *in l.* 1. *in penult. colum. verſicul. aut quaro. C. de fide inſtrument.* facit quod not. Bartol. *in l. Fulcinius. §. quod autem ff. in quib. cauſ. in poſſeat.* licèt dicatur quod in dubio præſumitur teſtis inuitus: vt dicit Bartol. *in l. id quòd pauperibus. C. de epiſcop. & cler.* quia ex quo reperiuntur ſcripti, præſumitur, quòd præſentes erant, vt *in præal leg. locis.* Item dubitatur, an ſicut in teſtamento, ita etiam in matrimonio teſtes debeant eſſe rogati. & gloſſ. not. *in* 2. *quaſt.* 8. *c. teſtis.* tenuit contrariũ. ꝙ an ſit verũ nota per gloſſ. & text. 30 *quaſt* 5. *iurantis* & dom. Anto. de Butr. *in c. ex parte, extrà, de ſponſ.* & huic contraria eſt communis opin. licèt in quibuſdam caſibus de conſuetudine ſeruetur contrarium: vt in matrimoniis teſtes debeant eſſe rogati.

REGVLA CCCCCVI.

Teſtes parentes pro liberis, & liberi pro parentibus regulariter eſſe non poſſunt, vt l. *parentes. C. de teſtib.* & *l. teſtis idoneus. ff. eod. titu. &* 4. *quaſtio.* 3. *cap. item teſtis idoneus.* nec etiam conſanguinei, domeſtici, ſeu familiares: vt *in l. Iulia. ff. de teſtibus,* & *in c. in literis,* c *eodem titu. cum ſimil.*

ADDITIO.

c *Cap. in literis. Vbi omnino vide Felin. & Lanfran.* in c. quoniam contra de probat. in verſi. teſt. in 16. colu. verſ. filius autem.

Primo fallit, quando agitur in cauſa correctionis vel prohibitionis peccati: quia tunc pater poteſt eſſe teſtis in cauſa filij: quia in his actio carnalis eorum nihil operatur: quia non agunt de commodo principalis perſonæ, neque de incommodo alterius, imo de ipſius ſalute vt probat tex. & ibi hoc not. *in c. in tantam. extra, de teſtib.*

Secundo fallit in dirimendo matrimonio ſpirituali: quia tunc pater in cauſa filii admittitur. tex. eſt cum gl. *in c. præſens. 20. quæſt. 3.* quem tene menti.

Tertio fallit, quando non acquireretur emolumentum filio per depoſitionem patris, putà quia pater erat procurator. nam tunc etiàm pater poteſt teſtificari pro eius filio, & econtra: vt eſt caſus *in l. qui teſtamento. §. per contrarium. verſ. quicunque. ſecundum vnam lecturam poſitam in gloſſ. in verbo, teſt. de teſtam.*

Quarto fallit, quando teſtes tales fuiſſent à partibus adhibiti: quia teſti, etiam non fide digno, adhiberetur plena fides, quando eſt à partibus pro teſte rogatus: vt eſt glo. *ſing. in §. & licet quidem. quæ incipit, immutatus. in Auth. de teſtib.* ſecundum Bald. *in l. parentes. C. de teſt.* & *in l. teſtium. §. 1. ff. de teſtam.* quam ſequitur Lud. de Ro. *in rub. de arbitr. in 8. colu. ad fin. &* tenet Alb. Malum. *in ſuo tract. de teſt. in 4. col. in princi.* qui dicit quod ibi habemus iſtam concluſionem. Quod vbi teſtis eſt rogatus, ſemper eſt idoneus, quantumcunque alias ſit inhabilis. Et ideo ſecundum eum poteſtis vti cautela in contractibus, vt elegatis potius fratres vel affines in teſtes contra alios cum poterunt teſtificari rectius. Et ideo dicit quòd in quæſtione facti, dum eſſet accuſatum teſtamentum d. Flo. & eſſet rogatus quidam affinis, dixit quod poterat teſtificari in fauorem teſtamenti quantumcunque eſſet affinis, ex quo teſtator eum rogauit. Et ſubdit quod eſt generaliter verum, ſiue ſit rogatus à contrahentibus, ſiue à teſtatore, ſiue à iudice, vt ſemper ſit idoneus. & idem tenet Bald. *in l. data. C. qui accuſare non poſſunt. in 17. col. verſ. item qui vocatur ad teſtimonium, eo*

ipſo

ipſo videtur approbatus per eum, qui fecit per eum vocare. vt not. 18. *quæſt. 2. c.* 10. & idem tenet Bald. *in d. l. data.* & *in commento c. in nomine Domini de teſti.* & idem tenuit Ang. *in d. l in pen col. C. de teſti.* qui dicit glo. illam ſingularem *in d §. quod ſi à contrahentib* teſtes etiam inhabiles ex certa ſcientia ad validitatem actus ſint adhibiti & rogati, inter eos teſtificari poterunt, nec poterunt reprobari. pro quo optimè facit quod not. Ant. de Bur. *in c. ex literis in* 1. *&* 2. *not. in pen. col. verſ. quod hic poteſt dici:* & *in verſ. ſeq. extra, de accu.* & faciunt not. in glo. *l. inuitus. ff. eod. tit.* Item pro hoc facit quod not. Bald. *in l. dictantib. circa princi. C. de teſti.* vbi dicit quod teſtificatio domeſtica valet, quando vtraque pars eam adhibuit alleg. *l.* 2. *& ibi eſt optima glo. ff. de vſuris.* ad quod facit quod not. Bald. *in l. inſtrum. C. de prob.* vbi dicit ſecundum Nico. de Mat. Quòd quando notarius rogatus de facto communi ab vtraque parte, puta de contractu, poteſt conficere inſtrumentum, etiamſi ſit magis domeſticus vnius partis, quam alterius. ad idem vide Bart. *in l ſi pater. in princ. ff. de falſis.*

Quinto fallit dicta regu. quando filiusfamilias condidit teſtamentum ipſo exiſtente in militia, & teſtatur de caſtrenſi peculio: tunc enim pater poteſt eſſe teſtis in teſtamento: vt *d. §. per contrarium.* & hoc tenet Spec. *in tit. de teſti. in §* 1. *circa* 1. *col.* Secùs tamen eſſet, ſi filius teſtaretur de caſtrenſi peculio ipſo non exiſtente in militia, vel expeditione. & hoc modo intelligitur *§. ſi filius. Inſti. de teſta.* Ratio differentiæ inter vnum caſum & alium eſt: quoniā vbi filius teſtatur in expeditione, tale teſtamentum habet priuilegium, vt valeat abſque ſolennitate, ideo pater hoc caſu poteſt eſſe teſtis, quod ſecus, quando non eſt in impeditione. & hanc rationem ſenſit gl. *in d. §. per contrarium.*

Sexto fallit in cauſa matrimoniali, cum quæritur vtrum matrimonium poſſit eſſe propter conſanguinitatem vel affinitatem. 25 *q.* 3. *c. præterea.* & *c. præſens.* & *c.*

vide-

videtur nobis: qui matr. acc. poſſunt. Si aut dubitatur, an ſit contractum vel non, & quare maritus ſic contraxiſſet, mulier vero ècontra, & tunc conclude, quod ſi ſponſus ſit nobilior, ditior, vel honorabilior, pater vel mater non poſſunt ferre vel dare teſtimonium propter affectionem filiæ, quæ eſſet tradita potenti marito. & ſic faciliter deierarent & ſufficit alterum prædictorum concludere, ſecundum Specul *in d.* §. *Si autem hi*, de quibus dubitatur, an matrimonium ſit contractum, ſint pares, tunc ſecundum vnam opini. quam videtur tenuiſſe Specul. pater vel mater admittitur: communis tamen eſt ſententia Ioan. Andr. & Hoſt. quam videntur ſequi Butr, & Ioann. de Imol. in hoc caſu, vt committatur iudicis arbitrio, an in cauſa matrimoniali pater vel mater admittatur, arbitrio iudicis relinquatur, qui diligenter inſpiciat, an fides ſit adhibenda patri vel matri, etiam econtra, quando ſunt pares, vel quando aliqua coniectura pro parentibus apparet. Facit ad hoc quod not. gloſſ. *in d. l. ſi voluntate. de dotis promiſſione.* vbi maritus ignobilis non poteſt opponere except. non numeratæ dotis contra vxorem nobilem.

Septimo fallit, quando aduerſarius, contra quem pater produxit filium, vel econtra, conſentiret: nam tunc relaxatur, cum iſta prohibitio ſit inducta fauore aduerſarii. hæc fuit ſentent. Gui. *in d. l. parentes.* quem fuit ſecutus Io. An. *in addition. in. princi.* pro quo optimè facit text. *in l. fin. C. de temp. appel.*

Octauo fallit, quando quæritur de ætate filij, quoniam tunc pater & mater admittuntur ad teſtimonium, non tamen, vt plenam faciant probationem. ſed ſolum vt faciant aliqualem præſumptionem Iudici: vt etiam tenet gloſſ. *ff. de prob.* & tenet Bart. *in l. de ætate. ff de dam. infec.* & hæc eſt communis ſententia, quam tenuit Io. And. *in d.* §. *in addit. Spec.*

REGVLA CCCCCVII.

TESTI *a* vni, etiam in magna dignitate poſito, re-

to, regulariter non creditur. vt *in l. iuriſiurandi. C. de teſtib.* & *in c. licèt ex quadam. de teſtib.*

ADDITIO.

a Teſti. *Vide Fel.* in c. veniens, in pen. col. verſ. in glo. fin. de teſtib. *& aliquid* in c. licèt vniuerſis. eod. tit. *& vide eum* in c. ſuper. verſ. extra gloſſ. de teſtib. *vbi ponit an Imperator poſſit facere quod vni ſoli credatur. & vide d. Alex. de Imol.* in conſi. 28. in 3. colum. in 1. parte.

Primo fallit niſi ſit à partibus approbatus: quia ex conſenſu partium poteſt fieri quod vnus teſtis faciat plenam fidem & probationem, vt *l. ſtipulatio. §. ſed vtrum. & ibi Bar. ff. de verb. oblig.* & facit *l. plus. ff. de dot. praleg.* & ita tenet Bald. *in l. cùm teſtamento. §. 1. ff. de teſtam.* & *in l. 4. ad l. Iul. repet.* & *in l. etiam.* & *in l. ſi parentes. C. de teſtib.* Bart. *in l. 1. §. 1. ff. de verb. oblig.* facit tex. *in c. 1. extrà. de teſtib.* not. Cyn. *in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac.* quod not. Bart. *in l. fin. ff. de ſtip. ſer.* Anto. de But. *in c. 1. de prob. ad fin.* & *in c. litibus. de dolo & contu.* & idem etiam tenuit Specul. *in titu. de teſte. §. reſtat.* & in idem reſidet Bald. *in l. in bonæ fidei. in penult. col. C. de reb. cred. in verſi. ex prædictis.* quod tamen limita vt ibi per eum, non tamen poſſunt partes conuenire, quod ſtetur priuatis ſcripturis alicuius. ita ſignanter voluit Innocen. *in c. per tabel. de fide inſtrumen.* per rationem per eum allegatam: quia ſequeretur quod partes poſſent quem efficaciter priuare Tabellionatu, quod quidem priuatis non committitur, vt ibi per eum, & per Gul. & Bartol. *in l. 2. § nec eorum, de ado.* & not. Specul. *in tit. de inſtrumen. edit. § reſtat, verſi. quis autem poſſet.* & per Bald. *in c. cum P. extrà, de fide inſtr. in 3. colum.* & cum præalleg. dicto Innocen. tranſeunt ibi communiter Docto. Bartol. *in l. Imperator. ff. de ſtatu hom.* Ange. & Paul. de Caſt. *in l. pactum inter hæredes. ff. de pact.*

Secun-

Digitized by Google

Secundo limitatur dicta regula, vbicunque teſtis deponit de facto proprio, quia tunc creditur vni ſoli teſti, concurrentibus aliis indiciis, vt eſt gloſſ. not. *in c. dudum, de elect. in 6.* & gloſ. *in verbo decidendum.* & *in c. ex literis, de iureiurand.* tenet Paul. de Caſtr. *in l. quacunque. in fine. C. de ſeru. fugi.* & Salicet. *in l. ſi quis decurio. C. de fal. in 4. oppoſ.* & plenè dicitur ſuprà in præcedenti regula, & vide Specula. *in tit. de teſtib. in d. §. reſtat, in verſic. licèt quis.* vbi enumerat 30. caſus, in quibus creditur ſolùm vni teſti; quos proſequitur, & alii adduntur *in l. bona fidei. C. de rebus cred.* de quibus vide ibi per eos.

REGVLA CCCCCVIII.

Testi vni affirmanti magis creditur, quam mille negantibus, vt *l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbit.* & *l. hæredes palàm. ff. de teſtam.*

Primo fallit, niſi aſſererent contrarium eius, quod alii dicerent, vtputà, ſi dicant, quod non potuiſſent dicere, quin nos audiuiſſemus: nam tunc ſtamus dicto partis maioris, ſecundùm gloſſ. *in l. ob carmen. § fin. ff. de teſtib.* & *in l. 1. § 1. ff. de ven. inſpicien.* de quo vide Bartol. *in d. l. hæredes palàm.*

Secundo fallit, quando deponentes ſuper negatiua non deponunt ſuper facto, quod poteſt cadere in ſenſum corporeum teſtis, ſed deponunt in eo quod cadit in intellectu: vt quia deponunt ad peritia alicuius, vel de vulnere, quod non ſit mortale, vel aliquam non eſſe prægnantem: tunc ſi deponentes negatiua ſint periti, & deponentes affirmatiuè non periti, plus creditur imperitis, vt not. Dyn, *in proœmio ſſorum.* Si autem vtriuſque partis ſint teſtes periti, tunc eſt par probatio deponentium ſuper negatiua, & ſuper affirmatiua: & ideo ſi plures deponerent negatiuè, quàm affirmatiuè, magis creditur pluribus deponentibus negatiuè, quàm paucioribus deponentibus affirmatiuè

tiuè concurrente idoneitate & ſynceritate teſtium, de qua *in l. ob carmen, in §. fina. ff. de teſtib.* & iſte caſus eſt *in l. 1. §. 1. verſic ſin autem.* & *in §. quid ergò, verſic ſi omnes. ff. de vent. inſpicien.* & not. Bartol. *in d. §. ſi plures.* & *in l. hæredes palàm*

Tertio fallit, quando deponentes negatiuè ſuper facto perceptibili ſenſu corporeo, deponunt ſimpliciter remouendo ſenſum ab actu: ſecùs autem, ſi non remouerent ſimpliciter ſenſum ab actu, ſed dicerent illam pecuniam non eſſe numeratam: quia non potuiſſet numerari, quin ipſi teſtes vidiſſent, tamen creditur eis quantumcunque affirmatiuè deponentibus: & inter eos ſeruatur diſtinctio *d. l. ob carmen. §. final.* & ita notanter dicit Bartol. *in prædicto. §. ſi plures.* & & *in l. hæredes palam, in princip.* ſi tamen paritas deponentium teſtium affirmatiuà, & deponentium negatiuè eſſet, & per hoc teſtium deponentium affirmatiuè, & reliquorum eſſet paritas, adhuc procedit regula, quod magis creditur affirmantibus, quàm negantibus, vt not. Cyn. *in l. 2. C. de error. Aduocat.* & per Baldum. *in c. 1. de controuerſ. inter vaſallum & domin. in vſib. feudorum.* Et prædicta procedunt etiam, quando teſtes deponentes ſuper negatiua, dicerent ſe non recordari de omnibus verbis & actis, ſed benè recordari quod talis mentio non fuit facta: quia per eos optimè probatur iſta negatiua, non obſtante, quod de omnibus non recordentur plenè, quia ſufficit quòd recordentur de eo præcisè, de quo quæritur, licèt non de alijs, ita voluit ſingulariter & tenet Cyn. *in l. 2. C. de donatio. ante nupt.* quem ibi etiam ſequitur Bald. *in l. principaliter. C. de rebus alien. non alienan.* & Barto. *in l. admonendi, verſi. quæro quid ſi teſtes deficiant. ff. de iureiuran*, Si autem dicerent ſimpliciter de numeratione non recordari, vel dicerent illam non fuiſſe factam, non probarent: quia reuocarent dictum ſuum, vt patet. Et prædicta locum habent in cauſa ciuili: ſecus in cauſa criminali, vt not. ſingul. Bald. *in l. data opera. C. qui accuſ.*

cuſ. non poſſ. in repetitione. qui allegat gloſſ. fin. *in c. clerici.*

Quarto fallit, ſecundùm quod not. per Inno. *in c. ſuper hoc, de renunc.*

REGVLA CCCCCIX.

TESTIFICARI in criminalibus nemo priuilegiatus cogitur, etiam in foro canonico, vt eſt tex. & glo. & Docto. *in c. dilectus, de teſt. cogen.* & Innocen. *in c. 1. eod. tit.* & *in c. ſuper eo, extrà, eodem tit.*

Primo fallit, quando veritas aliter haberi non poſſit, vt *in c. peruenit, el. 2. extrà, de teſtibus cogen.*

Secundo fallit, quando teſtes ſubtraherent ſe timore partis aduerſæ, vt *in d. c. ſuper eo.* vel malitia partis, vt voluit Innoc. *in d. c. 1.* & vt not. *in d. c. ſuper eo.* ſecundùm Do. Nicol. *in præalleg. c. dilectus, extrà, de teſtib. cog.*

Tertio fallit, quando eſſet crimen vituperoſum, putà hæreſis, dilapidatio, & ſimonia. cùm tunc cogantur teſtes etiam ſi crimen ſit occultum, *extrà, de accuſ. c. qualiter. el. 2.* & *de hæret. c. ad abolendam.* ſecundùm Hoſt. & Ioan. Andr. *in c. dilectus.* & Innocen. *in d. c. 1.*

Quartto fallit, quando quis perſeuerauerit in crimine manifeſto, *extrà, de vita & honeſt. cleric. c. vt clericus*, ſecundùm Innocent. *in d. c. 1.* qui idem dicit eſſe, ſi ita diceretur quis ad probandum, quod quis ſit condemnatus de crimine: cùm tunc rogatur, ex quo crimen eſt factum notorium per ſententiam: eſt enim tunc peccatum celare veritatem. idem ſi ducatur contra infames, vt infamia probanda ſit, ſecundùm Innocen. ibi, & Ioan. Andr. *in d. c. dilectus.* vbi etiam gl. hoc tenuit.

REGV-

REGVLA CCCCCX.

Testes in ſcriptura publica requiritur, quòd ſaltem per Notarium deſcribantur, ſecundùm Can. *in c.1.extrà, de fid.inſtrum.*

Primò fallit, quando conſuetudo eſſet in contrarium, vt voluit Imol. *in c.* 1.*extrà, de his quæ fi. à prælat.* per id quòd habetur *extrà, fid.inſtrum. c. cùm dilectus.*

Secundò fallit in actis iudicialibus, in quibus non eſt neceſſe, vt teſtes deſcribantur, vt *C. de donat. l. in dona.* & not. *extrà, de probat. c. quoniam contra.* vbi de hoc & *c. Albericus, extrà, de teſtib.*

Tertiò fallit, quando inſtrumentum fieret coram populo publicè, vt not. Speculat. *in tit. de fid. inſtrum. verſic. poſt leue.* dicens hoc fuiſſe dictum Lamberti de Leodio.

REGVLA CCCCCXI.

Testis mulier in teſtamento, chyrographo, & in cauſa criminali eſſe nō poteſt *a*, vt *l. qui teſtamento. ſi. mulier. ff. de teſtam.* & *Inſti. eod.* §. *teſtes.* & per Bald. ſingul. *in l. nec ſcripturas. C. qui pot. in pign. hab.* & *in d.* §. *mulier.* & per Gandi. *in ſuo tract. malef. in tit. de furt. in fin.* Sed Imol. *in d.* §. *mulier.* tenet contrarium, & eam dicit eſſe communem opin.

Additio.

a Poteſt. *Vide Felinum* in c. quoniam, de teſtibus.

Primò fallit hæc regula, ſcilicet quòd mulier in teſtamento teſtis eſſe non poteſt, quando mulier eſſet te-

ſtis in teſtamento inter liberos, vt ſi pater inſtitueret liberos, vt per gloſſ. ſingul. *in Authen, quod ſi ſine.C. de teſt.* & ita tenent omnes Docto. *in d. §. mulier.* Sed circa hoc dubitatur, an illa gloſſ. procedat eo caſu, quo inſtituat baſtardum. & quidam *in d §. mulier.* format hanc quæſtionem in terminis. & alleg. Specula. ſed non dicit vbi, imò dicit ſe neſcire, vbi eſt dictum Speculat. tu dic, quod eſt *in titul. de inſtrum. edi. §. compendioſè, verſi. quid ſi pater naturalis.* vide etiam Bald. de hac eadem quæſtione, *in l ſi qua illuſtris C. ad Orfician.* & *l. iniuriarum. C. de natur. liber.* & *in l. fin. C. famil. erciſ. cun.* & ibi etiam per Paul. de Caſtr. *in l. parentes. ff. de in ius vocan. l. generaliter, in 2. colum.* & *l. parentes, de inſtit. & ſubſtitut.*

Secundò fallit, quando eſſet teſtis in teſtamento ad pias cauſas, vt per Paul. de Caſtr. *in conſil. ſuo* 361.

Tertiò fallit in codicillis, vbi teſtis eſſe poteſt, vt *l. licet, in fin. C. de codil.*

Quartò fallit, quando adhibetur teſtis ad probandum teſtamentum, vt per Alberic. de Roſa. *in d §. mulier.* vbi format hanc quæſtionem, & dicit, priùs à nemine fuiſſe tactam, & rationem ipſe aſſignat, & pleniſſimè examinat arguendo ad partes, vide per eum.

REGVLA CCCCCXII.

TESTIS interrogatus de his, quæ detegunt eius turpitudinem, reſpondere non tenetur, vt dicit glo. Hoſti. & Ioan. And. & Cano. *in c. cùm cauſam, extrà, de teſtib.*

Primò fallit, quando interrogaretur de crimine, de quo principaliter agitur, ſi de illo dicatur particeps ille teſtis, vt vult Innoc. *in c. teſtimonium, extra, de teſtib.* & Io. And. *in d. c. cùm cauſam poſt Innoc.*

Fallit ſecundò, ſi interrogatur de paupertate ſua: cùm tunc teneatur reſpondere, licèt eodem modo detegat turpitudinem ſuam, vt *l 4. ff. de teſtib.* & hoc voluit

Io. Andr. *in addit. Spec. in tit. de teſt. §. iam de interrogatorijs. ad fin. verſic. porrò.* vbi pleniùs per eum.

REGVLA CCCCCXIII.

TESTIS infamis infamia facti à teſtimonio regulariter non repellitur, imò ei fides adhibetur, vt not. *in l. cunctos* a. C. *de ſumma* Trinita. & *in l.* 1. §. *in cauſæ. ff. de ædil. edic.* & eſt text. not. *in c. licèt cauſam, de probat. ibi, malæ famæ.* & eſt gloſſ. *in l. 2. §. lege Iulia. ff. de teſtib.* & *in c. licet, extrà, eod. tit.*

ADDITIO.

a In l. cunctos. *Vbi latè vide Dom. Iaſ. Mayn.*

Primò fallit in criminalibus, in quibus probationes debent eſſe clariores luce meridiana, vt *l. ſciant cuncti. C. de probat. l. 2. C. de requir. reis. l. ſententiam. C. de prob.* & *c. teſtimonium, de teſtib.* & ideò talis non debet admitti, ita not. tenet Bartol. *in d. l. cunctos populos. C. de ſumma Trinita. & fide Cathol.* pro quo facit tex. *in l. qui vltimo, ff. de pœnis.*

Secundò fallit, niſi à lege vel ſtatuto requirerentur teſtes omni exceptione maiores: quia tunc teſtis infamis infamia facti repellitur à teſtimonio, ita not. voluit Bald. *in l. optimam, eodem titul.*

Tertiò fallit in probatione ingratitudinis feudatarii vel donatarii: quia tunc ad probandum ipſam ingratitudinem indiſtinctè repellerentur teſtes infames infamia facti, vt eſt caſus ſingul. *in c. 1. quo tempore miles. in vſib. feudo. ibi, integræ opinionis.* quem ibi ad hoc not. Bal. & illum text. reputat ſingul. Ludo. de Roma. *in ſuo ſingul. quod habeo in num. 354. incipien.*

dubitatio. & dictum, quòd in criminali teſtis infamis infamia facti non admittitur, procedit non ſolùm quando cauſa eſt merè criminalis, ſed etiam ſi cauſa eſſet mixta. & pro hoc alleg. tex. *in c. ex parte, de teſtib.* nam ibi ad emptionem agebatur, & ſic non erat criminalis, & tamen teſtis infamis admittitur, & de materia vltrà prædicta habetur per glo. & Dyn. & Docto. *in l. 2. ff. de ſena.* & *in d. l. 3. de Carbon. edic.* & per gloſſ. Bartol. & Imol. *in l. cum lege Iulia ff. de teſtib.* & habetur per gloſſ. *in Authen. de teſtibus. §. ſi verò dicat* & per glo. Ioan. Andre. & Docto. *in c. teſtimonium, de teſtib.* per Bartol. *in l. liberta. ff de quaſtionib.* per Cyn. *in l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſcop. & cleric.* per Bald. not. *in l ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff de eden.* vbi nota. dicit quòd vnus teſtis infamis infamia facti, & alter valdè dignus plenam fidem faciunt. & idem tenet *in l. 1. 3. colum. C. de teſtib.* Salicet *in l. 1. C. ſi certum peta.* & habet Specula. *in titul. de teſte § 1. verſic. item excipitur quòd eſt infamis.* & per Bald. *in l penulti. C. de ſentent. quæ ſine cert. quantita. verſic. quid ſi iudex dicat in ſententia, Condemno talem, ſi eſt probatum etiam per teſtes infames*, habetur etiam per gloſſ. *in l. quoniam multi. C. de here.* vbi ponit, an infamis poſſit eſſe teſtis in contractibus. & per Doct. *in l. mulier. C. de teſtib.* & pleniſſimè per Paulum de Eleazar. *in c. teſtium.* & *in c. forus, de verbor. ſignificat.* & not. *6. quæſt. 1.*

REGVLA CCCCCXIIII.

TESTIS ſi dicat, ſe nunquam illud dixiſſe quod Notarius ſcripſit, magis Notario, quàm ipſi teſti creditur. ita not. Cyn. *in l. ſi prius. C. de fal.* de quo etiam per Iacob. de Aretio, & Bart. *in l. 1. in fin. ff. quemad. teſtam. aper.*

Primò fallit, quia dicta regula procedit in ciuilibus.

bus, ſecùs autem criminalibus, ita ſingul. tenet Specu-lat. *in titul. de ſucceſſ. edict. in* §. *reſtat. verſic. quid ſi,* &c. quod dictum eſt menti tenendum.

REGVLA CCCCCXV.

TESTIS in cauſa ſua nemo idoneus eſt. *l. in omnibus. C. de teſtibus.* & *in l. nullus. ff. eodem titu.* & *in c. de cætero, extrà eod.* & 4. *quæſt.* 3. §. *item nullus.*

Primò fallit, vbicunque produceres ipſum faciendo eum proteſtari, quòd ex ſuo teſtimonio nullum vult ius ſibi quæri: quia tunc poterit eſſe teſtis etiam in eo, in quo habeatur aliquid ex eius rebus. ita not. decidit Frederic. de Sen. *in conſil.* 62. & hoc tenet etiam Bald. *in l. dictantibus C. de teſt.* vbi dicit, quòd licèt ille, qui ſoluit, non poſſit eſſe teſtis ad probandum ipſum fuiſſe vſurarium, tamen ſi proteſtaretur ex teſtificatione nullum velle conſequi commodum, tunc ille, qui ſoluit vſuras, erit idoneus teſtis ad probandum vſurarium. & hoc ſequitur etiam Ioan. de Ana *in c. cùm in diœceſim, in* 2. *colum. extrà, de vſur.* & hanc cautelam ponit etiam Dom. Raur. de Rodul. *tracta. de vſur. in* 4. *colum.* & habetur per Angel. *in diſputa. ſua. incip. Aſtenſis miles.* & vide in ſimil. per Ioan. Andr. *in regula. ſine poſſeſſione, in Mercurial.*

Secundò fallit, quando quis non poteſt probare debitum, & cedat omne ius, quod habet, cuidam tertio, qui ſit amicus ſuus, & tunc poterit eſſe teſtis in hoc. ita tenet Guli. de Cun. *in l. hæredi.* §. *nos. ff. de pact.* & hoc etiam ibi tenet Rayn. de For. quod eſſet ſingul. ſi eſſet verum: quidam Doctor. hoc reprobant.

Fallit tertio, vbicunque teſtis deponeret de facto proprio ad vtilitatem tantùm tertij: nam hoc caſu etiam plenam faceret probationem. ita not. tenet Paul. de Caſtr. *in l. ſerui not. C. de teſtib.* & *in l.* 2. §. *abſens. ff. ſi ex noxa. cauſ. ag.* & *in conſ.* 368. *incip. in Chriſti nomine,*

mine,amen.Viſis actis. & idẽ Dñ. Abb.*in c.1.de teſtib.* vbi dicit,quòd vbicunq; principalis perſona, non eſt allatura commodum vel incommodum, laudem vel vituperium, nec aliqua affectione mouetur, quòd tunc poteſt eſſe teſtis etiam in facto proprio: quia tunc ſubeſt ratio, quare non debeat computari in numero teſtium: tamen hoc intellige, vbi non agitur de magno præiudicio: adde gloſſ.not. *in c dudum. el.2. in gloſſ. in verſic. decidenda veritate, de electio.* quæ dicit, quòd creditur ſoli prælato in his quæ ſunt de facto ſuo, ſicut creditur ſoli filio deponenti in facto ſuo, 4. *quæſt. 3. §.item ſeruus,* & *in l. interroganti. C de quæſt.* & idem tenet gloſſ. *in c. ex literis, de iureiur. in gloſſ.1.* licèt gloſſ. *in c. dudum.* dicat, quòd conſuetudo ſe habeat in contrarium, tamen notabilis illas glo. inquantum dicunt, quòd de iure debet credi vni ſoli deponenti de facto ſuo, de quo ſuperiùs dictum eſt. & adde quod idem voluit Paul. de Caſt. *in l. quicunque, in fi. C. de ſeru. fugit.* vbi dicit communiter vni ſoli deponenti de facto concurrentibus aliis indiciis debere credi, quia etiam vni ſeruo creditur, & ſi creditur vni ſeruo, fortiùs debet credi vni libero. & ſi dicatur quòd ſeruo creditur cum tortura: ſed liber homo non debet torqueri, reſpondet quòd illud contingit propter vtilitatem perſonæ ſerui, cui non debet credi ſine tortura. ſed tamen valet diſpoſitio hominis liberi ſine tortura. & hoc limita vt *in l iuſiurandi. C. de teſtib.* vbi dicitur, quòd non creditur vni teſti quantumcunque magna præfulgeat dignitate. & idem dicitur *in c. licèt ex quadam, de teſti.* nam dicit hoc eſſe verum, vbi teſtis deponit de facto proprio: quia tunc creditur vni teſti concurrentibus aliis indiciis, & gl. *in d. c. dudum & in d. c. ex literis.* ſenſit iſtam opin. quod debeat credi vni teſti, quando deponit de facto proprio: quod tamen intellige verum, vbi ex tali facto ad eum non poteſt peruenire nec commodum, nec incommodum, nec laus, neque vituperium, per ea quæ habentur *in c. inſuper. de teſtib.* & idem expreſsè voluit Salic. *in d. l.*

ſi quis

ſi quis decurio, in 4. *oppoſ. C. de falſ.* ſed aduerte, quia contrarium voluit Innoc. *in c. cùm dilectus*, *cum glo. in verſ. reſponſiones*, *de accuſ.* & Bart. *in conſil.* 2. *inci. ſolùm intendo allegare in q. propoſita.* & no. Cyn. *in d. l. ſi quis decurio.* Ant. de Butr. *in c. cùm à nobis*, *in antepe. col. de teſt.* & vide Bart. *in l. ne in arbitris. ff. de arbitr.*

Quartò fallit in cauſa denunciationis, in qua quis poteſt eſſe teſtis in facto proprio, vt habetur *in c. in omni, de teſti.* quæ omnia ſunt valdè not.

REGVLA CCCCCXVI.

TESTIS non iuratus regulariter fidem non facit, vt *l. iuriſiurandi. C. de teſti.* & *in c. tuis, extrà, eod. tit. cum ſimilib.*

Primò fallit, quando deponit ſuper eo, quod eſt notorium, vt not. *in c. cùm cauſam, de coha. cleric. & mut.* dummodò deponat ad plenam iudicis informationem ſeu inſtructionem. quod etiam ſenſit Inno. *in c. pen. de poſtul. præla*, eſt gl. reputata ſing. *in c.* 1. *de pace tenen.*

Secundò fallit, vbicunque pars remitteret iuramentum, vt *in c. tuis & ibi eſt gl. not.* & gl. *in d. l. iuriſiurandi, C. de teſti.* & *in c. tertio loco, de probat. in gl.* 2. & gl. *in l.* 1. *in prin. ff. de fer.* & ibi hoc tenet Bart.

Tertiò fallit, vbi ſtatutum dat iudici arbitrium in procedendo, & iudex remittit iuramentum, ita tenet Bart. *in l. filiusfam. ff. de don.* licèt aliqui reprehendant

Fallit quarto, vbicunque Papa vel Princeps mandat alteri, vt ſe informet de certo negotio: quia tunc poterit ſe informare à teſtibus, etiam non iuratis, & non idoneis, vt eſt gloſſ. ſingul. *in d. c.* 1. *de pace tenen. & ibi Bald. in vſib. feudo.* quod tamen procedit, niſi ſit dictum quod diligenter ſe informet: qui tunc teſtis deberet iurare, & partes debebunt citari. ita dicit Bal. *in c.*

Digitized by Google

1.*de controuerſ. inueſt.* & meliùs *in l. neque natales. C. de probat.* & Feder. de Senis. *in conſil.* 81.

REGVLA CCCCCXVII.

TESTIS ſocius criminis regulariter non admittitur, *vt in c. veniens* a, *de teſtibus. & in c.* 1. *de confeſſ.* & *in c. memini,* 15. *quæſt.* 3. & not. gloſſ. *in c. cum P. Manconella, de accuſatio. cum ſimilibus.*

ADDITIO.

a In c. veniens. *Vbi vide Felin. & Lanfranc.* in repetit. c. quoniam contra, de probat. in verſic. teſtium, in 20. colum. verſic. vlteriùs dubitatur. *& Dom. Alexand. de Imol.* in conſil. 142. in vltim. colum. in fin. in 1. parte.

Primò fallit, quando recipitur ad præſumptionem faciendam: quia tunc benè admittitur, vt no. *c.* 4. *in gloſſ. fin. de teſti* quam glo. ibi multum not. Dom. Abb. & idem Innoc. *in d. c. veniens, eod. tit.* pro quo allego glo. *in c.* 1. *in verb. teſtis, extrà, de teſti. lib.* 6. quæ dicit, quòd licèt particeps criminis & inimicus capitalis repellatur à teſtimonio, tamen admittitur ad præſumptionem faciendam, alleg. not. *in c. veniens.* & *in c. nemini. alleg.*

Secundò fallit, vbicunque particeps criminis fuiſſet emendatus de crimine, & ageretur ciuiliter: quo caſu admittatur etiam ad plenam probationem faciendam, ita notanter tenet Innocen. *in prealleg. c.* 3. *de teſti.* vt dicit, quod emendatus de crimine admittitur ad teſtimonium, quando de crimine ciuiliter agatur, etiam ſi fuit ſocius criminis, quod eſt notandum pro limitatione *d. c. teſtimonium,* vt dicit Dom. Abb. ibi.

Ter-

Tertiò fallit, niſi ſit particeps criminis, & fuiſſet examinatus cum tormentis, ſecundùm Inno. *in præal. leg. c. 3.* quo caſu ſi de crimine procedirur ciuiliter, probat ſecundùm Innoc. *ibi in ſua 3. lect.* vbi ſenſit, quòd ceſſante infamia tales teſtes examinati faciant plenam probationem. Docto. ibi commnn. cum illa lect. Innoc. tenent, licet dicant eum diuinare, & ſuperiùs dictum eſt in ſocio criminis, videlicet, quod licèt non faciat plenam fidem, tamen faciat indicium ibi. & fortiùs eſſet dicendum in criminoſo, qui non fuit ſocius criminis, vt poſsit recipi in teſtem, ad faciendam præſumptionem. ita tenuit Card. Zabar. *in præall. c. 3. in fi.* & alleg. not. per gl. *in d. c. 1. de confeſſ.* & *in c. ſi quis propterea. 9. col.* quod dictum dicit eſſe ſingul. & menti tenendum.

REGVLA CCCCCXVIII.

TESTIS de credulitate deponens, audiri b non debet, neque probat, tex. eſt & glo. *in l. in ſumma, in §. item Labeo. ff. de acqu. plu. ar.* & arg. *l. teſtium. C. de teſt. §. ex eo.* ad hoc etiam quod not. Spec. *eo. tit.* §. 1. *verſic. quid ſi deponitur de credulitate. & verſ. iam de integra,* ad fin. & Io. And. *in c. inquiſitionis, extrà, de accuſ. cum ſimil.*

ADDITIO.

b Audiri. *Adde Feli.* in c. quoties, de teſt. *& Cor.* in conſil. 108. incip. videtur. in litera O. in 1. parte. & in conſil. 27. incip. in præſenti, in litera F. *&* in conſ. 94. incip. viſo. in litera C. & H. in 3. part. *& Angel.* in conſil. 40. *& Bald.* in conſil. 295. *&* in conſil. 314. in 4. parte. *& Franc. Aret.* in conſil. 64. *& Dom. Alexan.* in conſil.

70.& in conſil.72.& in conſil.100. & in conſil.113.in 1.par.& *Paul.de Caſt.*in conſil.194.in 1. part.& *Ludou.Roman.*in conſil.22.

Primo fallit in caſibus, de quibus per Can.*in c.quoties.de teſtib.*

Et primo, quando teſtis deponeret in factis notorijs & antiquis, vt ſi deponeret, quod iuſtitia maior fuit in tempore, vt not.*extra, de iuram.cal.c.pe.* per Inno. cum & tunc talis., ex quo vehementer opinatur ſic fuiſſe, lato præſumptio vocabulo dicatur ſcire, per id quod habetur *in l ſi quis extraneus.*§. 1.*ff. de acquir. hæredit.* ſecundum Io. de Imol.*in d.c.penult.*

Secundo fallit in his negotijs vel factis, in quibus admittitur de auditu teſtimonium, cum tunc admittatur teſtimonium de credulitate, vt *in d.c.quoties, extrà, de teſtib.*& *in l.ſi arbiter ff.de probat.*& vt not. *in d.l. in ſumma.§.item Labeo.ff.de aqua plu.arc.*

Tertio fallit, quando facit teſtimonium ſuper his, quæ percipit ex peritia artis, vt not. per gl. & ibi per Bart.& Bal.*in l.ſolet.C.de teſtib.*de quo etiam *de proba. c.propoſuiſti.*

Quarto fallit, quoad præiudicium ipſius teſtificantis, cum eidem æquè præiudicet teſtimonium de credulitate, ſicut & teſtimonium de veritate, prout eſt gloſſ. nota.*in c. ex literis.* ad hoc quod nota.*in l.* 2. §. *quod obſeruari.C.de iuramen.calum.*& *in Speculat.in tit. de depoſito, ver.hoc.*& Ioan. Andre.*in c.inquiſitionis, extra, de accuſatio.*

Quinto fallit, quando teſtes deponerent de credulitate, quæ eſt coniuncta corpori: nam ex quadam violentia præſumptionis bene valet teſtimonium eius, qui dicit vidiſſe nudum cum nuda in eodem lecto, cum propterea credatur copulam interueniſſe: cum tunc admittatur teſtimonium de crudelitate, ad hoc *c.literas, extra.de præſumpt.*& per Io. Andr. *in d.c.* vbi hoc idem tenuit.& per Bal.*in d l.ſolet.* & *in l.conuenticulam.C.de Epiſcop.& cler.*& *in l.ſi.C.de probat.*

Sexto

Sexto fallit, quando teſtis deponendo ſuper credulitate adijcit verba, per quæ colligitur de eius vera ſcientia, vt teſt, ſi deponendo ſuper mutuo, & reddendo cauſam, dicat, quia credidit ſic fuiſſe, cum fuerit præſens, vel viderit mutari: nam id quod ſcimus, poſſumus credere, vt voluit Io. Andre. *in c. præſentiam, in verb. ſyndico de teſt. in 6.* ſecundum Anto. & Imo. *in c. quoties, eod. tit.* vbi latiùs de his, per ipſos vide.

REGVLA CCCCCXIX.

TESTIS prælatus, ſiue alia perſona eccleſiaſtica in caſu Eccleſ. & ſinguli de vniuerſitate pro vniuerſitate admittuntur, vt *in c. inſuper* a, *de teſti.* & ibi Hoſt. & communiter Doct. & *in c. nuncius, de teſtib.*

ADDITIO.

a In c. inſuper. *Vbi vide* Felin. in 1. not.

Primò fallit, quando ipſe prælatus agitaret cauſam per ſe, vt expreſſe patet *in d. c. inſuper. in textu.*

Secundò fallit, quando prælatus agitaret cauſam, ſiue per ſe, ſiue per œconomum, vel vicedominum: cùm tunc teſtis eſſe non poſſit, ſecundùm Ioan. Andre. *in d. c. inſuper, in Clement ſi via, de rebus Eccleſ. non alie.* & quæ not. per Bart. *in l. 1. C. de confeſſ.* ſecundùm etiam Inno. *in præallega. c. inſuper, extra, de teſtibus.*

Tertio fallit, quando ipſe prælatus ſolus in cauſa Eccleſiæ conſtituiſſet procuratorem ſeu ſyndicum, quia agitaret ipſam cauſam, cùm tunc non poſſit teſtificari, cum ſit in ea legitimus defenſor, vt tenuit Innocent. *in c. præſentium, eodem titul. in 6.* & Petr. de Anchar. 11 *quæſt.* 2. Dom. Anton. *in d. c. inſuper.* & ibi etiam Dom. Nicola. qui ad hoc adducit quod not. *extrà, vt lite non conteſta. c. 1.*

Quarto fallit in prælato Eccleſiæ ſeu Capellæ non col-

collegiatæ, cum talis non admittatur in teſtem in cauſa ipſius Eccleſiæ, vt voluit Io. Andr. *in addit. Specul. in tit. de teſtib.* §. 1. *verſi. ſed porro, per c. velamen. el. 2. extra, de teſtib.*

Quinto fallit, vbicunque eſſet quæſtio de ſtatu Vniuerſitatis vel Eccleſiæ, vel de aliquo magno honore, vel magna iuriſdictione: quia tunc perſonæ Eccleſiaſticæ, vel ſingulares de Vniuerſitate non poterunt teſtificari de Eccleſia, vel Vniuerſitate ita tenet Bald. *in c. cum nuncius, extra, de teſtibus.* Nam propter maximam affectionem debent repelli à tèſtimonio propter magnam amicitiam, vt *l. 3. ff. de teſt.* & iſtam limitationem tene menti.

Sexto fallit, quando eſſet quæſtio de paſcuis, vel de nemoribus, in quibus ſingulariter beſtiæ paſcuntur, vel ſinguli ligna ſcindunt: quia tunc etiam hoc caſu homines de villa, vel vniuerſitate non poterunt admitti ad teſtimonium, ita tenet Ioan. Andr. *in præalleg. c. cum nuncius.* ſed Dom. Abb. *in d. c. inſuper.* tenens contrarium, dicens, quod hæc cauſa eſt principaliter vniuerſitatis, non autem ſingulorum, licèt ſinguli cõſecutiuè percipiant commodum. adducit multa ſimilia: quia clerici poſſunt eſſet teſtis in rebus cunctis: ex quibus percipiunt commodum, quia ex illis aluntur. Item quia legatarius poteſt eſſe teſtis in cauſa teſtamenti, licet ſecundario ad ipſum pertineat commodum: vt *in §. legatarijs Inſtitu. de teſtam.* Item adducit ſimile de tutore, qui non poteſt interponere autoritatem, ſi res principaliter ad eum pertinet: ſecùs autem ſi ad eum pertineat in conſequentiam: vt *in l. 1. ff. de autoritate tutorum.* ſed opin. Ioann. Andr. ſequitur Iacob. de Are. Petr. & Cyn. & communiter Doct. *in l. parentes. C. de teſti.* & Guiliel. de Cugno. & Bart. *in l. in tantum. §. vniuerſitatis, ff. de re. diuiſio* & Butrig. *in c. cũ nuntius.* & iſta opini. eſt communis. Bald. tamen *in c. cum nuntius.* limitat eam theoricam. dicit enim quod debet intelligi quoniam alibi non poſſent commode haberi paſcua vel nemora: ſecus autem, ſi alibi poſ-

bi poſſent haberi paſcua vel nemora. nam tunc bene admitteres ad teſtimonium ſecundum eum vbi ſupra.

Secundo limitat idem Bald. *in l. parentes.* dicens procedere dictam opinio. quando homines illi vtuntur paſcuis illis gratis ſine aliquo pretio: quia bene hoc caſu repellerentur à teſtimonio: ſecus autem ſi ſoluerent pretium vſus paſcendi, vel ligna ſcindendi ipſi villæ vel vniuerſitati. & aſſignat rationem quare repellantur à teſtimonio, quando gratis principaliter percipitur vſus paſcuæ vel nemoris: quia ſinguli intelliguntur tanquam fatalis pars iudicij, hoc eſt dicere, quòd vtilitas principaliter concernit ſingulos, licet iura dicãtur eſſe vniuerſitatis, & in ipſam vniuerſitatem firmanda ſit ſententia reſpectu ſingulorum: vt *in l. ſi cui. ff quod cuiuſque vniuer nom.* quæ omnia bene nota. An autem dictæ perſonæ debeant admitti in criminalib. vide plenè per Docto. *in c. cum nun. de teſtib.*

REGVLA CCCCCXX.

TESTIS falſum teſtimonium deponens non ſolum eius dictum non valet, ſed etiam coram eodem iudice, coram quo falſum teſtimonium dixit, puniri poteſt, vt eſt text. *in l. nullum. C. de teſtib.* & ibi gloſſ. quam ſequitur Bald. etiamſi ille iudex eſſet alterius fori: vt etiam tenet Pet. de Ancha. *in c. ea quidem. de regular. lib. 6. in 24. quæſt.* & Freder. de Sen. *in conſil.* 88. licet in hoc vltim. communis opinio ſit in contrarium: vt tenet Ioan. And. *in c. verum. de foro competenti.* & ibi Abb. Sicu. & omnes. Doctor. cano. & etiam pro conſtanti tenet Paul. de Caſtr. & Raph. Fulg. *in d. l.*

teſtium

Digitized by Google

ſtis in teſtamento inter liberos, vt ſi pater inſtitueret liberos, vt per gloſſ. ſingul. *in Authen, quod ſi ſine.C. de teſt.* & ita tenent omnes Docto. *in d. §. mulier.* Sed circa hoc dubitatur, an illa gloſſ. procedat eo caſu, quo inſtituat baſtardum. & quidam *in d §. mulier.* format hanc quæſtionem in terminis. & alleg. Specula. ſed non dicit vbi, imò dicit ſe neſcire, vbi eſt dictum Speculat. tu dic, quod eſt *in titul. de inſtrum. edi. §. compendiosè, verſi. quid ſi pater naturalis.* vide etiam Bald. de hac eadem quæſtione, *in l ſi qua illuſtris C. ad Orfician.* & *l. iniuriarum. C. de natur. liber.* & *in l. fin. C. famil. erciſcun.* & ibi etiam per Paul. de Caſtr. *in l. parentes. ff. de in ius vocan. l. generaliter, in 2. colum.* & *l. parentes, de inſtit. & ſubſtitut.*

Secundò fallit, quando eſſet teſtis in teſtamento ad pias cauſas, vt per Paul. de Caſtr. *in conſil. ſuo* 361.

Tertiò fallit in codicillis, vbi teſtis eſſe poteſt, vt *l. licet, in fin. C. de codil.*

Quartò fallit, quando adhibetur teſtis ad probandum teſtamentum, vt per Alberic. de Roſa. *in d. §. mulier.* vbi format hanc quæſtionem, & dicit, priùs à nemine fuiſſe tactam, & rationem ipſe aſſignat, & pleniſſimè examinat arguendo ad partes, vide per eum.

REGVLA CCCCCXII.

TESTIS interrogatus de his, quæ detegunt eius turpitudinem, reſpondere non tenetur, vt dicit glo. Hoſti. & Ioan. And. & Cano. *in c. cùm cauſam, extrà, de teſtib.*

Primò fallit, quando interrogaretur de crimine, de quo principaliter agitur, ſi de illo dicatur particeps ille teſtis, vt vult Innoc. *in c. teſtimonium, extra, de teſtib.* & Io. And. *in d. c. cùm cauſam post Innoc.*

Fallit ſecundò, ſi interrogatur de paupertate ſua: cùm tunc teneatur reſpondere, licèt eodem modo detegat turpitudinem ſuam, vt *l* 4 *ff. de teſtib.* & hoc voluit

Io.

Io. Andr. *in addit. Spec. in tit. de teſt. §. iam de interrogatorijs, ad fin. verſic. porrò.* vbi pleniùs per eum.

REGVLA CCCCCXIII.

TESTIS infamis infamia facti à teſtimonio regulariter non repellitur, imò ei fides adhibetur, vt not. *in l. cunctos* a. C. *de ſumma Trinita.* & *in l.* 1. §. *in cauſæ. ff. de ædil. edic.* & eſt text. not. *in c. licèt cauſam, de probat. ibi, malæ famæ.* & eſt gloſſ. *in l.* 2. §. *lege Iulia. ff. de teſtib.* & *in c. licet, extrà, eod. tit.*

ADDITIO.

a In l. cunctos. *Vbi latè vide Dom. Iaſ. Mayn.*

Primò fallit in criminalibus, in quibus probationes debent eſſe clariores luce meridiana, vt *l. ſciant cuncti. C. de probat. l.* 2. *C. de requir. reis. l. ſententiam. C. de prob.* & *c. teſtimonium, de teſtib.* & ideò talis non debet admitti, ita not. tenet Bartol. *in d. l. cunctos populos. C. de ſumma Trinita. & fide Cathol.* pro quo facit tex. *in l. qui vltimo, ff. de pœnis.*

Secundò fallit, niſi à lege vel ſtatuto requirerentur teſtes omni exceptione maiores: quia tunc teſtis infamis infamia facti repellitur à teſtimonio, ita not. voluit Bald. *in l. optimam, eodem titul.*

Tertiò fallit in probatione ingratitudinis feudatarii vel donatarii: quia tunc ad probandum ipſam ingratitudinem indiſtinctè repellerentur teſtes infames infamia facti, vt eſt caſus ſingul. *in c.* 1. *quo tempore miles. in vſib. feudo. ibi, integræ opinionis.* quem ibi ad hoc not. Bal. & illum text. reputat ſingul. Ludo. de Roma. *in ſuo ſingul. quod habeo in num.* 334. *incipien.*

dubitatio. & dictum, quòd in criminali teſtis infamis infamia facti non admittitur, procedit non ſolùm quando cauſa eſt merè criminalis, ſed etiam ſi cauſa eſſet mixta. & pro hoc alleg. tex. *in c. ex parte, de teſtib.* nam ibi ad emptionem agebatur, & ſic non erat criminalis, & tamen teſtis infamis admittitur. & de materia vltrà prædicta habetur per glo. & Dyn. & Docto. *in l. 2. ff. de ſena.* & *in d. l. 3. de Carbon. edic.* & per gloſſ. Bartol. & Imol. *in l. cum lege Iulia ff. de teſtib.* & habetur per gloſſ. *in Authen. de teſtibus. §. ſi verò dicat* & per glo. Ioan. Andre. & Docto. *in c. teſtimonium, de teſtib.* per Bartol. *in l. liberta. ff de quæſtionib.* per Cyn. *in l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſcop. & cleric.* per Bald. not. *in l ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden.* vbi nota. dicit quòd vnus teſtis infamis infamia facti, & alter valdè dignus plenam fidem faciunt. & idem tenet *in l. 1. 3. colum. C. de teſtib.* Salicet *in l. 1. C. ſi certum peta.* & habet Specula. *in titul. de teſte §. 1. verſic. item excipitur quòd eſt infamis.* & per Bald. *in l penulti. C. de ſentent. quæ ſine cert. quantita. verſic. quid ſi iudex dicat in ſententia, Condemno talem, ſi eſt probatum etiam per teſtes infames*, habetur etiam per gloſſ. *in l. quoniam multi. C. de hære.* vbi ponit, an infamis poſſit eſſe teſtis in contractibus. & per Doct. *in l. mulier. C. de teſtib.* & pleniſſimè per Paulum de Eleazar. *in c. teſtium.* & *in c. forus, de verbor. ſignificat.* & not. *6. quæſt. 1.*

REGVLA CCCCCXIIII.

TESTIS ſi dicat, ſe nunquam illud dixiſſe quod Notarius ſcripſit, magis Notario, quàm ipſi teſti creditur. ita not. Cyn. *in l. ſi prius. C. de fal.* de quo etiam per Iacob. de Aretio, & Bart. *in l. 1. in fin. ff. quemad. teſtam. aper.*

Primò fallit, quia dicta regula procedit in ciuilibus,

bus, ſecùs autem criminalibus, ita ſingul. tenet Speculat. *in titul. de ſucceſſ. edict. in* §. *reſtat. verſic. quid ſi,* &c. quod dictum eſt menti tenendum.

REGVLA CCCCCXV.

TESTIS in cauſa ſua nemo idoneus eſt. *l. in omnibus. C. de teſtibus.* & *in l. nullus. ff. eodem titu.* & *in c. de cætero , extrà eod.* & 4. *quæſt.* 3. §. *item nullus.*

Primò fallit, vbicunque produceres ipſum faciendo eum proteſtari , quòd ex ſuo teſtimonio nullum vult ius ſibi quæri : quia tunc poterit eſſe teſtis etiam in eo, in quo habeatur aliquid ex eius rebus. ita not. decidit Frederic. de Sen. *in conſil.* 62. & hoc tenet etiam Bald. *in l. dictantibus C. de teſt.* vbi dicit, quòd licèt ille, qui ſoluit, non poſſit eſſe teſtis ad probandum ipſum fuiſſe vſurarium , tamen ſi proteſtaretur ex teſtificatione nullum velle conſequi commodum, tunc ille , qui ſoluit vſuras , erit idoneus teſtis ad probandum vſurarium. & hoc ſequitur etiam Ioan. de Ana *in c. cùm in diœceſim , in* 2. *colum. extrà , de vſur.* & hanc cautelam ponit etiam Dom. Raur. de Rodul. *tract. de vſur. in* 4. *colum.* & habetur per Angel. *in diſputa. ſua, incip. Aſtenſis miles.* & vide in ſimil. per Ioan. Andr. *in regula. ſine poſſeſſione, in Mercurial.*

Secundò fallit, quando quis non poteſt probare debitum, & cedat omne ius, quod habet, cuidam tertio, qui ſit amicus ſuus, & tunc poterit eſſe teſtis in hoc. ita tenet Guli. de Cun. *in l. hæredi.* §. *nos. ff. de pact.* & hoc etiam ibi tenet Rayn. de For. quod eſſet ſingul. ſi eſſet verum: quidam Doctor. hoc reprobant.

Fallit tertio, vbicunque teſtis deponeret de facto proprio ad vtilitatem tantùm tertij : nam hoc caſu etiam plenam faceret probationem. ita not. tenet Paul. de Caſtr. *in l. ſerui not. C. de teſtib.* & *in l.* 2. §. *abſens. ff. ſi ex noxa. cauſ. ag.* & *in conſ.* 368. *incip. in Chriſti nomine,*

mine,amen.Viſis actis.& idē Dō. Abb.*in c.1.de teſtib.* vbi dicit,quòd vbicunq; principalis perſona, non eſt allatura commodum vel incommodum, laudem vel vituperium, nec aliqua affectione mouetur, quòd tunc poteſt eſſe teſtis etiam in facto proprio:quia tunc ſubeſt ratio,quare non debeat computari in numero teſtium:tamen hoc intellige, vbi non agitur de magno præiudicio:adde gloſſ.not. *in c dudum. el.2.in gloſſ.in verſic. decidenda veritate, de electio,* quæ dicit, quòd creditur ſoli prælato in his quæ ſunt de facto ſuo, ſicut creditur ſoli filio deponenti in facto ſuo, 4. *quæſt.* 3. §.*item ſeruus*, & *in l. interroganti. C de quæſt.* & idem tenet gloſſ. *in c. ex literis, de iureiur. in gloſſ.*1. licèt gloſſ. *in c. dudum* dicat, quòd conſuetudo ſe habeat in contrarium,tamen notabilis illas glo.inquantùm dicunt,quòd de iure debet credi vni ſoli deponenti de facto ſuo, de quo ſuperiùs dictum eſt. & adde quod idem voluit Paul. de Caſt. *in l. quicunque, in fi. C.de ſeru.fugit.* vbi dicit communiter vni ſoli deponenti de facto concurrentibus aliis indiciis debere credi, quia etiam vni ſeruo creditur, & ſi creditur vni ſeruo,fortiùs debet credi vni libero. & ſi dicatur quòd ſeruo creditur cum tortura:ſed liber homo non debet torqueri, reſpondet quòd illud contingit propter vtilitatem perſonæ ſerui,cui non debet credi ſine tortura.ſed tamen valet diſpoſitio hominis liberi ſine tortura.& hoc limita vt *in l iuſiurandi. C. de teſtib.* vbi dicitur,quòd non creditur vni teſti quantumcunque magna præfulgeat dignitate.& idem dicitur *in c. licèt ex quadam,de teſti.*nam dicit hoc eſſe verum, vbi teſtis deponit de facto proprio: quia tunc creditur vni teſti concurrentibus aliis indiciis,& gl.*in d.c.dudum* & *in d. c.ex literis* ſenſit iſtam opin.quod debeat credi vni teſti, quando deponit de facto proprio: quod tamen intellige verum, vbi ex tali facto ad eum non poteſt peruenire nec commodum, nec incommodum, nec laus, neque vituperium, per ea quæ habentur *in c. inſuper. de teſtib.* & idem expreſsè voluit Salic. *in d. l.*

ſi quis

ſi quis decurio, in 4. oppoſ. C. de falſ. ſed aduerte, quia contrarium voluit Innoc. *in c. cùm dilectus, cum glo. in verſ. reſponſiones, de accuſ.* & Bart. *in conſil. 2. inci. ſolùm intendo allegare in q. propoſita.* & no. Cyn. *in d. l. ſi quis decurio.* Ant. de Butr. *in c. cùm à nobis, in antepe. col. de teſt.* & vide Bart. *in l. ne in arbitris. ff. de arbitr.*

Quartò fallit in cauſa denunciationis, in qua quis poteſt eſſe teſtis in facto proprio, vt habetur *in c. in omni, de teſti.* quæ omnia ſunt valdè not.

REGVLA CCCCCXVI.

TESTIS non iuratus regulariter fidem non facit, vt *l. iuriſiurandi. C. de teſti.* & *in c. tuis, extrà, eod. tit. cum ſimilib.*

Primò fallit, quando deponit ſuper eo, quod eſt notorium, vt not. *in c. cùm cauſam, de coha. cleric. & mut.* dummodò deponat ad plenam iudicis informationem ſeu inſtructionem. quod etiam ſenſit Inno. *in c. pen. de poſtul. præla,* eſt gl. reputata ſing. *in c. 1. de pace tenen.*

Secundò fallit, vbicunque pars remitteret iuramentum, vt *in c. tuis & ibi eſt gl. not.* & gl. *in d. l. iuriſiurandi, C. de teſti.* & *in c. tertio loco, de probat. in gl. 2.* & gl. *in l. 1. in prin. ff. de fer.* & ibi hoc tenet Bart.

Tertiò fallit, vbi ſtatutum dat iudici arbitrium in procedendo, & iudex remittit iuramentum, ita tenet Bart. *in l. filiusfam. ff. de don.* licèt aliqui reprehendant

Fallit quarto, vbicunque Papa vel Princeps mandat alteri, vt ſe informet de certo negotio: quia tunc poterit ſe informare à teſtibus, etiam non iuratis, & non idoneis, vt eſt gloſſ. ſingul. *in d. c. 1. de pace tenen. & ibi Bald. in vſib. feudo.* quod tamen procedit, niſi ſit dictum quod diligenter ſe informet: qui tunc teſtis deberet iurare, & partes debebunt citari. ita dicit Bal. *in c. 1. de*

1.de controuerſ.inueſt. & meliùs *in l. neque natales.C.de probat.*& Feder.de Senis.*in conſil.*81.

REGVLA CCCCCXVII.

TESTIS ſocius criminis regulariter non admittitur, *vt in c.veniens* a, *de teſtibus. & in c.* 1.*de confeſſ.* & *in c. memini,* 15. *quæſt.*3. & not. gloſſ.*in c.cum P.Manconella,de accuſatio.cum ſimilibus.*

ADDITIO.

a In c.veniens. *Vbi vide Felin. & Lanfranc.* in repetit. c.quoniam contra, de probat. in verſic.teſtium,in 20.colum. verſic. vlteriùs dubitatur. *& Dom.Alexand.de Imol.* in conſil. 142.in vltim.colum.in fin.in 1.parte.

Primò fallit, quando recipitur ad præſumptionem faciendam: quia tunc benè admittitur, vt no. *c.* 4.*in gloſſ.fin.de teſti.* quam glo.ibi multum not.Dom. Abb. & idem Innoc.*in d.c. veniens, eod. tit.* pro quo allego glo. *in c.*1.*in verb.teſtis,extrà,de teſti. lib.*6. quæ dicit, quòd licèt particeps criminis & inimicus capitalis repellatur à teſtimonio, tamen admittitur ad præſumptionem faciendam,alleg.not. *in c. veniens.* & *in c.nemini.alleg.*

Secundò fallit, vbicunque particeps criminis fuiſſet emendatus de crimine,& ageretur ciuiliter: quo caſu admittatur etiam ad plenam probationem faciendam, ita notanter tenet Innocen. *in præalleg.c.*3. *de teſti.* vt dicit, quod emendatus de crimine admittitur ad teſtimonium, quando de crimine ciuiliter agatur, etiam ſi fuit ſocius criminis, quod eſt notandum pro limitatione *d.c.teſtimonium,* vt dicit Dom. Abb.ibi.

Ter-

Tertiò fallit, niſi ſit particeps criminis, & fuiſſet examinatus cum tormentis, ſecundùm Inno. *in praal-leg.c.3.* quo caſu ſi de crimine procedirur ciuiliter, probat ſecundùm Innoc. *ibi in ſua 3. lect.* vbi ſenſit, quòd ceſſante infamia tales teſtes examinati faciant plenam probationem. Doсto. ibi commnn. cum illa lect. Innoc. tenent, licet dicant eum diuinare, & ſuperiùs dictum eſt in ſocio criminis, videlicet, quod licèt non faciat plenam fidem, tamen faciat indicium ibi. & fortiùs eſſet dicendum in criminoſo, qui non fuit ſocius criminis, vt poſsit recipi in teſtem, ad faciendam præſumptionem, ita tenuit Card. Zabar. *in praall. c. 3. in fi.* & alleg. not. per gl. *in d. c. 1. de confeſſ.* & *in c. ſi quis propterea. 9. col.* quod dictum dicit eſſe ſingul. & menti tenendum.

REGVLA CCCCCXVIII.

TESTIS de credulitate deponens, audiri *b* non debet, neque probat, tex. eſt & glo. *in l. in ſumma, in §. item Labeo. ff. de acqu. plu. ar.* & arg. *l. teſtium. C. de teſt. §. ex eo.* ad hoc etiam quod not. Spec. *eo. tit §. 1. verſic. quid ſi deponitur de credulitate. & verſ. iam de integra,* ad fin. & Io. And. *in c. inquiſitionis, extrà, de accuſ. cum ſimil.*

ADDITIO.

b Audiri. *Adde Feli.* in c. quoties, de teſt. *& Cor.* in conſil. 108. incip. videtur. in litera O. in 1. parte. & in conſil. 27. incip. in præſenti, in litera F. *&* in conſ. 94. incip. viſo. in litera C. & H. in 3. part. *& Angel.* in conſil. 40. *& Bald.* in conſil. 295. *&* in conſil. 314. in 4. parte. *& Franc. Aret.* in conſil. 64. *& Dom. Alexan.* in conſil. 70. *& in*

70.& in conſil.72.*&* in conſil.100. *&* in conſil.113.in 1.par.*& Paul.de Caſt.*in conſil.194.in 1. part.*& Ludou.Roman.*in conſil.22.

Primo fallit in caſibus, de quibus per Can.*in c.quoties.de teſtib.*

Et primo, quando teſtis deponeret in factis notorijs & antiquis, vt ſi deponeret, quod iuſtitia maior fuit in tempore, vt not.*extra,de iuram.cal.c.pe.* per Inno. cum & tunc talis., ex quo vehementer opinatur ſic fuiſſe, lato præſumptio vocabulo dicatur ſcire, per id quod habetur *in l.ſi quis extraneus.*§. *1.ff. de acquir. hæredit.* ſecundum Io.de Imol.*in d.c.penult.*

Secundo fallit in his negotijs vel factis, in quibus admittitur de auditu teſtimonium, cum tunc admittatur teſtimonium de credulitate, vt *in d.c.quoties, extrà,de teſtib.* & *in l.ſi arbiter.ff.de probat.* & vt not. *in d.l. in ſumma.§.item Labeo.ff.de aqua plu.arc.*

Tertio fallit, quando facit teſtimonium ſuper his, quæ percipit ex peritia artis, vt not. per gl. & ibi per Batt. & Bal.*in l.ſolet.C.de teſtib.* de quo etiam *de proba. c.propoſuiſti.*

Quarto fallit, quoad præiudicium ipſius teſtificantis, cum eidem æquè præiudicet teſtimonium de credulitate, ſicut & teſtimonium de veritate, prout eſt gloſſ.nota.*in c. ex literis.* ad hoc quod nota.*in l.* 2. §. *quod obſeruari.C.de iuramen.calum.* & *in Speculat.in tit. de depoſito, ver.hoc.* & Ioan. Andre.*in c.inquiſitionis, extra,de accuſatio.*

Quinto fallit, quando teſtes deponerent de credulitate, quæ eſt coniuncta corpori: nam ex quadam violentia præſumptionis bene valet teſtimonium eius, qui dicit vidiſſe nudum cum nuda in eodem lecto, cum propterea credatur copulam interueniſſe: cum tunc admittatur teſtimonium de crudelitate, ad hoc *c.literas,extra.de præſumpt.* & per Io. Andr. *in d.c.* vbi hoc idem tenuit. & per Bal.*in d.l.ſolet.* & *in l.conuenticulam.C.de Epiſcop.& cler.* & *in l.ſi.C.de probat.*

Sexto

Sexto fallit, quando teſtis deponendo ſuper credulitate adijcit verba, per quæ colligitur de eius vera ſcientia, vt teſt, ſi deponendo ſuper mutuo, & reddendo cauſam, dicat, quia credidit ſic fuiſſe, cum fuerit præſens, vel viderit mutari: nam id quod ſcimus, poſſumus credere, vt voluit Io. Andre. *in c. præſentiam, in verb. ſyndico de teſt. in 6.* ſecundum Anto. & Imo. *in c. quoties, eod. tit.* vbi latiùs de his, per ipſos vide.

REGVLA CCCCCXIX.

TESTIS prælatus, ſiue alia perſona eccleſiaſtica in caſu Eccleſ. & ſinguli de vniuerſitate pro vniuerſitate admittuntur, vt *in c. inſuper* a, *de teſti.* & ibi Hoſt. & communiter Doct. & *in c. nuncius, de teſtib.*

ADDITIO.

a In c. inſuper. *Vbi vide* Felin. in 1. not.

Primò fallit, quando ipſe prælatus agitaret cauſam per ſe, vt expreſse patet *in d. c. inſuper. in textu.*

Secundò fallit, quando prælatus agitaret cauſam, ſiue per ſe, ſiue per œconomum, vel vicedominum: cùm tunc teſtis eſſe non poſſit, ſecundùm Ioan. Andre. *in d. c. inſuper, in Clement ſi via, de rebus Eccleſ. non alie.* & quæ not. per *Bart. in l. 1. C. de confeſſ.* ſecundùm etiam Inno. *in præallega. c. inſuper, extra, de teſtibus.*

Tertio fallit, quando ipſe prælatus ſolus in cauſa Eccleſiæ conſtituiſſet procuratorem ſeu ſyndicum, quia agitaret ipſam cauſam, cùm tunc non poſſit teſtificari, cum ſit in ea legitimus defenſor, vt tenuit Innocent. *in c. præſentium, eodem titul. in 6.* & Petr. de Anchar. 11 *quæſt. 2.* Dom. Anton. *in d. c. inſuper.* & ibi etiam Dom. Nicola. qui ad hoc adducit quod not. *extrà, vt lite non conteſta. c. 1.*

Quarto fallit in prælato Eccleſiæ ſeu Capellæ non col-

bi poſſent haberi paſcua vel nemora. nam tunc bene admitteres ad teſtimonium ſecundum eum vbi ſupra.

Secundo limitat idem Bald. *in l. parentes.* dicens procedere dictam opinio. quando homines illi vtuntur paſcuis illis gratis ſine aliquo pretio: quia bene hoc caſu repellerentur à teſtimonio: ſecus autem ſi ſoluerent pretium vſus paſcendi, vel ligna ſcindendi ipſi villæ vel vniuerſitati. & aſſignat rationem quare repellantur à teſtimonio, quando gratis principaliter percipitur vſus paſcuæ vel nemoris: quia ſinguli intelliguntur tanquam fatalis pars iudicij, hoc eſt dicere, quòd vtilitas principaliter concernit ſingulos, licet iura dicãtur eſſe vniuerſitatis, & in ipſam vniuerſitatem firmanda ſit ſententia reſpectu ſingulorum: vt *in l. ſi cui. ff quod cuiuſque vniuer nom.* quæ omnia bene nota. An autem dictæ perſonæ debeant admitti in criminalib. vide plenè per Docto. *in c. cum nun. de teſtib.*

REGVLA CCCCCXX.

TESTIS falſum teſtimonium deponens non ſolum eius dictum non valet, ſed etiam coram eodem iudice, coram quo falſum teſtimonium dixit, puniri poteſt, vt eſt text. *in l. nullum. C. de teſtib.* & ibi gloſſ. quam ſequitur Bald. etiamſi ille iudex eſſet alterius fori: vt etiam tenet Pet. de Ancha. *in c. ea quidem. de regular. lib. 6. in 24. quæſt.* & Freder. de Sen. *in conſil.* 88. licet in hoc vltim. communis opinio ſit in contrarium: vt tenet Ioan. And. *in c. verum. de foro competenti.* & ibi Abb. Sicu. & omnes. Doctor. cano. & etiam pro conſtanti tenet Paul. de Caſtr. & Raph. Fulg. *in d. l.* teſtium

teſtium.& Ang.*in l.ſi vacantia.C.de bon.vacan.in* 15. *q.in rep.*& Lud.Ro.*in l.2.ff. de iuriſdictione omnium iudicum.*

Primo fallit vbicunque teſtis diceret falſum circa ea quæ non concernunt ſubſtantiam negotii, ſed ſuper aliquo incidenti. Exemplum: Teſtis productus interrogatus eſt, an ſit pauper vel coniunctus, & ipſe ad vallandum eius teſtimonium dixit quod non, & in veritate erat eius conſanguineus vel pauper & probatur: tamen propter hoc non dicitur falſarius, nec debebit puniri de falſo, imo probat, vt ſingulariter patet per Angel. *in l. Lucius. ff de his qui not. infa.* quia iſta calliditas non debet nocere alicui. & etiam tenet Bald. *in c.ſi quis extra, de teſti.* non obſtat ſi dicatur quòd quia eſt mendax, non eſt ſibi credendum: quia reſpondet ipſe, quod mendacium non tangit illud, ſuper quo debet teſtificari, nec eius qualitatem: quia tunc bene vitiaretur eius teſtimonium, vt *in c. veniens. extra, de teſtib.* ſed illud concernit extrinſeca ab illo, ſupra quod debet teſtificari, &c. Subdit tamen ipſe Bald. quod talis teſtis debet puniri, quia callide locutus eſt, & ſic propter doloſum mendacium poterit puniri. Et iſtud ſcilicet quod teſtimonium eius non vitietur, ſequitur Bar. *in c.cum cauſam ſuper gloſſ fin. de teſtib.* & Innoc. *in c. fraternitatis. de hæreti.* vbi expreſſe dicit quod hoc eſt verum, etiam in inſtrumento continente falſum circa ea, quæ non pertinent ad ſubſtantiam negotii: de quo eſt confectum inſtrumentum. quod bene nota.

REGVLA CCCCCXXI.

TESTIS per verbum credo & non credo deponens *a* non probat, vt *in l.teſtium.C. de teſti.* & gl.*in l.iuſiurandum.ff.de iureiuran.*& gloſſ.*in* §.*ſi vero abſunt.in Authen.de hæred.& Fal.* Bald. *in l.* 1. *de ven.inſpi.*

ADDITIO.

a Non probat *Vide Felin.*in c.quoties.in prin. 2.col.verſi.gl.fin.de teſtibus.

Primo fallit ſi teſtis poſtea rationem congruam aſſignet: vt ſi teſtis dicat, Credo contenta hic vera eſſe: interrogatus de cauſa ſcientiæ, dixit, quia vidit & præſens fuit. ita not. tenet Bald. *in l. ſi ſeruus.* §. *quicunque. ff. de legatis* 1. & ſic magis debent attenti verba rationis, quam dicti in teſte. adde Cyn. idem tenentem *in d. l. teſtium. C. de teſti.* & Anton. & Butr. *in c. quoties. eodem titul.* qui per hoc dicebat, quod ſi teſtis dicat ſe ſcire & credere contenta in c. vera eſſe: ſicut etiam contra ſi dicat teſtis de actu, & poſtea interrogatis de cauſa ſcientiæ, reſpondit, quod credit ita eſſe, vt faciunt ſæpenumerò ruſtici. nam tunc non valet talis depoſitio, vt firmat Specul. *in tit. de teſt.* §. *iam de interroga & in fin.* & habetur per Ioan. Andr. *in c. inquiſitione, de accu.* & per eundem *in c. præſentium de teſt. in 6.* vbi dicit, quòd illud quod ſcimus poſſumus dicere quod credamus, non tamen econtra. pro quo facit quod habetur *in l. cum quidam.* § *quod dicitur, de acqui. hæred.* ſi tamen teſtis deponens per verbum credit, aliquid addat pro cauſa ſcientiæ circumſtantiarum, per quas reſultat præſumptio violenta; tunc valet dictum teſtis, vt puta ſi dicat, Credo Bertam commiſiſſe adulterium cum Titio & interrogatur de cauſa ſcientiæ dicit quod vidit ſolum cum ſola, vel nudum cum nuda in loco ſecreto. per id quod habetur *in d. c. in literis.* & *in c. illud. de præſum.* vel ſi dicat credo Titium eſſe filium Petri, interrogatus de cauſa ſcientiæ dixit; quia vidit illum naſci ex eius vxore in domo ſua: per id quod habetur *in l. filium diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* ſecundum Cyn. *in d. l. teſtium* & Specu. *in tit. de teſtib.* §. 1. *verſicu. item quid ſi depoſuit de credulitate.* & per Anton. de Butr. *in d. c. quoties.*

REGV-

REGVLA CCCCCXXII.

TESTIVM corruptio, ſi poſt ſententiam appoſita non fuerit, de ea in cauſa appellationis opponi non poterit: vt dicit Innocen. & Ioan. Andr. Imol. *in c. licèt* a *de proba.* & Bartol. *in l. diuus. ff. de re iudic.*

ADDITIO.

a In capi. licet. *Vbi vide latiſſimè Felin.* in colum. decima ſeptima. |

Primo fallit, quando ſententia non tranſit in rem iud. vt quia ab ea fuiſſet appellatum: cum tunc ſine dubio poſſit opponi de ea. vt *l. per hanc. C. de tempor. appellat.* item ſi eſſet lata in tali cauſa, in qua non tranſit in rem iudi. vt in cauſa matrimoniali: cum tunc ſimiliter de ea opponi poſſit & probari.

Secundo fallit, quando opponeretur de ipſa corruptione aliter facta, videlicet quando teſtes receperunt pecuniam pro dicendo falſo teſtimonio, quod dicere promiſerunt: & tunc poſſit opponi, vt per gloſſ. *in d. c. licèt.* & Bartol. *in d. l. diuus.*

Tertio fallit, quando opponitur de falſitate cum corruptione. nam de ea opponi, deduci, & probari poteſt, non ſolum antequam atteſtationes ſint publicatæ: ſed etiam poſt publicatas atteſtationes: imo & etiam poſt ſententiam, ſi ipſa ſententia tranſiret in rem iudic. vt patet in tex. *in d. c. licèt. de proba.* & in gloſſ: tunc enim poterit ipſa falſitas directè probari: cum teſtes deponentes ſuper ipſa falſitate cum corruptione, videantur deponere ſuper nouis articulis: *vt in c. fraternitatis.*

REGVLA CCCCCXXIII.

TESTIVM depoſitiones, quando recipiuntur pars citari debet, vt *in c. 2.* b *extrà de teſtib. & l. ſi quando. eod. tit. cum ſimil.*

ADDITIO.

b *In cap. 2. Limita etiam, vt ibi per Felin.* in 3. colu. verſic. modò aduerte. vbi ponit 14. not. limitationes ad hoc.

Primo fallit in caſibus, de quibus per Cano. *in c. in Nomini Domini. extrà, de teſtibus.* Et primo fallit, quando factum ſuper quo producuntur teſtes eſſet nototorium: cum tunc iudex poſſit teſtes recipere ad ſui inſtructionem parte abſente & non citata: vt voluit Innocen. *in c. bonæ. el. 1. extrà, de elect.* ſecundùm Dom. Anton. *in d. c. in nomine Domini.* quod tamen intellige, vt ibi per eum. & per Innocen. *in c. tua deſponſ.* & refert Bald. *in l. qui teſtamento §. per contrarium, de teſt.* ſecundùm not. per Innoc. *extrà de coha. cler & mulie. c. tua.* & ſecundùm quod not. per gloſſ *extrà, de elect. c. ad noſtram. el. 3.*

Secundo fallit, quando iudex vellet recipere teſtes pro informatione perſonæ ad dignitatem, ſecundum ipſum do. Anton. *in c. in nomine Domini.* & & ad hoc adducuntur quæ not. per. Innoc. *in d. c. bonæ* ad hoc quod not. Innocent. *in c. ſi extrà, de tranſlatione prælato.*

Tertio fallit, quando iudex procederet per viam inquiſitionis, ſecundum ipſum domi. Ant. *in c. in nomine Domini.* qui ad hoc adducit not. *extrà de accuſat. in c. qualiter & quando. § debet.* vbi Ioan. And. hoc tenuit Hoſt. & Anto. de But. ſed Ludo. Rom. *in ſing. ſuo. 265.* tenet contrarium, per rationem ibi per eum aſſignatam: licèt dicat practicam eſſe in contrarium,

videlicet, vt citatio ſit facienda de abſente, quod tenuit Bart. *in l. fi. ff. de quæſt.*

Quarto fallit in caſu *c. fin. de hære. in 6.* vbi caſus not. continetur de impotentia ipſius inquiſiti de hæreſi, cum taceantur nomina ipſorum teſtium: vt ibi eſt expreſſum, ſecundum domin. Nicol. *in d. c. in nomine Domini. extra de teſtibus.*

Quinto fallit, quando quis non audiret in ciuilibus alicui mouere quæſtionem propter ipſius potentiam: quia tunc, ne teſtes moriatur, poteſt petere à iudice quod teſtes clandeſtinè recipiantur ad futuram rei memoriam: vt voluit not. Hoſt *in c. quoniam. frequenter. circa prin. extra, vt lite non conteſt.*

Sexto fallit, quando periculum eſſet in mora, vt quando debitor eſſet ſuſpectus de fuga: cum tunc, ad hoc vt capi poſſit inducuntur teſtes contra eum, etiam eo non citato: vt voluit Barto. *in l. ait prætor §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. credi. per ea quæ ibi not.*

Septimo fallit, quando teſtator mandaſſet ſuper aliquibus ſtari dicto alicuius, quem dicit eſſe informatum de ſua intentione cum talis poſſit deponere de tali intentione: abſque eo, quod quis citetur, cum perſona ſua iam approbata ſit à teſtatore: vt voluit Bar. *in l. Pomponius. ff. de dot. præleg.*

Octauo fallit, in muliere, quæ examinatur in eius domo. cum poſſit recipi parte abſente, iuxta not. *in c. mulieres. de iudi. in 6.* circa quæ dic. vt ibi not. plenè. quo caſu valet eius dictum ſine citatione. iſtud eſt ſingul. dictum Barto. poſt Guiliel. de Cum *in l. ad egregias. ff. de iureiur.* quaſi ſit inhoneſtum partem ire ad domum mulieris: ſed Ludo. de Rom. *in quodam ſuo ſingul. quod habeo, in nume. 365. incip. fuit vnus Rex.* dicit quod licet iſtud dictum videatur pulchrum, tamen non videtur verum: quia ſicut mittitur notarius ſeu delegatus ad eius domum: vt *in c. 2. iudi. in 6.* ita debet eſſe licitum parti, de cuius præiudicio agitur & in contrarium allegat ipſe cauſam ſing. & vnicam

ſecun-

ſecundum eum *in l.2 ſui autem dignitas.C. de iur.cal.*& pro opinio.iſta allego gloſ. *in c.2.in verbo, idoneã de verſing.* quòd expreſsè tenet partim eſſe citandam ad domum mulieris, vt videat eam iurare.& mouetur per. *c.2. extrà eod.* vbi generaliter dicitur partem eſſe citandam ad videndum iurare teſtes.& dom. Abb. tranſit cum illa gl. quod tene menti.

Nonò fallit, vbi ſtatutum vel lex non exigit plenam probationem, ſed contentionem ſolitus argumenti: quoniam tunc poſſunt recipi teſtes ſine partis citatione. ita not. voluit Domin. de ſancto Gemin. ex mente Doct. *in c. fin. § fi. in 4. col. in fin. de homi. lib. 6.*

REGVLA CCCCCXXIIII.

TESTIVM examinatio, quando ſunt in longinquis partibus abſente, alteri committi poteſt. vt *c. cum cauſam.* a. *extrà de teſtib. l. 4. §. fin. de teſt.* & *l. ſi quis ex litigatoribus. ff. quemadmodum teſtã. aperi.*

ADDITIO.

a C.cum cauſam. *Vbi vide etiam limitationes & fallen. datas per Felin.* in pen. col. verſ. extra gloſſ.

Primò fallit, quando conſuetudo aliud diſponeret: vt *d. § fin.* & *d. l. ſi quis. per gloſſ. 3. queſt 9. teſtes.*

Secundo fallit, quando eſſet cauſa criminalis: cum tunc examinatio teſtium committi non debeat, etiamſi ſint in longinquis partibus, ſed ſunt ipſi teſtes examinandi in præſentia ipſius iudicis. *C. de fide inſtrumentorum. Auth. apud eloquentiſſimum. & Authen. de teſtib. §.* & *quoniam.* & de hoc vide gloſſ. *in clementina vnica. de officio delegat.* & *extrà de iudic. c. at ſi clerici.* & hoc etiam tenet Cyn. *in d. c. Authent. apud eloquentiſſimum.* & Ioan. Andr. *in c. 2. de iudi. in 6.* & dom. Anto *in d. c. cum cauſam. circa fin.*

REGVLA CCCCCXXV.

TITVLVM ſuæ poſſeſſionis regulariter quis dicere non tenetur. *l. cogi. C. de petitio. hæredi.* & *l. in ciuili. C. de fructib. & litium expenſ. & ibi not.*

Primo fallit, cum actor vult agere petitione hæredit. quia tenetur reus dicere an poſſideat pro hærede vel pro poſſeſſore, ad hoc, vt actor ſciat, an poſſit agere contra eum petitione hæredita. caſus eſt *in præallegat. l. cogi. de petition. hæredita.*

Secundo fallit in eo, qui poſſidet beneficium eccleſiaſticum, qui non poſſet licitè poſſidere ſine canonica inſtitutione *in c. 1 de regul. iur. in 6.* quia cogitur epiſcopo dicere, & oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, ſed non alteri priuato, veluti actori contra eum agenti: vt eſt caſus *in c. ordinarij. de offic. ordin. in 6.* & ponit Paul. de Caſt. *in d. l. cogi. in verſic. ſed extra, quæro, gl. oppo.*

Tertio fallit, niſi titulus proprietatis vel qualitatis poſſeſſionis eſſet neceſſarius ad fundandum iudicium agentis: quia tunc cogeretur dicere omnia iſta. de hoc eſt caſus mirabilis *in l. 2. ff. quorum legato.* & & iſtud audiui ſemel à domi. Ioan. de Proto. & primo videtur mihi, quod facit quod habetur *in c. ordinari de officio ordin. præallegato.* vbi habetur quod clericus tenetur dicere epiſcopo, ex quo titulo, & ex quæ cauſa, & quomodo poſſideat beneficium: licèt dicatur, quod loquatur ibi de rebus ſacris, ſecus in profanis: vt dixi *in 2. fallent.* quod tamen eſt ſingulariter notandum & limitandũ, niſi clericus poſſediſſet, & tenuiſſet per longum tempus 10. vel 20. annor. quia tunc non teneretur dicere, vt voluit Ioan. Andr. *in c. illud, de præſumpt.* & Bald. *in l. ſiue poſſidetis. C. de probationi.* & vide And. de But. *in c. ex literis, in 14. col. de reſtitutione ſpoliatorum.* qui ponit, an cogatur quis dicere titulum ſui beneficij. & an vaſallus cogatur dicere domino titul

ſuæ poſſeſſ. vide Bald *in l.1. C. de conduc. & procurat. libr.11.* & Iacob. de Alua. *in c.1. in vltim. colum. in princ. in tit. de controuerſ. inueſtitur.*

REGVLA CCCCCXXVI.

TITVLVM habens à malæ fidei poſſeſſore longo tempore non præſcribit: vt *in Auth. mala fid. C. de præſcrip. long. tempor.*

Primo fallit, vbicunque alienatio à principio fuiſſet bonæ fidei: quia tunc non habebit locum diſpoſitio d. Auth. ita tenet Angel. *in l. quæritur ff de vſuc.* allegans gloſſ. *in l ſi res in gloſſ. 1. verſicul. ſed dic quod bona. &c. ff de alien. iudic. mu. cauſa facta.* & iſta fuit limitatio Rycar. Malum & Cyn. *in d. Authen. mala fidei,* & hoc etiam ibi tenuit Angelus.

Secundo fallit, quando debitor alienat rem alteri hypothecatam: quia emptor bonæ fidei præſcribit aduerſus hypothecariam, dicens, quod alienans ſciuerit rem eſſe obligatam alteri, & ſic habuit malam fidem: quoniam d. Auth. loquitur de præſcriptione dominii, non autem de præſcriptione iuris hypothecæ. ita limitat Angel. *in d. l. quæritur, de vſucapio.* quæ limitatio fuit Iacob. de Areti. & Cyn. *in d. Authen. malæ fidei.* Specu. *in tit. de præſcrip. verſ. ſi debitor. & verſic. ſed nunquid hodie.* & Ioan. And. etiam ibi.

Tertio fallit, quando habens titulum à malæ fidei poſſeſſore non præſcribit dominium; vt probatur *in l. 3. ff. quod. met. cauſa:* per quam ibi notabiliter decidit Bald. *in vltim. col.* licet gl. aliud dicat.

Quarto fallit in præſcriptione, in qua non requiritur titulus, vt in præſcriptione ſeruitutis; vt *in l ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui ven.* ita dicit Ange *in d. Auth. malæ fidei. allegans gloſſ in c. ſi quis. de regu. iur. in 6.*

Quinto fallit, vbi procurator vendentis mala fide vendidit, ſed Dominus erat in bona. Exemplum *in l.*

qui fundum. §.*procurare.ff pro emptore.* quia emptor poterit præſcribere per *d.* §. *procuratore.* ita tenet Ludoui. de Roman. *in* §.*cum quis. l. Pomponius. ff. de acquir. poſſeſ.*

Limita etiam dictam regulam tribus alijs modis, de quibus habetur per Bartol. *in l. Pomponius.* §. *cum quis.* & per Angel. *in d. l. quæritur. de vſucap.* & per Bald. *in l. ancillæ z. de fur. in 2. col. & 3.* & fuerunt originales limitationes antiquorum, vt refert Cyn. *in d. Auth. malæ fide.* ſed Io. de Imol. *in d. l. quæritur.* reprehendit primam fallent. quæ habet, quod in vſucapione rei mobilis non habeat locum d. Authen. nam ipſe hoc reprehendit: quia ſi auctor meus mala fide rem mihi vendidit mobilem, furtum committit ideo vſucapere non poſſum, vt *d.* §. *quod autem.* ſed tu ſalua dictam fallentiam quia res mobilis mihi poteſt vendi mala fide, abſque eo quod furtum committatur, vt *in l. ſi alienum. per gloſſ. ibi. C. de furtis.*

REGVLA CCCCCXXVII.

Trebellianica hodie per teſtatorem detrahi prohiberi poteſt: vt tenet glo. *in Authen. de hære. & fal.* vnde ſumitur *Authen. ſed cum teſtator*, idem tenet glo. *Inſtit. ad Treb.* §.*fi.* Azo. *in ſumma. d. Authen.* licet contrarium teneat glo. *in d. Auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. fal.* & gl. *in l. cum allegas. C. eod. tit.* & Iaco. de Bell. diſputando. prima tamen eſt magis communis, quam tenet Cyn. *in d. Auth. ſed cum teſtator.* Doct. *in l. Marcell. in prin. ff. ad Trebellia.*

Fallit in Trebellianica filiorumq uia illam teſtator non poteſt prohibere: vt dicit ſing. Baldus *in l. iubemus. C. ad Trebelli.* quod perpetuo tene menti.

REGVLA CCCCCXXVIII.

Trebellianica per hæredem de relictis vniuer-

niuerſalibus regulariter retineri poteſt, vt per *totum tit. ff. & C. ad Trebell.*

Fallit cum hæres inſtitutus eſſet contemplatione fideicommiſſarij: quia tunc omnia reſtituere debet cum fructib. eo nomine non retenta quarta: vt eſt gl. ſingularis ſecundum Lud. de Rom *in l. fideicommiſſaria § fin. ff. ad Treb.* vbi dicit, illam à nemine fuiſſe ponderatam. ſed do. Ioan. de Imol. ante eum eam allegauit pro ſingulari *in l. cum filia ff de leg. 1.* & Bald. *in l. fideicommiſſaria. & in l. cum Polibius ff. de vſur.*

De litera V.

REGVLA CCCCCXXIX.

VASALLVS ſeu emphyteuto feudum ſeu emphyteuſim alienare non poteſt: vt per Doct. *in c. quæ in eccleſi. de conſti.* & *in l. 2. C. de iure emphyteu. & in c. potuit. de locat.*

Primo fallit vbi is, cui fit alienatio, vellet ſupportare omne grauamen. dictum eſt ſingulare Bart. *in l. nulli legali. de murile lib* 11. pro quo facit *l. 2 ff. ſol. matrim.* ſed Lud. de Rom. *in ſuo ſingul in num* 43. *incip. in iure ſunt regula &c.* tenet contrarium, quia dicit eſſe contra caſum *in c. 1. de duobus fra. de nouo inueſt. in vſibus feud.* vbi non poteſt vaſallus ſeruire poſt ſubſtitutum, neque alium ſubrogare, & ſi diceretur, quod non apparet ibi, quod voluerit ſupportare onera, reſpondit ipſe, quod ſubrogatus debet eſſe æquè idoneus vt *l. aggeres. C de ag. iur lib* 11. ergo ſecundum eum debet intelligi quod ea quæ promiſit, ſicut principalis promiſit, alias non haberet dubium.

Secundo fallit, vbicunque vaſallus vel emphyteuta vendit vel alienat ſaluo iure domini, vel eccleſiæ, & in

& in inſtrumento dicatur ſaluo iure domini, vel eccleſiæ: nam tunc vaſallus vel emphyteuta non cadit à iure ſuo. ita in effectu vult Bald. *in c.1. §. donare. in vlt. col. in tit. qualiter olim feudum alie. pot.* & vide Bald. *in tit. de pace Conſtan. in §. libellus. in 25. col.* & *in l. fin. C. de iure emph.* & vide d. Iac. de Alua. *in c.1. in princi. in antepen. col. in fin. in tit. de prohib. alien. per Freder.* & ibi Bald. *in §. fin. in prin. in 3. col. verſic. ſed pone pater.* & Iac. *in c. 1. in prin. in tit. quæ fuit prima cauſa beneficij.* dicunt quod licèt ſit dictum ſaluo iure domini, ſi tamen proceſſum ſit propter traditionem ſub illa forma, quod illa verba nihil releuant: quia cum non ſit denunciatum domino, clàm fieri videtur: & per conſequens, dominus videtur contemni. Item in præiudicialibus non iuuat aliqua proteſtatio ſi adiiciantur iſta verba, nec aliter, nec alio modo: quare tunc nihil videtur actum, & fortè non prodeſſet feudum vel emphyteuſis: nam conſtat quod non intendit alienare, nec poſſit eum hoc ſaluo, & non aliter, &c. iuxta not. per eum ſimiliter, *in l. ſi quid. C. de except.* & *in l. item Labeo. ff. famil. erciſc.* & argum. *l. ſi quis locuples. ff. de ma. te.* Et licèt iſta cautela verbotenus videatur bona, tamen Bald. *in l. vnica. in 16. quæſtio. C. de his quæ pœn. no.* videtur contrarium dicere: vbi dicit, quod licèt vaſallus dicat, Vendo & trado reſeruato conſenſu domini, & non aliter proteſtando, non releuat quare in primo facto requiritur licentia: quia traditio eſt facti, & ſic factum eſt contrarium proteſtationi. *C. de ſacroſa. eccleſ. per tot.* vnde non valet alienatio, & quamuis Bald. *in d. l. vnica.* non dicat ſaluo iure domini, ſed reſeruato conſenſu domini, tamen in effectu iſta vltima in idem reincidunt. & vide de hoc Card. Zab. *in c. 2. extra, de feud.* & d. Iacob. de Aluar. *in c. 1. in penult. colum. in princ. in tit. quæ fuerit prima cauſa beneficij. amit.* vnde ex prædictis patet, quod dictæ limitationes non videntur eſſe tutæ. imo, quod videtur verum: quare iſta verba ſaluo iure, vel ſaluo honore domini non releuant, quin per

iſtam alienationem vaſallus non priuetur feudo : vt ſingul. determinat Hoſt. & refert Ioan. Andr. *in c. ea te. de iureiur:* & idem etiam tenet Ludoui. de Rom. *in quodam ſingul.344. quòd incipit, tu hæres quòd ſi vaſallus, qui dicit, &c.* ratio eſt, quia proteſtatio cõtrario facto non releuat proteſtãtem: vt eſt caſus *in c. ſollicitudinem. de appell.* & *in c. cum M. Ferrar. de conſtitutio.* & *in l. cum in plures. in §. locator ff. loeat.* & plenè per Bart. *in l. non ſolum. in §. mortem. ff. de no. oper. nunc.* Requiritur enim conſenſus domini in alienatione feudi, primo quod recognoſcat ſuperiorem. Item ne ſibi præiudicetur: vt *in c. 1. de alie feud.*

Tertio fallit, niſi in inſtrumento dicatur hoc modo, Vendo vel alieno tibi, ſi non reuocauerit dominus: aliàs res ſit inempta. ita dicit Bart. *in l. ſi quis locuples. in fine ff. de ma. te.*

Quarto fallit, quando alienatio vel venditio fieret ſub iſta conditione, Vendo vel alieno tibi ſic, & in quantum de iure poſſum, & non aliter: quo caſu, licèt ſequatur traditio, tamen vaſallus alienans non cadit à feudo, ita tenet Iacob. de Broilo de Verona, *in ſua ſumma in tit. quibus modis feud. amit. ſub rubricella, ſi vendidit ſub conditione.* argum. *l. ſi motu poſt princ. de acquiren poſſ.* & *l. qui abſente. in §. 1.* & *l. cum fundus ff. de vi* & *vi* argum. & *l fin. § ſin autem. C. communia de l.* & pro hoc vide Bald. *in c. 1. in §. hoc quoque. in pen. colum. in titul de ſucceſſione feud.* niſi quando captio domini poſſit difficulter interuenire per corporalem traditionem, puta caſtri: quia vix dominus poſſet recuperare, quare dolus eſt in traditione, qui debet purgari per amiſſionem feudi: vt *in l. eleganter. ff. do dol. ma.* & ita dixit ſe conſuluiſſe, & ita etiam tenet Iaco. de Aluaro. *in c. 1. in princip. in penult. colum. circa principium. verſicul. ſed quæro, quid ſi vaſallus vendat,* & *c. in titu. de prohib. feud. alien per Freder. in vſibus feudorum.*

Quinto fallit, ſi vaſallus vel emphyteuta vendat ſub conditione, Si domino placuerit, per *l. ſi quis locu-*

 ples.

ples in fin ff. de man. teſt. & per *l. quintam, in princi. ff. qui & à quibus.* & ita dixit præfatus dom. Iacob. de Brotlo *in ſua ſumma, in d. titu. quibus modis feud. amittatur, in rubricella, ſi vendidit ſub conditione*, quem ſequitur Bald. *in titul. 1. § hoc quoque. in penult. colum. in titul. de ſucceſ. feud.* & d. Iaco. de Aluar. *in c. 1. in prin. in penult. col. in tit. de prohibita feud. aliena. per Fredericum.*

Sextò fallit, quando emphyteuta vel vaſalllus vendit perceptionem fructuum per ſe & ſuos hæredes: quo caſu non videtur, quòd cadat à iure ſuo: quia concedit vel vendit ipſam perceptionem, quæ eſt quid facti, non autem ius ſuum vendidit, ſcilicet, vtile vel aliud: vt probatur *l. neceſſario in § fin. coniuncta gloſſ. in verbi. tantum. ff. de pericu. & commod. rei vendi.* per text. cum glo. *in l. arboribus. § vſusfructus ff. de vſu.* & per id quod notat. Bald. *in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de pub.* & *in l. Aquilius Regulus ff. de do.* & not. Archi. 80. *diſt. in iudicatum. in prin.* vbi dicit quod poteſt concedi libertas laico ad locandum fructus ad tempus, vel aliter, per dictum c. iudicatum. & iſtud videtur tenere Bartol. *in l. codicillis. §. Inſtit. de leg. 2.* vbi dicit quod vendens fructus per centum annos, non videtur alienare: de quo vide ibi omnino. Sed aduerte quòd iſtud conſilium non videtur bonum. quia verum eſt quod quando venduntur ad modicum tempus, non eſt alienatio: vt in caſu *d. l. neceſſario*, ſed cum venderentur fructus pro longo tempore, ſic videtur alienatio, ſecundùm Bald. *in l. voluptatis, verſ. ſed quid ſi vaſallus. C. de fideicomm.*

REGVLA CCCCCXXX.

VENDERE rem ſuam *a* nemo compellitur: vt *l. nec emere. C. de iure delib.*

ADDITIO.

a Suam. *Vide Felin.* in c. 1. de Iudæis & Saracenis.

nis.in 1.colum.ibi vlti.no.*& per Fran. Aret.* in l. ſeruus communis de vulg.& pup.*& Par.de Put.* in tract.ſynd.in verb.iudic.*& dom.Pet.Phil.Cor.* in conſ.15.incip.in hoc in plu.in 3.par.*& Franc. Ar.*in l.non eſt.C.de iud. delib.*& quod per d. Iaſ. May.* Inſtit. de act. in princ. nu.2. & num. 4.

Primò fallit, ſi vellem prope me territorium habentem compellere ad mihi vendēdum de ipſo quod poſſidet, aliquid pro furcarum erectione; quia homines meos iure dilectionis coercere etiam poſſum: vt determinat Io.An.in additio. *Spe. in rub.de acc.* argum. *l ſi quis ſepulto* & *l.ſi locus.*§.*fi.ff. quemadm. ſer. amit.* in quibus ſunt iſtæ duæ fallentiæ.

Secundò fallit, ſi velim colonum meum portionem ſuorum fructuum vendere volentem compellere ad mihi videndum, quia poſſum iuſto pretio, tex.eſt ſing. *in l.*1.*C.de meta.lib.*11.

Tertiò fallit, etiam ſi vellem eundem colonum compellere ad mihi dandum portionem ſuam fructuum ex his fructibus, quos in fundo meo percepit, quod intellige, quamuis offerat ſe paratum dare de alijs æquè bonis. item intellligitur, ſi habet facultatem dandi de primis, caſus eſt not.*in d.l.prædiorum,C. de agric. & cenſ.lib.*12.

Quartò fallit, ſi eum qui mihi donauit maximam partem ſui fundi, compellere vellem ad vendendum reſiduum. *l ſancimus.* §.*vendidit.C.de dot.*

Quintò fallit, ſi vellem ſeruum communem manumittere, & vellem compellere ſocium ad vendendum eius partem:*l.*1.*C. de commu. ſeru. manu.* & *l. ſi ſeruus communis,de vulg & pup.*

Sextò fallit, ſi cohæres cohæredem, qui emerat rem hæreditariam obligatam creditori diſtractam, vellet compellere iuſto pretio ad rem illam communicandã, vt caſus eſt ſing.*in l fi.*§.4 *ff.de leg* 2.ſecundùm Lud.de Ro.*in d l.*2. ſed dicam, quòd ille caſus mirabilis procedit,

cedit, quia ibi erant coniuncti per legatum vel fidei-commiſſum, alias eſſet ſecùs.

Fallit 7. in fundo communi legato Eccleſiæ, vt per Bal. ſing. *in l. 1. C. de communi ſeru. manu.*

Fallit 8. quando locus eſt coniunctus mõnaſterio, puta aliqua domus, & monachi volũt extendere dormitorium, nec aliter poſſunt, niſi conceſſa illa domo vicini: quia tunc dominus compelli poteſt ad vendendum. Ita dicit Ioan. de Ana. *in c. apoſtolice. extrà, de iud.*

Fallit 9. in alio caſu quotidiano, ſcilicet, quando aliqua eccleſia eſt ædificanda vel ampliãda: quia tunc loca vicini poſſunt diſtrahi & vẽdi eccleſiæ inuitis dominis, vt per Guilielm. & Flo. *in l. ſi quis ſtipulationem. ff. de relig. & ſum. fu.* & *§. locum. eodem titul.* Bald. & Ange. *in l. 2. ff. ſolut. matrim.*

Fallit 10. quia debitor fideiuſſorem, vel poſteriorem creditorem, qui emerat rem obligatam à creditore diſtractam, compellere poteſt ad rem illam reddendam ſibi refuſo pretio. *l. cum ſecunda.* & *l. cum poſterior. ff. de diſt. pigno.* & *l. 1. C. de dolo.*

Fallit 11. *in l. fin. § 5. & §. maximus ff. de pub.*

Fallit 12. in caſu *l. apud eos. ver. ſi ab eo autem, de debit. ciuita. lib. 12.*

Fallit. 13. in caſu *l. Impera. C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſc. libri 12.* ſecundum lectur. *in l. Luci §. idem reſpondit ff. ad municip.*

Fallit 14. ſi reſpublica velit compellere ciues ad emendum frumentum, quòd habet ſuperfluum, vt *l. 1. C. vt ne lic. in empt. ſe exc. libr.* 10. vbi eſt tex. ſing. ſecundum vnam lecturam.

Fallit 15. quando compellitur ciuitas habens magnam copiam frumenti tempore penuriæ ad vendendum illud ipſi ciuitati, & pretio viliori. text. & *in l. ſcribentes §. ſi quid inchoari. ff. de vſufruct.* per nota. *in l. 1. C. de epiſcop. audi.* & *in l. §. 1. cura ff. de offic. præfect. vrb.* & *in l. fin. C. ad l. Iulia. de annona.* & *in c. 1. extrà de emptione & venditione.*

Fallit

Fallit 16. in caſu *l.* 1. *ff. de priuileg. credi.* ſecundum Ludouic. de Rom. *in d. l.* 2. ſed ille text. parum facit. & *in d. l.* 1. vt infra dicetur.

Fallit 17. ſi vaſallus velit venire feudum paternum: quia cogitur pro pari pretio vendere agnato proximiori, vt *in c.* 1. §. *ſed res, per quos fiat inueſti. in vſib. feud.* ſed hoc ius durat per annum, per text. ſingul. *c. Titius. el.* 1. *ſi de feudo fue. contro. col.* 10.

Fallit 18. in caſu *l.* 1. *& l. quiſquis. C. de omni agro deſer. lib.* 11.

Fallit 19. quia finito tempore conductionis poteſt conductor compellere rempubli. relocare volentem ad ſibi relocandum pro æquali penſione. *l. congruit.* & *l. prædia.* §. *final. de lo. prædi. ci. C. libr.* 11.

Fallit 20 in caſu *ca.* 1. *extrà de loca.*

Fallit 21. in caſu *l.* 1. *C. de vend. rerum fiſcali. lib.* 11. & *l.* 1. *C de reb ali non alien.*

Fallit 22. in caſu l. iubemus. & *l. Zenonem. C. de aduoc. diuerſo iud.* ſecundùm Ludou. de Rom. *in d. l. licèt.*

Fallit 23. in caſu *l. licèt.* & *l. neceſſariò. ff. de in diem addictio.*

Fallit 24. vt per Barto. *in l.* 1. §. *permittitur. ff. de aqua quoti & æſtiua* & *in d. l.* 1. *ff. de priuil. cred.* & per eundem *in l. ſi modo à Titio ff de verbor. oblig.* & per Bald. *in c.* 1. *quemad. feu. ad fin. pertine. in vſib. feud.* quia conſanguineus eius, in cuius perſona eſt finita emphyteuſis, dominum iterum emphyteuſim dare volentem compellere poteſt ad dandum ſibi, pro hoc faciunt plura ex dictis: licèt contra faciat dicta *l. nec quicquam.* & *l. dudum. C. communia de ſucceſſ.*

Fallit 25. in caſu *l penult in fin. ff. de acti.* quem not. Ang. *in l. non amplius. ff de lega.* 1.

Fallit 26. *in caſu. l.* 2. §. *dominiorum ff de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* & §. *ſed & maior, Inſtitut. eod.*

Fallit 27. quia per nimiam ſeueritatem regiminis poteſt dominus ad rem ſuam vendendam compelli, & ſic iuriſdictione priuari, vt arg. dictorum iurium in eiſdem concludit Bald. pro quo facit *l. ex parte. ff. de*

adim.leg. & *c. literas, ad fi. extrà, de reſtit. ſpol.* & eſt tex. ſing. *in c.* 1. §. *qui tenet, de pac. tenen. alias eſt* §. *quicunque.*

Fallit 28. in caſu *l. cùm fundus.* & ſic in fundo *ff. de iur. dot.*

Fallit 29. ſi poſtquam vendidi partem fundi pro indiuiſo, ille eſt mihi in totum adiudicatus: quia poteſt compelli emptor ad totum emendum. *ff. de act. empt. in l. Iulianus. ff. commu. diui.* §. *fi.* & vide gloſſ. *in d.* §. *Celſus.*

Fallit 30. in caſu *l. qui tenet caſtrum. C. de feu. lib.* 12.

Fallit 31. in caſu *Auth. de alie. & emphy.* §. *ſi verò.* ſecundùm prædictum.

Fallit 32. in caſu *l. vſuras coniuncta gloſſ. C. de ſolut.* vbi eſt gloſſ. ſingul. quòd creditor compellit debitorem promittere alio loco ſoluere, ſi in eo loco, quo ante promiſerat, ſecuritatem non trahit mora.

Fallit 33. in caſu §. *quod ſi commodè, Inſtitut. de offic.* & *in l. ad officium. C. communi diuidun.*

Fallit 34. in caſu *l. item nihil. C. commu. præd.*

Fallit 35. in caſu *l. ſeru. ff. de ſeruitutib.*

Fallit 36. in caſu quem not. Bald. *in l.* 1. *ſolu. matrimon.* in ſcholare, qui poteſt compellere dominum domus ad locandum illam, ſi aliam commodam non reperit. & fuit dictum Guliel. *in l. decernimus. C. de Epiſc. & cler.*

Fallit 37. in caſu *l.* 2. §. *deuenimus. ff. de nundi.* vbi eſt text. ſing. poſſe compelli agricultorem ad portandum victualia in ciuitate, vt vendantur.

Fallit 38. in caſu *l.* 2. *C. in quib. cauſ. ſerui pro præmio liber.*

Fallit 39. in caſu *l. Pomponius.* §. *verberatus, verſic. itē ſi fortè. ff. de rei vend.* & *l. Lucius ff. de euict.* & *l. Titius, de pollicitat.* & *l. ſi priuatus. ff. qui & à quib.*

Fallit 40. in caſu not. per Dyn. & Doct. *in l. ſi cum dot.* §. *tranſgrediamur. ff. ſol. matr.*

Fallit 41. in caſu *l. ſi quis mores,* §. *Imperatorem. ff. de execut. tut.*

Fal-

Fallit 42. in caſu notabili *c. placuit.* vbi eſt caſus ſingul. de iudice Eccleſiaſtico & laico, qui diu litigauerant ad contractum concordiæ, ſecundùm Dom. Anton. *in c. 1. in fin. de mut. petit.* adde etiam *l. æquiſſimum. ff. de vſu & habit.* & ita habui de facto, & fuit obſeruatum.

Fallit 43. in caſu. *l. ſi quis homicidij C. de accuſ.* quam ſententiam not. Bartol. *in l. ſi vim. ff. eod. tit.* vbi vide.

Fallit 44. in caſu *l. 3. §. 1. ff. de recept. arbitr.* vbi ſingul. dicitur electum in arbitrũ inter compromittentes non compelli ſuſcipere compromiſſum, quod nota ad limitationem *l. 3. §. tamen. ff. de arbitris.*

Fallit 45. in caſu Authent. *hoc iuſſu. C. de ſolutionib.*

Fallit 46 *in caſu l. 1. C. de collat. æris. libr. 19.* & *l. vlt. C. de agric. & cenſ.*

Fallit 47. in caſu *l. 1. C. de metal lib. 12.*

Fallit 48. in caſu *l. pen. in fin. ff. de alien. iud. mutan. cauſa fact.*

Fallit 50. in caſu *l. ſi fundum. cum l. ſequent. ff. manda.*

Fallit 49. in caſu *l. vnde quæritur. ff. commod.* & *l. is qui rem. ff. loc.*

Fallit 51. in caſu *l. 1. §. furti. ff. nau. capo. ſta.*

Fallit 52. in caſu *placuit. de eo. qui finem fecit agnato de feudo paterno*, vbi notarius cogitur pati ſe rogari de inſtrumento, & ita declarat Ioan. Andr. in addit. *Spec. in rubr. de edi. inſtrum.* & *in l. qui teſtamento, in fin. ff. de teſt.* & Bald. *in rubr.* ſed hoc limita, niſi in aliquo officio ſteterit per quinquennium. *C. de tabulariis lib. 10.* vbi caſus eſt ſingularis. ſecundò niſi factus fuerit prælatus, aut aduocatus, aut clericus, & hoc pater *c. 1. de ſimonia lib. 6. in text. & in gloſſ.* ſecundo patet, *in c. ſicut extrà, ne clerici vel monach.* & *c. vt officium. §. ad deſcribendos, de hæret. in 6.* per locum a ſpeciali. & eo caſu, quo compelli poteſt, ſi non vult conficere, repellitur a dicto officio, vt ſing.

deter-

determinat Bald, *C. de poſtul. l. prouidendum*, per illam regulam.

Fallit 53. in caſu, quem habes per gloſſ. ſingu. *in 2. dict. c. ſi cum el. 2.* dicentem pauperibus per denunciationem factam ab epiſcopo poſſe compelli diuitem ad præſtandum eleemoſynam.

Fallit 54. in caſu *l. fin. §. cum ibi not. per Bart. ff. de pig. actione.*

Fallit 55. in caſu *l. ſi decem. § fin. ff. ſolu. matr.* & *l. ſi fundum per fideicommiſſ. de leg. 1.*

Fallit 56. in caſu *l. quamuis. C. de pig. actio.*

Fallit 57. in caſu *l. ſancimus. C. de aduo. di. iu. l. 2. in fin. C. de proxi. ſacro. ſcrip. lib.* 12. quia nobilis vnius partis compellitur ad præſtandum patrocinium, quam declara, vt per Bartol. *in l. proxima. ff. de his quæ in teſtam. delen.*

Fallit 58. in caſu *l. Paul. ff. de ſo.* quos caſus tene menti; quia poſſunt de facto occurrere, & per te potes, ſi occurrerint, alias fallent. addere, de quibus Lu. de Roma, & Angel. & *l. 2. ff. de ſol. matrim.*

REGVLA CCCCCXXXI.

VENDITIO vltra dimidiam iuſti pretij regulariter non valet a *l. 2. C. de reſcin. vendi. cum ſimil.*

ADDITIO.

a Non valet. *Vide Bald.* in conſil. 386. *&* in conſil. 108. in 1. par *& do. Pet. Phi. Cor.* in conſil. 284. inci. copioſe. in litera E. in quarta part. *&* in conſil. 166. incip. circa. per totum. in 2. part. *&* in conſil. 201. inci. viſis. in litera B. in 3. part. *&* in conſil. 56. incip. conſuluit. per totum. eadem parte.

Primo fallit, vbicunque inſtrumento dicatur quod quis vendit rem pro tanto, & illud plus quod valebat dedit & donauit emptori. Ita tenet Barto. *in l. ſi quis cum aliter. ff. de verbor. obligat.* quod habet locum etiam in habente errorem rei; vt not. Barto. *in d. l. 2. in* 4. *col.* & ſequitur ibi eum Bald. *in l. cum filius. §. pater. de lega.* 2. & idem tenet Ioan. de Imol. *in c. cum contingat.* 35. *chart. de iureiur.* Pet. de Ancha. & Innoc. *in d. c. cum contingat.* dicunt hoc eſſe verum, quando in inſtrumento diceretur. Et illud plus quantumcunque ſit: quia tunc per verbum, quantumcunque, non habebit locum remedium d. l. 2: vt ibi per eos. iſtud fuit de mente Guilielm. *in l. ſi tibi* 10. *in princi. ff. de pact.* vbi text. not. *in l. fin. §. idem quaſiuit. & ibi Bart. ff. de cond. indeb. & ibi Bald.* & *in rub. C. de contrahen. empt.*

Secundo fallit, vbicunque venditio facta eſſet cum decreto iudicis *l.* 1. *C. de prædijs curia, lib.* 10. quã ad hæc quæ ibi ponderat Barto. *in verbo immoderatus venditor.* & *emptor iniuſtus inuenitur:* ſed contrarium tenuit Ioan. de Imol. & Ludou. de Rom. *in d. l. ſi quis cum aliter.* per text. *in l.* 2. *C de fide inſtr. & iure haſt. fiſc. lib.* 10. vbi propter iniuſtum pretium venditio reſcinditur & tamen in illo contractu interuenit decretum iudicis requiſitum, vt ibi, iuncta *l.* 2. *C. ſi propter publicas pœn.* quia alias ſequitur, quod re vendita per minorem cum decreto non poſſet peti reſtitutio in integr. *l. ſi quidem. C. de prædijs mino.* &c. Adde tamen, quod cum opinione Bart. concordat Ang. *in conſil.* 348. *incip. tutor vxoris, in fine:* & idem tenuit ipſe *in l.* 1. & idem tenuit Bald. *in l. eadem.* & *in d. c. cum dilectis, de empt. & vendit.* ſed eandem opinionem tenuit Bartol. *in l.* 1. *C. de praſcrip.* 30. *annor.* ſed vt idem dicit Barto. fuit defectum circa iuſtitiam pretij, & ſic reſcinditur, & idem etiam tenuit Imol. *in d. l. pretia rerum.* & Bald. *in repet. d. l.* 2. *in verb. ſuper quanta. C. de reſcin. ven.* Abb. *in d. c. cum cauſam.* vbi per hæc alleg. *l. magis. §. penult. ff. de verbor. obligat.* & *in c.* 1. *de rebus a-*

 lien.

lien. non alienan. libr. 6. & iſta pars de iure videtur verior

Tertio fallit, quando venditio eſſet facta ad publicum incautum. Angel. *in repet. l. ſciendum. in 6. col. ff. de verbor. obligat.* per text. not. *in l. C. de præd. cur. libro.* & idem tenuit. *in d. l. pretia* & *in l. 1. C. de præſcrip. 34. annor.* per text. ſing. *in d. l. 1. C. de præd. cur.* Barto: tenuit contrarium. *in l. 1. C. de præſcrip. 30. anno.* per tex. *in l. ſi quos. C. de reſcin. vend.* Lud. de Roma. idem tenuit *in d. l. ſi quis. cum aliter.* ſed Ang. *in præalleg. l. pretia,* reſpõdet quòd ibi clare probatum fuit, quod fraus & ambitio interuenerint in ſubhaſtatione, quæ tamen reſponſio violat. *d. l. ſi quis cum aliter.* & ideo teneo opin. Bart.

Quarto fallit in adiudicatione inſolidum facta creditori per iudicem, quæ habet vim quaſi traditionis, vt *l. à D. Pio. §. pignor. ff. de re iud.* Bal. *in l. ordo. C. de execut. rei iud.*

Quinto fallit in venditione facta per alium, quam per dominum, puta per procuratorem: quia tunc non requireretur quod eſſet deceptus in dimidia, ſed ſufficit quod ſit deceptus in ſexta parte totius, vt ſingul. voluit Bartol. *in l ſi ſocietatem §. arbitrorum, in 6. col ff. pro ſoc.* iuncta l. *vnde ſenat: eod. tit.* quod tamen non firmat, ſed contrarium tenuit Ludou. de Roma, *in d. l. ſi quis cum aliter.* per *l ſi voluntate. C. de reſcind. vendit.* per quam l. ita tenuit Ioan. de Imol. *in d. c. Quintaual. in 6. q.* & idem tenet Do. Abb. *ibi in 2. art.* & Imol. *in d l. ſi quis arbiter. in fin. ff. de verb. oblig.* Abb. *in d. c. cum cauſam.* quia imputari debet domino, qui talem procuratorem elegit, argu. *l cum mandato. §. fi. de mino* circa quod vide etiam per Bal. *in repet. d. l. 2. in 4. colum.*

Sexto fallit, vbicunque facta eſſet venditio in minus, quam ſit dimidia iuſti pretii: cum hoc, vt pretium conuentum non ſolueretur, paciſcatur vt ſuppleatur iuſtum pretium, ita tenet Bal. *in c. qualiter, de appell. in prin.* per rationem, de qua ibi per eum

Septi-

Septimò fallit, quando quis eſſet grauatus à teſtatore de vendendo fundum Sempronio, & vendidit minus, quàm eſſet dimidia iuſti pretij: nam tunc non habebit locum dicta regula, quod intellige tamen, vt ibi per Imol. & Bald. *in l. ſi fideiuſſori. §. meminiſſe, per illum textum. ff. de legat.* 1.

Octauò fallit in contractu tranſactionis, vt tenet glo. *in d. c. cum cauſam.* & ibi hoc tenet Imol. Innoc. de Io. And. Pet. de Anch. & Spec. *in titu. de empt. & vend. §. nunc videndum. ver. reſtat.* Guilie. de Cug. *in l. ex cauſa. C. de vſuc. pro empt.* Bal. *in l. ordo. C. de exe. rei iudi.* & *in l. 3. §. 1. ff. de tranſ. & ibi gl. in verbo, debere.* Bald. *in l. fi. §. 1. in prin. C. communia de leg.* & idem *in l. 1. in 2. colu. C. de pact.* & eſt text. optimus *in l. in ſumma, in princ. in verbo, nulla res, & ibi not. ff. de cond. inde.* ad idem text. *in l. à diuo Pio in §. pign. ibi, veluti, &c. ff. de re. iu.* & *in l. ſi ſuper. iuncta leg. 2. C. de do.* ſed Bartol. *in d. l. ſi quis cum aliter.* tenet contrarium, dicit tamen, quòd haberi debet reſpectus ad æſtimationem dubij euentus litis, ſuper qua tranſactio eſt facta, & non ad veram æſtimationem rei, & ita intelligit gloſſ. *in d. Lucius. ff. ad Trebell.* & idem tenuit Ray. Bart. & Angel. & Imol. & Ludo. de Rom. *in d. l. ſi quis cum aliter.* & Ioannes de Imol. *in d. c. Quintauallis, in 6. chart. de iureiuran.* Card. & Abb. *in d. c. cum cauſam. de empti. & vendit.*

Nonò fallit in contractu feudi, quia feudum ſapit naturam gratiæ, vt not. in Spec. *in tit. de feud. §. nunc videndum ver. ſed nunquid refert* Bal. *in d. l. 2. verſi. an habeat locum.*

Decimò fallit in contractu emphyteutico: vt dicit Spec. *in d. verſ. §. nunc videndum,* ſed Bald. tenuit contrarium, & benè, *in d. l. 2. verſ. ſed nunquid.* & eſt ratio, quia ille contractus emphyteu. ſimilis eſt locationi: vt *in §. adeò. Inſt. loca.* in qua conſtat remedium d. l. 2. habere locum etiam in omnibus contractibus bonæ fidei: vt ibi per gl. & Doctor.

Vndecimò fallit, vbi ſuper contractu interueniſſet iuramentum ex certa ſcientia: vt not. Bald.

in l. quæ ſub conditione. §. 1. ff. de condi. inſtit. niſi aduerſarius eum induceret ad iurandum ſuis perſuaſionibus: quia tunc non obſtante iuramento à tali ſcientia retractari poteſt venditio quantumcunque iurata, ſicut etiam poſſet retractari, ſi interpoſitum eſt per errorem facti: vt colligitur ex not. tex. *d. l. 2. verſ. nonò quaro.*

Duodecimò fallit, vbicunque quis renunciat beneficio illius l. quia renuncians eſt ſimilis ſcienti. *l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de adi. adic.* niſi renunciatio proceſſerit ex renunciantis ſimplicitate, vel facilitate, nam tunc non præſumitur ſcientia, ſed error niſi talis renuncians appareat certificatus de beneficio d. ita not. dicit Bald. *in d. quartò l. 2. verſ. quaro.* ſi autẽ renunciaret omnibus beneficiis, talis renunciatio non porrigitur ad renunciationem illius l. & de materia vltra prædicta vide Bartol. *in d. l. ſi quis cum aliter*, vbi etiam ponis, añ remedium d. l. 2. habeat locum in tranſactione, in qua quis fuit deceptus, vltra dimidiam iuſti pretii. & communis concluſio eſt quod ſic. & vide etiam plenè per Bal. *in repetit. d. l. 2.* & circa iſtã tranſactionem vide, & adde dato quod ceſſaret remediũ d. l. 2. tamẽ ſi apparet contra me totam eſſe litem, ſuper qua tranſigendo deceptus ſum, tunc tranſactio eſt ipſo iure nulla, text. eſt notat. *in l. in ſumma, de condi. inde.* & præd. adde quod remedium d. l. 2. non tantum competit venditori, ſed etiam emptori, vt not. gloſſ. *in præalleg. l. 2.* & ibi not. tenet Bart. & Bald. & etiam creditori, vt ſi res obligata ſit vendita vltra dimidiam iuſti pretii, vt eſt gloſ. not. *in l. vendi. §. 1. ff. de bon. autor. iud. poſſeſ.* ſecùs autem ſi ipſe creditor illam rem in ſolutum accepiſſet, & iudicis auctoritate, vt Bal. *in l. 1. C. de exec. rei iud.* & de materia vide plenè per Cano. *in c. cum cauſam de empt. & vendi.*

REGVLA CCCCCXXXII.

VENDITOR nolens de euictione teneri ad pretij

pretii reſtitutionem tenetur. *l. emptor. §. ibidem ff. de act. empt.*

Primo fallit, quando dixiſſet ſe nolle teneri de euictione, ſi res euincatur per talem cauſam, puta libertatis: nam ſi euincatur res, non tenebitur etiam ad pretii reſtitutionem, vt eſt gloſſ. ſingul. *in l. qui libertate. ff. de euicti in princip.* & not. Bald. ibi & Salicet. *in l. 1. C. de peric. & commod. rei vend.*

Secundò fallit in iudicio fam. erciſc. vt eſt gloſſ. ſingul. *in l. ſi quis familia. C. fam. exerciſ.* & not. Ange. *in l. 1. C. de confeſſ.* & Bal. *in l. antea. C. de omni agro deſerto, lib.* 11.

Fallit 3. quando eſſet actum ex vtraque parte, vt neuter teneretur, per d. gl. *in l. ſi quis familia.*

Fallit 4. quando eſſet dictum, quod nullo modo teneretur, vt *in l ſi dubitetur. C. de euict.*

REGVLA CCCCCXXXIII.

VENDITOR an & quibus caſibus de euictione non teneatur.

Primus caſus eſt quando emptor ita & taliter ſe impediuit: vtputà, quia egit perquirendo, an aliquis alius eſſet dominus rei, & ſic ſibi fuit euicta, nam tunc non poterit agere de euictione, tex. eſt cum gloſſ. not. *in l ſi dictum. §. ſi cùm poſſet. ff. de euictio.*

Secundus caſus eſt, quando venditur vniuerſitas rerum, & aliquæ res euincuntur; nam venditor non tenetur de euictione; caſus eſt *in l. 2. C de euictio.*

Tertius caſus eſt, quando ſcienter emerit rem alienam; nam non poterit agere de euic. nec etiam ad pretium. *l. quæritur. §. fin. ff. de ædil. edict.* tamen fiſcus vendicabit pretium à venditore, gloſ. & not. quam ad hoc & not. quam allegat Paul. de Caſtr. *in l. ſi quis familia, in 3. oppoſi. ff. familiæ erciſc.*

Quartus caſus eſt *in l. ſi prudentiam. ff. de euict.*

REGVLA CCCCCXXXIV.

VENDICANS rem ſuam, poſſeſſori pretium, quod alij ſoluit, auferre non videtur. *l. ſi mancipium. C. de rei ven.* & ibi Paul. de Caſt.

Primò fallit, vbi fuit conuerſum in vtilitatem, vt *l. empt. ff. de rei ven.* & no. Paul. de Caſtr. *in d. l. ſi mancipium*, & not. *in l. 1. §. 1. quod met. cauſa. in verbo, eccleſ. in gloſſ.*

Secundo fallit, vbi pecunia eſſet ſoluta per vendicantem, quia tunc amplius illam petere non poſſet, ſi ille recipiens erat in bona fide: vt eſt caſus ſing. & ibi Paul. de Caſt. not. *in l. ſeruus ff. de condi. indeb.* idem tenet Pau. de Caſt. *in l. inciuile. ff. de fur.* vbi omnino vide.

Tertio fallit, niſi ille poſſeſſor emiſſet rem à fure animo dandi ipſam domino, vt nota. ſing. Bald. *l. 1. C. de nego. geſt. verſic. ſed quid ſi ille, qui rem emit à furte bona fide poſtea vendidit, an poteſt ei dominus rei condicere ſaltem illud pretium, quòd poſtea vendidit, dic quòd non*, vt notat. poteſt colligi ex his quæ nota. Paul. de Caſtr. *in l. cum ſeruus. in 2. colum. 3. quaſtio. principali. ff. ſi certa peta.*

REGVLA CCCCCXXXV.

VERBA aliquid operari debent, *l. ſi quando. §. 1. ff. leg. 1. cùm ſi.*

Primo fallit, quando poſſunt aliquid operari ſi datur ſanus intellectus: ſecùs ſi non poſſunt aliquid operari dando ſanum intellectum, gl. *in l. 1. ff. ad municip.*

Secundo fallit, quando nullo modo poſſunt operari, quia materia ſubiecta non patitur: nam vbi vera ratio non conuenit, ibi nec diſpoſitio loquentis, vt *l. 4. §. toties. ff. de damn. infect.* & *l. accuſare. §. omnibus. ff. de accuſ.*

Tertio fallit, quando verba non poſſunt operari pro-

propter impoſſibilitatem: quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, *l. impoſſibilium, de regulis iuris,* vel propter verborum repugnantiam: tunc neutrum valet: vt *l. vbi repugnant. de regu. iur.* vel propter obſcuritatē: nā ſi verba ſunt ita obſcura, quod nullum intellectū valēt ſuſtinere, non valet ſcriptura, iuxta text. *in l. qui teſt. ff. de re iud.* & no. Bal. *in l. voluntatem, circa prin. C. de fideicom.* vel propter voluntatem probroſam vel ineptam quòd tenetur, vt eſt text. *Inſtit. de leg. §. fi.* & *in l. ſeruo alieno. §. 3.* & *l. turpia, in prin ff de leg. § hac autem conſtitutio.*

Quarto fallit, quando verborum expreſſio reſultaret contra ius, vel eius intellectum: nam tunc talis verborum expreſſio nihil operatur, ſed debent reduci ad partem diſpoſitam de iure communi, vt eſt caſus *in c. tantumque. de ſequeſt poſſ.* ſecund. Dom. *in c. ſi Papa, ante fin in prin. de priuil in 6.* facit quod no. *in l. fin. § in computa. C. de iure delib* & *l. 2. C. de noxal.*

Quinto fallit, quando ius commune diſponit, quod expreſſio verborum non operetur in totum id quod ſonat, vt eſt caſus cum glo. *in c. ſi duo, de procurat. in 6.* vbi patet, quod licet inſtituantur duo inſolidum cum clauſula, quod non ſit melior conditio occupantis, nihilominus illa clauſula non operatur in totum, vt ibi & hæc not. Dom. in *d. c. ſi Papa, ad fin. princ.* facit *c. inter §. ſecus, de fide inſtrum.*

Sexto fallit, quando illud, quod expediretur, totū erat ex diſpoſitione iuris communis: nam talis expreſſio in homine operatur: vt eſt caſus *in c. quia. de procur.* & *in c. ſi cuſtos. de iureiur.* cum talis expreſſio ſoleat teneri, quod plus ſpecialiter iniungitur, quàm generaliter concluditur, *23. diſtinct. quanquam,* & *c. ſi aduerſus. de hære.* & *in l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de in inte. reſti.* ſed ſi id quod conceditur non erat ex toto de iure communi: ſed in parte, tunc oportet quod aliquid operetur, vt eſt caſus *in d. c. ſi Papa. & ibi Dd.*

Septimo fallit, quando verba ſe habent vt genus & ſpecies, & præmittitur genus: quia tunc verba generalia ſecundum genus non operantur vt eſt text. *in l. ſed ſi alie-*

alienatur.ff.pro ſo. & ibi Bart. nã vbi lucrum eſt genus, & quæſtus eſt ſpecies, & non reſtringitur ſignificatio lucri, vt intelligatur de lucro & quæſtu. & eſt ratio, quia ſtatim poſt genus ſubiungitur ſpecies ipſi generi: & ideo ponitur expoſitiue vel declaratiue, vt not. Barto. *in l. quæſitum.* §. *cui fundum, in fin.* 2. *col. de fundo inſtructo.* vel alia ratio poteſt eſſe, quia ibi intellectus ille aſſumitur, quia ſic communiter fieri ſolet, vt *l. eorum. ff. pro ſocio.* & Barto *in d. l. quæſitum.* §. *cui fundum.*

Octauo fallit, quando ſtipulatio interuenit, & ideo aliquid non additur, vt eſt caſus & ibi no. *in l. qui ſic. ff. de verbor. obligati.* & hoc modo licet non operetur augmentum obligationis, tamen operatur nouando obligationem & actus qui tollit primam & aliam veſtitur, & præſcriptio longi temporis durat.

Nono fallit, quando aliquid exprimitur in his quæ veniunt à voluntate, & ſic fit expreſſio ex ſuperabundanti: nam tunc talia verba nihil operantur: quia in ea cauſa obligationis tollendæ & in contractibus inſeritur ius commune & non læditur: vt *l. qui mutuam.* §. *manus.*

Decimo fallit, quando fit expreſſio, quę tacitè ineſt quia tunc nihil operatur. quod procedit, quando exprimuntur eo modo quo tacitè inſunt: ſecùs ſi exprimuntur aliter quàm inſint: vt quia fit expreſſio ad finem vt actus, qui erat purus efficiatur per expreſſionem conditionalis: quia illa expreſſio aliquid operatur. & ita procedit glo. *de elect. c.* 2. & *c.* 1. *de deſponſa. impube.* & *c. ſi Papa. in fin. de priuileg. in* 6. & not. Barto. & Docto. *in l.* 3. *ff. de leg. in d. l.* 1. *ff. ſi penden. appe. mors interue.*

REGVLA CCCCCXXXVI.

VERBORVM propriæ ſignificationi ſtatur, nec ab ea recedendum eſt, imò à iudice illa ſpectanda eſt, vt not. Azo. *in ſumma. C. ne fide. dot. detur.* & Alb. de Ro. *in l.* 1. *ſi cert. petatur.*

Pri-

Primo fallit, quando lex verba aliter interpretatur, vt not. *in l. ſi paterfa. ff. de hared. inſtit.* & not. Bal. *in l. voluntarius. C. de fideicomm.* & *in l. quamuis ff. de vſufru.*

Secundò fallit, quando ratio verború vel ipſa mens aliter vellet, quia ſtandum eſt ſenſui potius quam ipſis verbis. nota. Arch. *in c. propter tua. de reſcrip. in 6.* vbi dicit, quod non eſt recedendum à ſignificatione vocabuli, niſi conſtet concedentem aliter intellexiſſe. de hoc eſt text. *in l. non aliter. de leg. 3.* & not. Ioan. Andr. *in c. epiſcopus. de rebus eccle. non alie.*

Tertio fallit ratione adiuncti: quia tunc receditur à verbis & eorum propria ſignificatione, vt *l. ſeruus. §. quinque ff de leg. 1.*

Quarto fallit, quando verba in proprio ſignificato nihil poſſunt operari: quia tunc trahuntur ad propriũ intellectum, ſecundum Ang. *in l. ſi cum antea per illum text de don. ante nup.* C. & probatur *in l. ſi cũ anguſti. ff. de ſer.* & *in l. Proculus ff de vſuf.*

Quinto fallit, quia cauſa honeſtatis ſeruandæ à ſignificato proprio debemus recedere, vt nota. Ang. *in l. quinque. § parentes. C. de in ius voc.*

Sexto fallit, quando ex natura contractus, vel ſubiectæ materiæ à ſignificato proprio vocabuli receditur, vt *in l. inſulam de præſcriptis verbis.* & *in l. ſi ſtipulatus. in princip.* & ibi not. *ff. de vſur.* & *in l ſi vna. in princip. ff loca.* & ibi etiam nota. Alb. *in l. 1. ff. de bon. poſ.*

Septimo fallit, quando veriſimile eſt loquentem aliter intellexiſſe, quæ veriſimilitudo ex multis cognoſcitur. vt *in l. ſeruus proprium §. ſi de le. 1.* & Dyn. *in c. inſpicimus. de regul. iur. in 6.* & hoc not. Bart. *in l. non aliter. de leg. 3.*

Octauo fallit propter conſuetudinem vſus loquendi, vt *l. liberorum. §. quod tamen Caſſius. de leg. 3.* & ibi not. Bart. & per Bart. plene *in l. Labeo. de ſep. vio.* & *in l. eum virum. in vlt. colu. C. de fideicomm.* & eſt caſus *in l. ſi quis vinum. in §. ſi. cum l. ſe. ff. de vi tri. & oleo le.* nam in expoſitione vocabulorum attendendus eſt vſus loquendi & conſuetudo. *l. anniculus. in 1. ff. de verb. ſign.*

in princip. & not. Bald *in pen. col. de c. Corradi.*

Non fallit propter naturam depoſiti, & maximè ut ſententia valeat: vt eſt gloſſ. ſing. *in l. non puto. §. 1. ff. ſa. ore.* ſecundum Bald. *in d. l. cum virum.* nam verba ſententiæ debent intelligi ſanè, quod ſententia adaptetur negotio, & negotium ſententiæ, vt ſententia valeat, & non pereat: vt not. Bald. *in c. cum ſuper. in fin. pen. col. de re iud.* & not. *in d. l. & non puto. § 1. igitur, &c at.*

Decimo fallit propter rationem, quia verba ſunt intelligenda ſecundum rationem: cum ratio verbi repugnat: quia ratio legis eſt anima legis. *l. cum mulier ff. ſolu. matrimo.* & *in l. cum talis. §. falſam ff. de condi. & demon.* & per Dyn. *in c. ſi de re iud. in 6.* & per Bal. *in l. non dubium in 5. col. C. de legi.*

Vndecimo fallit, quando ex verbis ſequeretur aliqua abſurditas, per *l. nam abſurdum. ff. de leg.* & per *l. ſi quis ita vulneratus. verſic. quod ſi quis abſurde. ff. ad l. Aquil.* & per *l. 1. § nunc quæritur. in verbo, abſurdum & ibi gloſſ. ff. de publi.* & per not. *in l. diuortium in princip. ff. ſolut. matrim.* & per *c. cum ſatis abſurdum ſit, de offic. deleg.* & *de offic. vicarij in c. clericos.* & etiã no. Alb. de Roſ. *in l. 1 ff. de bo. poſſ* allegat ipſe nota. *in l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig.* & *in l. minor. §. ſi ſeruus. ff. de euictionib.*

Duodecimo fallit, quando abſurdus verborum intellectus continet iniquitatem: quia tunc recedimus à verbis, & intelligimus ſecundum proprium ſignificatum: vt probatur *in l. ſcire oportet. §. & ſi maxime. ff. de excu. tut.* ſecun. Bal. *in d. l. non dubium. in 5. col.*

Tertiodecimo fallit, quando res eſſet mali exempli: quia tunc non ſtaretur verbis, ſed recederetur à propriis ſignificationibus. arg. *l. aut facta. §. 1. ff. de pœnis* & *in l. & ſi quis aliquid. § qui ad omnes. eod. tit.* & *in l. exem. C. de probat.* & *in l. 1. C. de pre.*

Quartodecimo fallit, quando ſubeſſet publica vtilitas quæ hoc ſuaderet; quia tunc poteſt à verbis recedi; ſed quando eſt ſola priuata, tunc ſtatur verbis. *l. proſ-*

proſpexit. ff. qui & à qui & no. *in l. ſcire oportet.* §. *& ſi maxime. ff. de excu. tut.* facit *l.* 1 *in fin. C de cad. tol.* & *Authen. res quæ C. communia de leg.* & *in l. vtilitas. C. de primipilo. lib.* 12. & facit *c. licèt. ante fi. de regularibus.*

Fallit 15. quando verbis & eorum propriæ ſignificationi non inuenitur finis vel principium, vt eſt tex. *in l. naturaliter ff. de vi. tri. & oleo leg.* facit *l. eum qui hæres. in prin ff de verb. obl.*

Sextodecimo fallit, quando ſequitur impoſſibile, ſi ſtaretur verbis, & propriæ ſignificationi: vt probatur *in l.* 1. §. *ſi inſulam. ibi. quia impoſſibile eſt ff. de ſump. l. impoſſibilium. de reg. iur.*

Decimoſeptimo fallit, quando ſequitur perplexitas, *vt l. ſi Titius ff. de verb. oblig.*

Decimooctauo fallit ratione conditionis perſonarum. nam ſi conditio perſonarum non exigit intellectum proprium ſtamus improprio. *l filiusfami ff. de do.* & no. Albe. de Roſ. *in l.* 1. *ff de bo. poſſ.* & per hoc eſt optimus text. *in l plenum.* §. *equitij ff. de vſu & habitatio.*

REGVLA CCCCCXXXVII.

VERBA præſentis temporis ad futuram non porriguntur. *l. ſi ſtipulatus fuerim.* §. *cum ſtipulamur. ff. de verb. oblig.*

Amplia non ſolum procedere quando fuit dictũ in ſtipulatione per verba importantia neceſſitatem, ſed etiam per alia ſimpliciter poſita. per text *in l. cum illud.* §. 1. *ff quando dies legati ced.* & Pau. de Caſt. *in d.* §. *cum ſtipulamur.*

Primo fallit, quando teſtator grauaſſet hæredẽ ſoluere debita Titij, quia tunc tenetur ſoluere etiam debita conditionalia, & in diem argumento *l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrb. præd.* & Pau. de Caſtr. *in l. ſi ita ſcripſiſſet. ff de leg.* 2.

Secundo fallit in caſu ſtatui, quo cauetur quod volens vendere rem immobilem, teneatur vendere ad

eridas, & prætendens ius in tali re, debeat comparere infra ſex menſes: aliter, &c. quia creditor conditionalis vel in diem comprehenditur, de quo per Cu. *in d. § cum ſtipulamur.* pro quo facit etiam quod voluit Iaſ. *in l. 1. in fi. ſi cer. peta.*

Tertio fallit, quando nullum debitum purum ſubeſſet: quia tunc comprehenderetur debitum in diem vel ſub conditione, argumento *l. fundus qui locatus. ff. de fundo inſtr.* vt per Bald. & Paul. de Caſtro *in d. l. ſi ita ſcripſiſſet.*

Quarto fallit in promiſſione viciſſitudinaria: quia mutua promiſſio facta inter duos principes de non recipiendo rebelles alterius, infertur etiam ad futuros bannitos & rebelles, ſecus autem in ſimplici promiſſione. vt per Ang. *in conſil. 292. incip. in anno Domini.* & *in conſ. 260. incip. Punctus eſt.*

Quinto fallit, quando diſpoſitio inducta per viam priuilegij efficeretur temporalis intelligendo ſolum de præſentibus quod eſſet contra naturam priuilegij, vt per Gemi. *in c. de verb. ſig. in 6.*

REGVLA CCCCCXXXVIII.

VICTOR non appellat ab expenſis, ſed obtinet de ipſis coram eo, ad quem victus appellabit. *l. fi. C. quando prouo. non eſt neceſ.*

Primo fallit, quando iudex expreſſe abſoluiſſet reum ab eis, quia tunc oportet victorem appellare: ſecus autem quando primus iudex nihil dixit, vt probatur, *in c. ſignificauerunt. de except.*

Secundo fallit, dummodo victus appellet, ſecus autem ſi non appellat: quia tunc poteſt victor appellare ab omiſſa condemnatione expenſarum, vel earum abſolutoria: vt Docto. *in d. c. ſignificauerunt.*

Tertio fallit, dummodo expreſſe fuerint in actis petitis expenſæ: alias non poteſt victor appellare ab omiſſione earum tacite vel expreſſe, etiam victo non appellante. de quo per Abb. *in d. c. ſignificauerunt* & Bald.

Bald.*in d.l.fi.* & Bartol.*in l. quicquid.ff. de iud.*

REGVLA CCCCCXXXIX.

VIM vi repellere licet, *l.vt vim.ff.de iuſt.& iu. & in l.1.C.eod.tit.& ibi Doct.*

Primo fallit, cum infertur à patre, qui poteſt vim illam inferre: quia tunc non licet vim vi repellere: putà quia pater & dominus caſtigant filium vel ſeruum: quia tunc non licet illis ſe defendere. vt tenent Doct. *in l.4.ff.ad l. Aquil.*

Secundo fallit, quando infertur à perſona publica, putà ſi iudex mandet aliquem fuſtigari: quia non licet ei ſe defendere.

Tertio fallit, quando repelleret vim ex interuallo: ſecus ſi facto læſionis illegitimæ defenderetur: quia tunc non licet. ita dicit Bart *in d l 1.C.vnde vi.* & idem Bartol. *in l vt vim.ff de iuſt. & iu.* & idem etiam plenè *in l.2.§.eum igitur ff de vi & vi arma.*

Quarto fallit, quando repello immoderatè & ſine moderamine inculpatæ tutelæ, tenent Doct. *in l.1. per illum tex.C.vnde vi.*

REGVLA CCCCCXXXX.

VIM alieni facti alteri repellere non licet: vt eſt gl.not.*in l.Titium.ff.de fideiuſ.*

Fallit niſi eſſet aliquis ſibi coniunctus, vel eſſet ſocius: quia tunc talis poterit repellere vim alteri factã: vt eſt gl.ſing.ſecun.Bal *in l. apud Labeo.* quod not. *in c. ſi vero.de ſen excom.* ſed in contrarium facit text. *in l.cũ fundum.ff.de vi & vi arma.*

REGVLA CCCCCXXXXI.

VIOLENTIA illata à iudice cui ſubditi ſumus alicui ſibi nec defendere nec reſiſtere licet: ſecus, ſi eſt illata à priuato, *gl.in l. vt vim.ff.de iuſt.& iur.*

Primo fallit ſi vt priuata perſona exercet officium ſuum: ſecus ſi vt iudex, ita tenet Lud. *in l. non videtur. §. qui. ff de reg. iur.*

Secundo fallit, quando manifeſtum eſſet, quod factum iudicis eſſet iniuſtum: quia licitum eſt ſibi reſiſtere: ſecus ſi eſſet dubiū vel prohibitum. *C. de iur. fiſc. & de metallar lib.* 11. *l.* denotat. & quod not. *in l.* 2 *ff ſi quis in ius voc. non ierit.*

Tertio fallit, ſi grauamen eſſet irreparabile, licet dubitetur an iuſte faciat vel non; nam hoc caſu poteſt reſiſti. *l. ſi quis prouocatorum de ap. non reci.*

Quarto fallit in magiſtratibus, ar. *l. niſi finito. §. ſi furioſi. de tute.* & quod nota. Bart. *in l. de pup §. ſi quis. de oper. no. nunc.* & hoc tenet Bald. *in l. vt vim ff. de iuſt. & iur:* prout refert Paul. de Caſt. qui ponit ibi prædictas fallentias.

REGVLA CCCCCXXXXII.

VNA & eadem res diuerſo iure cenſeri non debet. *l. eū qui ædes. & ibi Bart. ff. de vſucap.* Can. *cognouimus.* 12. *q.* 2. contra hæc tamen vide Bald. *in l.* 1. *C. de ſer. fug.*

Primo fallit prædicta regula, quando interueniunt diuerſæ perſonæ; quia tunc vna res diuerſo iure cenſetur. *l. ſi quis præferendum. in fi ff de furt.*

Secundo fallit propter neceſſitatem diuerſorum têporum; vt probatur *in l.* 3. *§ fideicommiſſariam ff de hær. inſtit,* pro quo facit, quia conſideratis diuerſis reſpectibus & contraria procedere poſſunt, vt plenè per Rochum de Cur. *in rub. de conſuet. in princi.*

Tertio fallit, quando fictio & veritas concurrunt: vt in caſū *l.* 2 *ff. ad Maced.*

Quarto fallit, quādo plures ſunt diſpoſitiones & diuerſi effectus. vt probatur *in l. ſi ſeruo ff de hæredib. inſtituendis.*

Quinto fallit, quando effectus eſſet nullus; vt in caſu *l. Pater Seuerinam. §. conditionū ff. de condit. & demōſt.*

Sexto

Sexto fallit, quando eſſet diuerſitas iuris; vt no. per Aret. *in l. 2. in prin ff ſi cert. pet.*

REGVLA CCCCCXXXXIII.

VNA determinatio reſpiciēs plura determinabilia debet ęqualiter ea determinare *l. quãuis C. de imp.* & *l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. cum ſi.*

Primo fallit niſi maior fauor eſſet in vno ex determinabilib. quàm in alio; quia tunc non determinat æqualiter; vt probatur *in l. ſi ita ſcriptum ff de mi. teſt.* & per Alex. *in l. in teſtamen. C. de teſt mil. & conſi. 97. incip. viſo inſtrum. in 4. vol.*

Secundo fallit, quando eſt diuerſa ratio in vno determinabilium magis quam in alio; per *l. Caius ff. ſol. matr.* & per l. *iuncta gl. ff. de offi. proconſul.* vt per Ang. §. *hinc nobis. Auth. de hær. & Falc.* de quo tamen vide per Alex. *i. n l. Gall. §. quidam recte. ff. de lib. & poſth.*

Tertio fallit & procedit prædicta regula in diſpoſitione voluntaria, ſecus in neceſſaria: vt ſi teſtator inſtitueret filiũ & nepotē ex eo, quia non intelligitur pariformiter inſtituere: vt primo filius ſit hæres, ſed ſi cõtingeret quod filius moreretur, nepos eſſet hæres: vt probatur *in l. Gallus. §. 1. & ibi Alex. ff. de lib. & poſthu.*

REGVLA CCCCCXXXXIV.

VOVENS & profeſſionem faciens, in monaſterio ſemper manere debet, nec exire poteſt: vt per Can. *in c. ſicut ex literis de iureiur.*

Primo fallit, quando vellet exire ad arctiorem religionem, cum poſſit hac de cauſa monaſterio diſcedere, petita tamen prius licentia à ſuperiore, quamuis non obtenta. *extra de reg. iu. c. licet.*

Secundo fallit, quando vellet tranſire ad monaſterium æquale talis obſeruantiæ; cum tunc poſſit, petita prius licentia & obtenta, iux. no. *in d. c. licet. & c. cum ſing. de preb. in 6.* vbi de his plenius.

Tertio fallit, quando vellet exire ad tempus, puta, pro vtilitate monaſterij, cum poſſit abbate præcipiente: vt *in d. c. ſicut ex literis, de iureiu.* vbi de hoc, &c.

Quarto fallit quando exiret, vt fit, in ſtudium: cum tunc exire poſſit cum licẽtia prælati, iuxta no. *in c. 2. extra, ne cler. vel mon. in 6.* vt vult Do. Ioan. And. *in d. c. ſicut ex literis.*

Quinto fallit quando monachus delinqueret: cum tunc propter delictum eijciatur à monaſterio, & in ergaſtulo recludatur. iuxta no. *in c. quanto. de officio ordinarij. & in c. dilectus. de ſimo. in c. quoniam. & c. veniens.* vbi plene.

Et hic ſit finis huius noſtræ vtiliſſimæ lucubrationis, quam ideo libenti animo ſuſcepi, vt adoleſcentulorum animi ad leges Neoptole. facili & per iucunda lectione ad eas capeſcendas aſſueſcerent, quod an conducibile ſit, lectori iudicandum relinquo. Ad laudem indiuiduæ Trinitatis, qui viuit & regnat in æternitate, AMEN.

***

Finis Regularum Socini.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

image
not
available